રાબા રવા

વાઇબ્રીંગ

00054881

THE
ASIATIC SOCIETY OF BOMBAY
TOWN HALL, BOMBAY-1.

Digitized with financial assistance from the
Government of Maharashtra
on 15 June, 2016

CASPARI BAUHINI,
Viri Clariſs.

ΠΙΝΑΞ
THEATRI
BOTANICI

ſive

INDEX

IN THEOPHRASTI DIOSCORIDIS,
PLINII ET BOTANICORUM
qui à ſeculo ſcripſerunt

OPERA

PLANTARUM CIRCITER SEX MILLIUM
AB IPSIS EXHIBITARUM
NOMINA
cum earundem Synonymiis & differentiis
methodice
ſecundum genera & ſpecies proponens.

OPUS XL. ANNORUM
ſummopere expetitum
ad Autoris autographum recenſitum.

54881



BASILEÆ,
IMPENSIS JOANNIS REGIS
cIↄ Iↄc LXXI.

00054881

LECTORI BENEVOLO.

OPeris hujus Autor, Galeni Præceptoris ſcripta legens, ſingulari fato, in hunc locum ipſius, qui tertio de Compoſitione Medicamentorum κατὰ γένη habetur, incidit. Quisquis (inquit) auxiliorum undique copiam habere volet, omnis materiæ, ſtirpium, animalium & metallorum, tum aliorum terreſtrium corporum, quæ ad Medicinæ uſum ducimus, expertus eſto; ut ex eis & exacta & notha cognoſcat. Deinde, in Commentario, quem de Simplicium Medicamentorum facultate prodidi, ſeſe exerceat. Niſi enim hoc modo inſtructus, ad præſentis operis præſidia veniat, verbotenus quidem medendi methodum ſciet, opus vero nullum ipſa dignum perficiet. Qua ſententia permotus, præter cæteras Medicinæ partes neceſſarias, ad Botanica, quæ auxilia medica ſubminiſtrant, animum ſtudiumque convertit: ea qua fieri potuit diligentia, non ſolùm Botanographos, tanquam mutos præceptores, legendo & relegendo ſedulo conſuluit: verum etiam vivos in Germania, Gallia & Italia, per aliquot annos peregrinando, varijs in Academijs coram attente audivit, de Plantarum hiſtoria, nominibus viribusque ſtudioſe inquiſivit: &, quod præcipuum erat, Plantas locis natalibus inſpiciendo, nullis moleſtijs, nullus laboribus nullisque ſumptibus pepercit, imitatus Dioſcoridis & Galeni exempla. Verum & ipſas Plantas cum autoribus contulit, qua fieri potuit induſtria, quo genio & ingenio, lectas, exſiccatas aſſervavit, ut ingentem earum theſaurum aliquot millium, præter fructus, ſemina, ligna, &c. collegerit.

Nec his cententus, ad veriorem & certiorem cognitionem, plures Medicinæ ſtudioſos, Galliam, Italiam, aliasque regiones adeuntes, rogavit, ut omnis generis Plantas, etiam vulgatiſſimas (ipſa quoque Gramina & Trifolia) colligerent & tranſmitterent. Quod quia liberaliter ab ipſis factum, eorum nomina gratitudinis ergo, peculiari Catalogo conſignata adjunxit. Inſuper, hinc inde, literis ad plurimos Viros Clariſſimos, rei plantariæ peritos, Germaniæ, Galliæ, Italiæ, Angliæ, Daniæ, Belgij, Cretæ in Græcia, ſollicitare non deſtitit, ut plantas tranſmitterent, vel de illis ſuam ſententiam, in bonum publicum exponerent: idque à multis, prona benignaq; mente abunde factum, grato animo agnovit, ipſorumque honorificam mentionem fecit. Nihil autem eorum, quæ ſtudioſis in hoc diſciplinæ genere, (uti & in alijs,) utile fore exiſtimavit, intentatum reliquit. Eos frequenter, ad Vegetabilium inſpectionem & cognitionem manuduxit. Varijs utiliſſimis ſcriptis, in publicum editis, Plantarum ſtudium illuſtravit & auxit. Verum cum, quæ terra, entium horum beneficientiſſima parens, ſinu ſuo complectitur φυτὰ, ad infinitum pene numerum accedant, ſicque huic ſtudio difficultas inde maxima oriatur: autorum quoque diſſenſus, atque ἀμεθοδία, hancce δυσκολίαν augeat & exaggeret, hæc ne ab hac amœniſſima, humanoque generi à utiliſſima contemplatione, quemquam abſterreant, de methodo Plantarumq; Synonymijs cogitavit; quæ ambo in hunc ΠΙΝΑΚΑ contulit, Plantarum hocce μεθόδου τε καὶ συνωνύμων σύνταγμα concinnans: in quo eæ methodice, ſecundum genera & ſpecies, habita potiſſimum ratione formæ externæ, diſtributæ habentur. Pro ea autem qua fuit æquitate & modeſtia, aliorum labores benigne interpretatus, ſuum cuique religioſe tribuit, paremque benevolentiam ab alijs ſperavit, omnes hujus ſtudij cultores & aſſeclas, rogavit, ut, ſi animadverterent ſe (quod non dubitet, ſed ultro fateatur) alicubi lapſum eſſe, vel forte bis eandem Plantam repetijſſe, hujus ſtudij immenſitatem cogitent, quod fere Oceano ſimile dici poſſit. Nam, quemadmodum DEI in Oceano miracu-

cula

cula imperſcrutabilia ſunt: ſic etiam Botanicum ſtudium infinitum: imprimis, cum indies movæ Plantæ, tum alibi, tum in Indijs reperiantur. Paratus bene monentes audire, candide & amice monentibus gratias agere. Zoilum nunquam curandum putavit, cujus ſocij neque nunc attendendi: qui poſtquam hoc opere uſi ſunt, ſine quo nunquam in ſtudio Botanico progredi potuiſſent, convicijs illud impetunt, & filum, quo via ipſis per labyrinthi mæandros facta, turpiter dilacerare & conſpurcare tentant. Sed hæc eſt ſciolorum & maleferiatorum natura, qua ſolent melioribus obtrectare magis, quam laude dignum quicquam præſtare: hac ratione potius ſuam prodentes invidiam & malevolentiam, quam ut virorum bonorum & bene meritorum famam obſcurare poſſint. Editio autem hæcce recenſita eſt ad Autoris autographum: quicquid à priore mutatum, ipſius manu factum. Utere ergo, BENEVOLE LECTOR, aliorum laboribus ad DEI LAUDEM, in commodum tuum, & typographica errata operantium infirmitati condona.

)(　ZACHA-

ZACHARIAS ROSENBACHIUS,

Medic. Doct. & Profeſſor in Illuſtri Schola Herbornenſi, Corollario de methodo Plantarum, in Indice Plantar. Herbornæ Naſſoviorum 1626. edito.

RErum naturalium perfecte mixtarum tanta per Orbem terrarum ac maria diverſitas eſt, ut eas omnes cognoſcere, & in certas claſſes diſponere, uni homini ſit plane impoſſibile. Unus enim homo vix unam ſpeciem, v. gr. piſces, vel aves, licet illi per totam ſuam vitam, mane & veſperi, noctu & inter diu, jugiter operam det, plene cognoſcet. Inventi ſunt tamen viri, qui heroico animo præditi, nullis ſumptibus laboribusq́ parcentes, ad quarundam ſpecierum plenariam fere cognitionem pervenerunt, ut opera eorum ſatis teſtantur, &c. Sola res herbaria hucusq́, imperfecte ac ſine certa methodo, tradita fuit. Quamvis enim de illa plurimi, tum veteres, tum recentiores ſcripſerint, omnes tamen, vel pauciſſimas plantas propoſuerunt, vel plures etiam ita permiſcuerunt, ut nullus in eis ſtabilis ordo appareat. Unus CASPARUS BAUHINUS, *circiter ſex millia plantarum primus propoſuit, easq́ omnes mirabili ordine, in Pinace theatri ſui Botanici, digeſſit. Sentient nobiſcum in hoc, quicunque vel mediocriter in re herbaria verſati ſunt. Tanto magis autem præceptorem etiam illum noſtrum ſecuti ſumus, quia omnes ejus plantas, ſeu hortum ſiccum, non ſemel, ſed bis ac ter, non ſine magna admiratione, ipſi ſpectavimus. Nec credimus, in tanta plantarum varietate, meliorem ordinem unquam à quoquam adeò facilè inveniri poſſe. Incipit enim ab herbis tritiſſimis, ut graminibus, progreditur per fruges, oleraq́, & legumina, donec tandem ad*

frutices

frutices & arbores perveniat, hoc perpetuo obſervando, ut plantas, ſibi quoad externam formam maxime, vel viribus etiam internis, ſimiles, pulcherrimis numeris conjungat; diſsimiles, libris, ſectionibus ac titulis diverſis, elegantiſsime diſtinguat. Cæterum, miretur forte junior aliquis, cur princeps ille Botanicorum, cui palmam hac in re merito tribuimus, hunc Pinacem ſuum, opus XL. annorum, inſcripſerit, cum tamen liber parvus videatur, & multi ſint, qui etiam uno anno magnum volumen ſcribant ac publicent. Verum non librorum quantitas, ſed qualitas potius ſpectari debet. Sic qui Pinacem hunc legeri ac intellexerit, mirabitur, quomodo Autor Bauhinus eum tam cito abſolvere potuerit. Eſt enim revera omnium herbarum, ſuffruticum, fruticum & arborum, quæ in hortis, agris, pratis, vallibus, montibus, ſylvis, littoribus, & aquis totius terrarum Orbis naſcuntur, abſolutiſsimum compendium. Hujuſmodi libri facilius quidem oculis inſpiciuntur ac deſcribuntur, at materias ſingulas è remotiſsimis locis conquirere, methodice digerere, multis nova eaq; aptiſsima nomina imponere, easdem ad vivum deſcribere, pingere, doctorum virorum judicijs ſubjicere, ac poſteritatis memoriæ, cum centuplo fructu tradere, hoc vero opus, hic labor eſt, quem non noverunt niſi experti, & pluribus annis plurimum exercitati. Præſtat paucis verbis multa, quam multis pauca, vel nihil omninò dicere.

Gramen adeſt *Bulbusq;*, *Olus* atq; *Umbella*, *Venenum*,
Atque *Corona*, *Odor* & *Flos* eſt, veſcumque *Legumen*,
Carduus in ſpinis, *Frutex* ſuccedit & *Arbor*.

F. M.

Ad

Ad
CASPARUM BAUHINUM
ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ.

I.

CUI potiùs nectant benè olentia ſerta Napææ,
BAVHINE, quàm tibi, cedo?
Mille etenim herbarum, plantarum nomina mille
Collecta faſce uno doces.
Tot grates debent, quod habent ridentia plantas
Herbasq́; prata & frutices.
Cui potiùs violas, Junonia lilia, cuinam
Mileſias ſpargant roſas?
Floreat & viget nomen, BAVHINE, perenne
Tibi, dum roſæ & flores erunt.
Aſſyriosq́; Tibi ad cippum poſt fata Napææ
Fundant odores perpetim.

GEORGIVS REMVS, J. C.
Noricus.

II.

LITTORA tot Ponti, tot campos viſere & Hortos
Deſine, tot Sylvas, tot prata, totq́; rupes.
Hæc loca quod Stirpes, totus quos proferat Orbis,
BAVHINI ſcriptis conſpice in Eiconicis.

PASCHALIS LE COQ, MED. apud Pictavienſes Decanus & Senior.

III. DE

III.

DE plantis Graij ſcripſerunt atque Latini,
Scripſit Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus.
De plantis quicquid ſcribunt Graij atque Latini,
Quicquid Arabs, Teuto, Gallus, Iber, Italus:
Omne hoc unus habet, BAVHINE, labore paratum,
Pervigili, ingenio diſpoſitumq́ tuo.
Imò alijs non viſa, velut te Lynce, pateſcunt,
Humanis deinceps uſibus utilia.
Ergò velut nomen planta una unúſve libellus
Iſtorum ſtudijs obtinuit celebre:
Sic quoq; Plantarum præſens opus, immortale
Dignum eſt Authoris nomen habere ſui:
Herbarumq́; Tibi, BAVHINE, ſcientia laudem
Debeat, an Phœbo, lis erit hæc Medicis.

SIGISMVNDVS SCHNITZERVS,
Med. Bambergenſis.

IV.

QUID non BAVHINVS præſtat? nam ſublevat ægros;
Deſcribit Plantas; mortua membra ſecat.
Jactitet Herophilas, Veſalius atq; Galenus
Se jactent; noſter præſtitit auctor eos.
Illi parva docent magnis incluſa libellis;
Hic docet in parvis, magna ſtupenda, libris.
Qui BAVHINVM igitur non ſuſpicit, atq; miratur
In plantâ cerebrum calcéve molle gerit.

LAVRENTIVS HOFMANNVS, HALLA-SAXO, Phil. Med. & Chirurg. D.

)( )(*V. ARTIS*

V.

ARTIS dictator Medicæ clariſſimus hic eſt,
Noſtra cui haud ſimilem ſecla tulêre virum.
BAUHINUS ſcriptis toto celebratus in orbe
Perfectis, cujus nomen ubiq; ſacrum.
Quem ſtupet Auſonius, Gallus veneratur, Iberus
Miratur, Teuto cælica ad aſtra vehit.
Solo hoc Sole viget Plantarum notio vera,
Et Microcoſmi, quæ eſt hiſtoria ampla, patet.
Ut meritò Hic artis dicatur Apollo & Apelles
Tam clarè illuſtrat quæ latuêre priùs.
Vivat BAUHINUS decus immortale medentum,
Perpetuò felix floreat & vigeat.

JOANNES CAROLUS Roſenberg/
Argentin. Med. & Ph. D.

NOMI-

NOMINA AUTHORUM *quorum operâ uſi ſumus.*

ADAMUS Lonicerus: is herbarium Eucharij Röſlin ſui in officio Francofurti anteceſſoris, Germanicè ſcriptum quartò auxit, & poſtremò an. 1569. prodijt: poſtmodum remoto Eucharij nomine, ſuum præfixit, & cum figuris 833. circiter, anno 1582. dedit. Francofurti.

ADAMI Zaluzanij, methodi herbariæ lib. 3. Francofurti 1604. 4.

ADRIANI Junij Medici, phallus ex fungorum genere in Holandia: Delphis 1564. 4. cum figura.

ADRIANI Spigelij Patavini Profeſſoris, Iſagoges in rem herbariam lib. 2. Patavij 1606. 4.

ADVERSARIORUM opus à Petro Pena & Matthia de Lobel, Londini anno 1570. editum, additis circiter 284. figuris: poſtmodum anno 1576. Antuerpiæ novus titulus præfixus, epiſtola ad Reginam omiſſa: cui operi Lobelius Obſervationes ſuas cum novis figuris junxit.

ÆGIDII Everhardij Antuerpiani, de herba panacea ſive Nicotiana commentariolus, ejus vires proponens: ejuſdem de uſu radicis Mecoachæ. Antuerpiæ 1587. 16.

ÆMILII Macri Veronenſis, poëſis de herbarum virtutibus, cum obſcuriorum ſuccinctâ expoſitione Georgij Pictorij Villingani Medici. Baſileæ cum figuris 52 ex Creſcentio. 1581. 8

ALEXANDRI Petronij, de victu Romanorum [illegible] ſervanda lib. 5. Romæ 1592. 4.

ALOYSIUS Anguillara horti Patavini tertius in ordine præfectus, de plantis ſuam ſententiam diverſis communicavit: opuſculum in partes 14. diviſum, opera Johannis Marinelli Italicè prodijt (additis duabus figuris Chamæleontis & Sedi arboreſcentis) Venetijs 1561. in 8

ALOYSIUS Mundella, Medicus Brixienſis, horti Patavini ſecundus in ordine præfectus, Epiſtolarum librum unum (in quo 36. epiſtolę) & Annotationes in Examen ſimplicium Braſavolæ ſcripſit: cum Epiſtolis Manardi ſimul cuſa, Lugduni 1556. in fol.

AMATI Luſitani in libros quinque Dioſcoridis enarrationes, additis diverſarum linguarum nominibus. Argentinæ 1554. in 4.

ANDREAS Bellunenſis notis in Avicennam.

ANDREAS Cæſalpinus Aretinus, in Acad. Piſana Profeſſor, de plantis lib. 16. ſcripſit, nullis figuris additis: prodière Florentiæ 1583. Ejuſdem appendix ad hos libros, Romæ 1603. in 4.

ANDREÆ Lacunæ, commentaria in Dioſcoridem cum figuris Hiſpanica lingua conſcripta. Salmant. 1552. fol.

Ejuſdem annotationes in Dioſcoridē, in quibus Ruellij verſio caſtigatur. Lugduni 1554. 16.

ANDREÆ Theveti Coſmographia, Gallicè edita cum figuris aliquot plantarū & animaliū.

Ejuſdem ſingularitates Galliæ Antarcticæ ſive Americæ, cum 11. figuris plantarum, Gallicè: Lutetiæ 1557 4.

ANGELUS Palea & Bartholomæus ab Urbe, veterum Ordinis minorum obſervantiæ provinciæ Romanæ, annotationes in Antidotarium Meſues. Venetijs 1543. fol.

ANTONII Mizaldi de Sena opuſculum. Lutetiæ 1574. 8.

Ejuſdem hortorum ſecreta: item de Arborum inſitione & dendranatome. Ibid. 1575. 8.

ANTONII Muſæ Braſavoli Ferrarienſis, examen omnium ſimplicium quorum in officinis uſus eſt. Lugduni 1556. 16.

ANTONII Paſini annotationes & emendationes in verſionem Dioſcoridis à Matthiolo propoſitam: Italicè. Bergomi 1591 4.

APULEIUS Platonicus de Herbarum virtutibus, addita demonſtratione herbarum ſingulorum ſignorum Zodiaci, nec non & ſtellarum errantium. Lutetiæ 1528. in fol.

ATHENÆI Deipnoſophiſtarum lib 15 Gręcolatin cum Dalechampij interpretatione. 1597 in fol.

AUGUSTINI Galli Preſſani, de Agricultura, Italicè. Venetijs 1569. 4.

BARTHOLOMÆI Carrichteri liber, oſtendens ſub quo ſigno Zodiaci & [illegible] quo [illegible] plantæ ſitæ ſint, & quando col[illegible], Germanicè. Argent. 1589. 8.

BARTHOLOMÆI Marantæ Venuſini, methodus

thod[illegible] cognoſcendorum ſimplicium lib. 3. Venetij [illegible]559. in 4.

Ej[illegible]dem de Theriaca & Mithridatio lib. duo à [illegible]amerario Latinè redditi. Francofort. 1576. 8.

BASIL[illegible] Beſleri faſciculus rariorum animalium, lapidum, maritimorum & fructuum, cùm iconibus fructuum 54. maritimarum plantarum 12. &c. In fig. oblonga, Norinbergæ.

Ejuſdem Horti Eyſtettenſis deſcriptio cum figuris 1083. Norinbergæ. 1613.

BENEDICTI Aretij deſcriptio montium Stocchornij & Neſſi in Bernatum ditione, & ſtirpium in eis naſcentium: cum Cordo impreſſa.

BERNHARDI Deſſenij Cronenburgij Medici Colonienſis lib. 10. de compoſit. medicam. cum ingredientium explicatione, Francofort. 1555. in fol.

BERNHARDI Paludani Medic. Encuſani, notæ ad Linſcottij hiſtoriam Indicam, additæ Operibus Indicis.

BOTANICUM Francofurtianum: ſunt icones Eucharij Rœslin cum ſolis nominibus.

CAROLUS Cluſius, Dodonæi hiſtoriam vernacula lingua conſcriptam, Gall[illegible] & corollarium de aromatibus addid[illegible] guris quæ ſeparatim in octavo prod[illegible] 1560. in fol.

Idem Garziæ ab Horto dialogos d[illegible] bus & ſimplicibus Luſitanicè conſ[illegible] Epitomen contraxit, Latinos fecit [illegible] tiunculis & figuris plantarum 30. [illegible] Antuerpiæ anno 1574. 8. cujus editio quinta [illegible] ctior, additis 36. figuris cum ejuſdem exoticis 1605. in folio prodijt.

Idem Nicolai Monardis de medicamentis Indiæ Occidentalis, ex Hiſpanico tranſtulit, notis & figuris 9. illuſtravit: Anno 1574. 8. cujus editio quarta cum exoticis excuſa eſt.

Ejuſdem Monardis lib. tertius ab eodem Latinè redditus, Antverpiæ 1583. in 8. cuſus.

Idem Chriſtophori Acoſtæ hiſtoriam ex Hiſpanico Latinam fecit, in epitomen contraxit, Scholijs illuſtravit, & anno 1582. edidit: tertiò verò additis ſex figuris cum exoticis anno 1605. in fol. prodijt.

Idem de plantis per Hiſpaniam obſervatis, lib. duos ſcripſit, figuris 230. additis. Antuerpiæ anno 1576. in 8.

Idem de Simplicibus per Pannoniam & Auſtriam obſervatis libros quatuor conſcripſit, figuras 353. addidit. Antuerpiæ 1583. in 8. Verum tam Hiſpanica quàm Pannonica hiſtoria alijs juncta in folio, anno 1601. [illegible]

Idem Hiſtoriam plantarum [illegible] cum appendice & auctario, additis figuris 1135. anno 1601. Antuerpiæ publici juris fecit.

Idem exoticorum libros decem ſcripſit, quorum ſex priores variam materiam circa animalia & plantas cum iconibus plantarum 194. continent. Item Garziæ lib. 2. Ch. Acoſtæ lib. 1. Nic. Monardis lib. unum, qui prius ſeparatim prodière. Item Nicol. Monardis lib. 3. de lapide Bezoar & Scorzonera, de Ferro & Nive, Anno 1605. in fol.

Ejuſdem curæ poſteriores poſt mortem editæ, additis 27. figuris, & libello Gregorij de Regio de Pipere Indico. His additamentum (unica figura adpoſita) jungitur. Antuerpiæ 1611. fol.

CAROLI Stephani domus ruſtica *Gallicè* ſcripta, 1554. in 4.

Ejuſdem de re hortenſi libellus, Lugduni 1536. in 8.

Ejuſdem Seminarium ſive plantarium ea-[illegible] poſt hortos conſeri ſolent, [illegible]

[illegible] Phytopinace 2460. [illegible] Synonymijs [illegible] novarum planta-[illegible] Baſileæ 1596. in 4. [illegible] opera omnia, in [illegible] plures, non ſolùm emaculata dedit, [illegible] ab ipſo primùm deſcriptas [illegible] 1598. fol.

Idem Animadverſion[illegible] generalem Lugduni cuſam, in qua [illegible] 400. figuras in illo opere bis terve poſitas & repetitas eſſe oſtendit. Francofurti 1600. in 4.

Idem Jacobi Theodori Tabernæmontani hiſtoriam Germanicam correxit, maxima parte auxit: figuras novas plures addidit: nonnullas deſcripſit & parti primæ Synonymias adpoſuit. Francofurti 1613. in fol.

Ejuſdem Prodromus ſui Theatri Botanici, in quo circiter ſexcentæ plantæ ab ipſo primùm deſcriptæ, additis 140. novis figuris, Francofurti 1620. in 4. editus eſt.

Ejuſdem catalogus plantarum circa Baſileam ſponte

ſponte naſcentium, cum earundem Synonymijs & locis natalibus. Baſileæ 1622. in 8.

CASPARI Pilleterij Middelburgenſis Medici, plantarum ſynonymia alphabetico ordine propoſita. Middelburgi 1610. 8.

CASPARI Schvvenckfeldij catalogus ſtirpium & foſſilium Sileſiæ. Lipſiæ 1601. 4.

CASTORIS Durantis Medici Romani, herbarium novum cum figuris plantarum quæ in tota Europa, India Orientali & Occidentali naſcuntur Italicè, verſibus Latinis verſibus expreſſus: Ordinem alphabeticum obſervavit, & plantarum figuras 879. adpoſuit. Romæ 1585. folio.

CECHINI Martinelli diſcurſus de Amomo & Calamo aromatico, Italicè. Venetijs 1604. 4. Ejuſdem diſcurſus examen, authore incerto, cum utriuſque figura, Mantuæ 1605. 4.

CHRISTOPHORI Acoſtæ Africani Medici & Chirurgi hiſtoria eorum medicamentorum & Simplicium rariorum, quæ ex India Orientali in Europam adferuntur, Hiſpanicè primum, dein Italice edita, additis [illegible] figuris Venetijs 1585. in 4. hanc in Epitomen contractam, Cluſius Latinam fecit.

CHRISTOPHORI Encelij de re metallica lib. 3. & de Uva quercina. Francofurti [illegible] 8.

CLAVDII Galeni de [illegible] ſimplicium lib. 11. & alimentorum lib. [illegible] medic. in [illegible]

CL[illegible] pharmacopœi [illegible] ſis, trac[illegible] [illegible]

CON[illegible] hiſtoria plantarum [illegible] Pi[illegible] & recentioribus Græcis [illegible] elemento[illegible] ordin[illegible]

Ejuſ[illegible] plantarum quadrilinguis [illegible] in 4.

Ejuſdem de Lunarijs & noctu lucentibus, cum figuris quinq; & montis Fracti ſive Pilati Lucernarum deſcriptione Ibid. 1554. 4.

Ejuſdem de hortis Germaniæ liber, cum appendice & Corollario ad Cordi hiſtoriam in quo figuræ quinque: cum Cordi operibus, Argentinæ 1561. fol.

Ejuſdem de foſſilibus, lapidibus & gemmis, cum maritimarum plantarum octo figuris, Tiguri 1565. 8.

Ejuſdem Epiſtolæ medicinales per Caſp. Wolfium editæ: addita de Aconito p[illegible] veratione cum tribus figuris. Tiguri 1577. 8.

Ejuſdem de Stirpium collectione, per Wolfium edit. Tiguri 1587. 8.

CONSTANTINI Cæſaris de agricultura libri 20. opera Jo. Alexandri Braſsicani editi Græcè: Baſileæ 1539. 8. Iidem à Jano Cornaro Latinè redditi: Baſileæ 1540. 8.

CRISPINI Paſſæi junioris horti floridi partes duæ, florum, fructuum herbarumque icones, 325. cum brevib. deſcriptionibus ſecundum quatuor anni tempora. Arnhemij 1614. 8. forma oblonga.

DAVIDIS Kyberi lexicon rei herbariæ trilingue; item tabulæ collectionum per 12. menſes Conradi Geſneri. Argentinæ 1553. 8.

EMANUELIS Svvertij florilegium, in quo præter figuras plurimas etiam 47. plantæ ex India utraque allatæ, hactenuſque non deſcriptæ adduntur. Francofurti 1612. folio.

EUANGELISTÆ Quadramij Eremitæ, Theol. D. & Ducis Ferrarienſis Simpliciſtæ, tractatus de Theriaca & Mithridatio: Ferrariæ anno 1597. in 4.

EUCHARII Rœslin Medici Francfordiani herbarium aliquoties Germanicè cuſum, prius ſub Jo. Cubæ anteceſſoris ſui, dein ſuo, & quidem poſtremo anno 1546. cum 642. fig. Franc. in fol. tandem Ada. Loniceri nomine.

EURICII Cordi Simeſuſij Medici, Botanologicum per Dialogum propoſitum, Coloniæ 1534. 8.

FABII Columnæ phytobaſanos cum fig. 34. Neapoli 1592.

Ejuſdē de minus cognitis plantis partes duæ, quarum prima figuras 161. Romæ anno 1606. altera pars cum fig. 44. Ibidem 1616. cuſa eſt.

FERRANTIS Imperati Neapolitani pharmacopœi hiſtoriæ naturalis lib 28. cum figuris lapidum, corallorum, ſpongiarum, &c. plantarum vero & fructuum 33 Neapoli 1599. folio.

FRANCISCI Alexandri Vercellenſis Medici, Apollo, de compoſitione medicamentorum, radijs duodecim conſtans. Venetijs 1565. fol.

FRANCISCUS Lopez de Gomara hiſtoria Indiarum generalis.

GABRIELIS Alphonſi de Herera, opus de Agricultura Hiſpanicè ſcriptum, per Mambrianum de Fabriano Italicè redditum, cum figuris 74. parvis. Venetijs 1557. 4.

GARZIÆ ab Horto, proregis Indiæ Medici, de aromatibus & ſimplicibus medicamentis apud Indos naſcentium hiſtoria ordine Alphabetico, per Dialogos lingua Luſitanica conſcripta: à Cluſio in epitomen contracta & Latinè facta.

GONSALVI Ferdinandi Oviedi, Indiæ Occidentalis hiſtoria generalis, à Dureto in Gallicum tranſlata.

GREGORII de Regio, Capuccini, de Capſico libellus, curis poſterioribus Cluſij additus.

GULIELMI Turneri Angli, plantarum hiſtoria, Anglicè ſcripta, cum paucis figuris. Londini, folio.

HERMOLAI Barbari in Dioſcoridem Corollariorum libri quinque. Coloniæ 1530. fol.

Ejuſdem in C. Plinij naturalis hiſtoriæ libros caſtigationes. Baſileæ 1534. 4.

HIERONYMI Benzonis Mediolanenſis, novi orbis hiſtoria, per Urbanum Calvatonem Latinè reddita. Genevæ 1600. 8.

HIERONYMI Brunſuicenſis apodixis Germanica, Brunfelſij herbario addita. Argentinæ 1531. fol.

HIERONYMI Cardani de varietate rerum lib. 17. Baſileæ 1581. 8.

HIERONYMI Fracaſtorij [illegible] gduni 8.

HIERONYMI Tragi hiſt[illegible] Germanicè Argentinæ in [illegible] Davidem Kyberum Latine [illegible] bus 567. licet ad 800. deſcri[illegible] 1552. in 4.

Ejuſdem editio Germ[illegible] bitzio & Nicolao Agerio [illegible]

HISTORIA Generalis [illegible] per Joannem Molinæum [illegible] anno 1587. excuſa, in qua figuræ 2686. proponuntur, verùm circiter 400. bis terve repetuntur.

HONORII Belli Vicentini, Medici Cretenſis epiſtolæ de plantis ad Cluſium, cujus operibus additæ: nonnullas ad nos dedit, quæ necdum editæ.

JACOBUS Antonius Cortuſus patricius Patavinus & horti Patavini V. præfectus, à Matth. Dodonæo & alijs frequenter citatur ob plantas ipſis communicatas, à quo & ego Patavij accepi: nil edidit niſi Catalogum horti Patavini, cum ejuſdem areis, Italicè. Venetijs 1591. 8.

JACOBI Theodori Tabernæmontani hiſtoria Germanica tribus partibus edita cum figuris 2087. Francofurti 1588. fol.

Idem emaculatus auctus & plantarum deſcriptionibus & figuris ac med[illegible]ris plurimis, à C. Bauhino anno 1613. fol.

Ejuſdem icones cum nudo nomine Latino & Germanico. Francofurti 1590. in longa forma prodiére.

JANUS Cornarus Germanus, Dioſcoridem tranſtulit & ſingulis capitibus Emblemata addidit. Baſileæ 1557. folio.

INDIÆ Occidentalis partes decem cum additamento ad partem nonam, in folio.

INDIÆ Orientalis hiſtoriæ partes decem, in folio.

JOACHIMUS Camerarius, Matthioli hiſtoriam Germanicam per Hantſchium primùm verſam, & cum Matthioli figuris cuſam, rurſus emaculavit, novis iconibus 123. & notis auxit.

Idem Matthioli epitomen dedit cum figuris 1003. Francofurti 1586. 4.

Idem hortum Medicum & Philoſophicum ſcripſit: figuras 56. addidit Francofurti 1588.

JOSEPHI Acoſtæ, hiſtoria Indiæ, addita tomis Indicis, à Cluſio Latinitate donata.

JO. CUBÆ, hortus ſanitatis Germanicè cum figuris [illegible] Auguſtæ [illegible] fol.

JO. [illegible] Neapolitani, Villæ libri [illegible]

[illegible] 1591. Franc. 8.

[illegible] meus, [illegible] Divis denomina[illegible]

Idem de [illegible] gardi [illegible] 8.

Idem de [illegible] Balneo Bolli [illegible] ſcentibus [illegible] fig. 60, & pyrorum 40 additis: editus cum Hiſtoria de Balneo Bollenſi. Montisbelgarti 1598. 4.

JO. Bruyerinus Campegius Lugdunenſis, de re cibaria lib. 22. Francofurti 1622. 8.

JOANNIS Coſtæi de univerſali ſtirpium natura libri duo. Taurini 1578. 4.

Ejuſdem annotationes in Meſuem, cum operibus Meſuæi. Venetijs 1570. fol.

JO. du Choul montium Lugdunenſis agri præfectus, Lugdunenſem Pilati montem deſcripſit, duabus parvis figuris additis: cum Geſneri libello de Lunarijs prodijt. 4.

JOAN-

JOANNIS Dantzij Aſtenſis, tabulæ Simplicium quæ apud Dioſcoridem, Galenum & Pli[illegible] facultates continent: & de Simplicium [illegible] facultatibus, dialogi qua[illegible] 1543. fol.

JO. FRAGOSUS Hiſpaniarum regis Medicus & Chirurgus, aromatum, fructuum & ſimplicium aliquot ex utraque India in Europam delatorum hiſtoriam Hiſpanicè ſcripſit, Iſrael Spachius Med. Argentinenſis edidit. Argentinæ 1600. 8.

JO. FRANCUS, hortum Luſatiæ ſive Catalogum plantarum in Luſatia naſcentium, additis Latinis & Germanicis nominibus ſcripſit. Budiſsinæ 1594. 4.

JO. Gerardi hiſtoria plantarum Anglica cum figuris ipſius Tabernæmontani: nonnullis etiam Lobelij: & inſuper 16. novis additis. Ita ut ſint circiter 2190. Londini 1597. folio.

JO. Hugonis Linſcoti itinerarium ac navigatio in Orientalem ſive Luſitanorum Indiam, cũ Bernhardi Paludani annotationibus. Hagæ comitis 1599. fol. jungitur etiam Hiſtorijs Indicis.

JO. Leonis Africæ deſcriptio.

JO. Lerius Burgundus, hiſtoriam Braſilianam Gallicè primum, deinde Latinè dedit. Genevæ 159[illegible]. 8. [illegible]

JO. [illegible] Medicinalium lib. [illegible]

Ju. Meſue [illegible] quæ [illegible] folio & etiam [illegible]

JO. Pona Pharmacop. [illegible] Veronenſis [illegible] in monte Baldo [illegible] ſer[illegible] Icones [illegible] 16 additis. Cluſius ſuæ hiſtoriæ rariorum [illegible]

Idem [illegible] & nonnullarum plantarum, ab Honorio Belli in Creta obſervatarũ, deſcriptiones cum fig. 38. addidit. Baſileæ 1608. 4.

Idem auctus, cum alijs plurib. exoticis, ex Nobiliſsimi Nicolai Contareni Senatoris Veneti horto inſtructiſsimo acceptis, figuris 91. additis, à filio Franciſco Pona Med. Doctore, in linguam Italicam translatus. Venetijs 1617. 4.

JO. Robini Botanici Regij, hortus Henrici IV. Regis Galliæ & Navarræ, cum figuris 214. Lutetiæ 1608. folio.

JO. Roderici Caſteli albi Luſitani, index Dioſcoridis, ſive in Dioſcoridis hiſtoriales campos exegemata. Antuerpiæ 1536. fol.

JO. Ruellij de natura ſtirpium libri tres. Baſileæ 1537. fol. Ejuſdem Dioſcoridis verſio [illegible]

JO. Sturmius Lovanienſis profeſſor, de roſa Hiericunthica libellum ſcripſit. Lovanii 1608. 8.

JO. Thalij Medici Northuſani, Sylva Harcynica, ſive Catalogus plantarum in montibus & locis vicinis ſpontè naſcentium, cum plurimarum deſcriptionibus cum Camerarij horto, novem figuris additis, editus Francofurti 1588. 4.

JO. Theodori de Bry florilegij partes tres. 1612. 1614. & 1618 folio.

JULII Cæſaris Scaligeri, animadverſiones in Theophraſti libros ſex de cauſis plantarum. Genevæ 1566. fol. Ejuſdem in libros de hiſtoria plantarum. 8.

Ejuſdem in libros duos de plantis Ariſtoteli inſcriptos, commentarij Genevæ 1566. folio.

Ejuſdẽ de Subtilitate l. 15. Francofurti 1576. 8.

LAURENTII Phriſij Synonyma, ſive explicatio nominum medicamentorum in officinis uſitatorum, Germanicè. Argentinæ 1535. fol.

LEONHARDI Fuchſij hiſtoria Latina cum 516. figuris. Baſileæ 1542. fol.

Ejuſdem icones ſeorſim editæ. Baſileæ 1549. 8.

Ejuſdem de compoſit. Medicamentorum lib. 4. Lugduni 1556. 16.

LEONHARDI Rauvvolfij Medici Auguſtani, peregrinatio in Orientem, in qua plurimæ plantæ deſcribuntur, & figuræ 42. apponuntur. Lauingæ 1581. 4. Icones hæ etiam in Appendice Hiſtoriæ Lugdunenſis habentur.

LEVINI Lemnij de plantis ſacris, Lugduni [illegible] cum [illegible] Valeſij ſacra Philoſophia.

L. Junij Moderati Columellæ de re ruſtica [illegible] de Arboribus liber unus. Lugduni 1541. 8.

LUDOVICI Jungermanni D. Catalogus plantarum circa Altorfium naſcentiũ, à Caſparo Hofmanno Profeſſore recenſitus. Altorfi 1615. 4.

LUDOVICI Romani navigatio in Orientẽ l. 7. Archangelo Madrignano interprete: cũ alijs qui novum orbem deſcripſere. Baſileæ 1555. fol.

MARCELLI Virgilij Florentini Secretarij Dioſcoridis interpretatio, cum ejuſdem Commentarijs. Coloniæ 1529 fol.

MARCI Catonis de re ruſtica liber. Lugduni 1541. 8.

MARCI Terentij Varronis de re ruſtica libri tres. Ibid.

MARTINI Mylij, *hortus philoſophicus*. Gorlici 1597. 8.

MAT-

MATTHÆI Sylvatici, opus Pandectarum. Venetijs 1499. fol.

MATTHIÆ de Lobel plantarum ſeu Stirpium hiſtoria, additis figuris 1476. cum Adverſariorum, volumine (prius tamen edito) adnexo. Antuerpiæ 1576. fol.

Ejuſdem Icones ſeorſim cuſæ, 2116. numero. Antuerpiæ 1581. in longa forma.

Ejuſdem Adverſariorum pars altera, cum rariorum ſimplicium Appendice, additis 39. figuris. Londini 1605. in fol.

Ejuſdem Rondeletij pharmacia reſtituta, priori libro addita.

Ejuſdem de Balſamo libellus & Zingibere, cum 5. figuris. Londini 1598. 4. qui Adverſar. parti alteræ etiam jungitur.

MAXIMILIANI Tranſylvani de Moluccis epiſtola, cum novi orbis ſcriptoribus edita.

MELCHIORIS Guilandini quarti horti Patavini præfecti, Theon ſive Apologia adverſus Matthiolum. Patavij 1558. 4.

Ejuſdem aliquot epiſtolæ de Stirpibus, ibid.

Ejuſdem Papyrus ſive commentarius in tria C. Plinij de papyro capita. Venetijs 1572. 4.

Ejuſdem conjectanea Synonymica plantarum, cum Horti Patavini catalogo ſub annum 1591. Jo. Schencki opera edita. Francofurti 1600. 8.

MONACHI in Meſuem, vide Angelus Palea.

NICANDRI Theriaca & Alexipharmaca, cum incerti authoris Græcis Scholijs. Venetijs 1523. 4. Ejuſdem editio Græcolatina cum Gorræi Scholijs. Lutetiæ 1557. 4.

NICOLAI Clavenæ Bellunenſis pharmacopœi, de Abſinthio umbellifero, cum ejus figura, & de Scorſonera Italica, Venetijs 1610. 4.

NICOLAI Loniceni, de Plinij & aliorum erroribus & ejuſdem quædam de herbis & fruticibus. Baſileæ 1529. 4.

NICOLAI Maronæi Medici Veronenſis, de Amomo commentarius, cum Jo. Ponæ montis Baldi deſcriptione editus.

NICOLAI Monardis Hiſpalenſis medici, de ſimplicibus medicamẽtis ex Occidentali India delatis, lib. 2. Hiſpanicè ſcripti, à Cluſio Latinè redditi, notis illuſtrati. Antuerpiæ 1574. 8. & editio quarta Cluſij exoticis cum fig. 17. addita.

Ejuſdem libri tres de Bezoar lapide, de Scorzonera, de ferro & nive. Ibidem.

Ejuſdem libellus de Roſa & Citrijs Latinè ſcriptus, cum Cluſij exoticis editus.

NICOLAI Winckleri Medici. Ha[illegible] chronica herbarum, florum, ſem[illegible] um, radicum, ſuccorum, ani[illegible] tempore ſingula legenda. Auguſtæ 1571. 4.

OTTHONIS Brunfelſii hiſtoria Latina tribus tomis prodijt : primus anno 1530. alter 1531. & tertius poſthumus, anno 1536. Argentinæ, cum figuris 238. at ſedecim bis poſitæ ſunt : ſummatim cum & ſine figuris 288. deſcribuntur.

Idem & Germanicè ſcripſit, in folio cum ijſdem figuris, & in 4. parvis figuris additis. Argentinæ 1539.

PALLADII Rutilij, de re ruſtica lib. 14. Lugduni 1541. 8.

PAULUS Renealmus Blæſenſis, ſpecimen hiſtoriæ plantarum cum figuris 43. typis æneis expreſsis, edidit. Lutetiæ 1611. 4.

PEDACIUS Dioſcorides Anazarbæus, de materia medica, & quidem editio Marcelli Virgilij, Goupilij, Aſſulani, Joannis Ruellij, Jani Cornarij, Jo. Antonij Sarraceni.

PEDACI Dioſcoridis libri ſex Ruellio interprete, cum parvis iconibus 350. additis cuilibet capiti hujus ſecundæ editionis annotationibus compendiarijs ab H. B. P. medico : item & triginta icones ſtirpium nondum delineatarum à Jac. Dalechampio. Lugduni 1552. 8.

PETRI Andreæ Matthioli commentaria Italica cum magnis [illegible]ris 1568. Venetijs : ejuſdem Italica, cum parvi[s] figuris, 1563.

Ejuſdem editio Ger[m]anica Camerariar [illegible]

Ejuſdem editio à [illegible]

Ejuſdem epitome anno 1571. edita.

Ejuſdem epitome à Camerario correcta.

Ejuſdem Epiſtolæ cum Commentarijs Francofurti editæ, cum Apologia in Amatum Luſitanum.

PETRI Bellonij Obſervationum libri tres à C. Cluſio latinitate donati, additis plantarum figuris 10. Antuerpiæ 1589. 8.

Ejuſdem de neglecta ſtirpium cultura, eodem ex Gallico vertente. ibidem: & ſimul cum libris exoticorum Cluſij editi.

Ejuſdem de arboribus coniferis, reſiniferis & ſempiterna fronde virentibus, cum earumdem iconibus octo. Pariſijs 1553. 4.

Ejuſdem de medicato funere & medicamentis, ca-

tis, cadaveris ſervandi vim habentibus. Ibidem.

PETRI Creſcentij Bononienſis de agricul- tu[illegible] partibus, plantarum & animalium natura & utilitate lib. 12. ante annos ducentos ſcripti. Baſileæ 148[illegible] cum paucis figuris.

PETRI Pavvij horti publici Academię Lugdunobatavæ præſidis, ichnographia, deſcriptio, uſus, & ſtirpium quas habet nomina. Leidæ 1603. in 8.

PETRUS Pena, vide Adverſaria.

PHILIPPUS Pigafetta regni Congiani hiſtoriam ſcripſit, quę cum Indicis hiſtorijs edita.

POMPEIUS Sprecchis, Antabſinthium Clavenæ, cum figura Abſinthij umbelliferi. Venetijs 1611. 4.

PROSPER ALPINUS, ſextus horti Patavini præfectus, de Balſamo dialogum, ejus figura addita, ſcripſit. Venetijs 1591. 4.

Ejuſdem de plantis Ægypti liber, cum figuris 46. & cum Medicina Ægyptiorum. Venetijs 1592. 4.

Ejuſdem de Rhapontico, cum ejuſdem figura. Patavij 1612. 4.

Q. APOLLINARIS liber experimentorum Germanicè ſæpius editus cum 141. figuris. Argentinæ 1589. 8.

REMBERTI Dodonei Stirpium hiſtoria Belgicè ſcripta, & à Cluſio Gallicè reddita (vide Cluſium) [illegible]

[illegible]

Iconęs [illegible]

Ejuſdem [illegible]

Antverpiæ [illegible]

Ejuſdem [illegible]

ſim cum novis figuris edita, in 8. Eadem ſimul juncta in libros triginta diviſa. Antverpiæ anno 1583. in folio, cum 1305. figuris. Hæc hiſtoria denuo recuſa Belgicè, cum cujuſdam annotationibus prolixis, additis adhuc 36. novis figuris anno 1608. Latinè ſimiliter ab authore emaculata paucis mutatis, & figuris quæ in Belgica editione habentur, cum deſcriptione additis, anno 1616. prodijt.

SIMONIS Januenſis Clavis ſanationis obſcuriora vocabula ordine Alphabetico exponens. Venetijs 1486. fol. cum Sylvatico recuſa.

TARQUINII Ocyori Dortmundani, de viginti radicibus adverſus peſtem probatis, cum earundem plantarum figuris, Germanicè cum Q. Apollinaris libello.

THEOPHRASTI Græci de hiſtoria & de cauſis plantarum, editio Græca Veneta 1552. 8. Baſileenſis, 1541. 4. & Gazæ verſio Lugduni 1552. 8. cum Joannis Jordani correctione.

THOBIÆ Roelſij Medici Medioburgenſis epiſtolæ ad Cluſium: cum hiſtoria Cluſij editæ.

THOMAS Hariot Inſulam Virgineam deſcripſit: Cluſius Latinè reddidit, eſt prima pars Ind. Occidentalis.

VALERII Cordi in Dioſcoridem annotationes.

Ejuſdem lib. 4. de ſtirpium hiſtoria, cum figuris [illegible] ex Trago & aliquot novis à Geſnero additis.

Ejuſdem Sylva obſervationum, quæ omnia ſimul [illegible] Geſnero curante, Argentinæ 1561. in fol. edita.

Ejuſdem diſpenſatorium ſæpius recuſum.

NOMI-

NOMINA EORUM QUI PLANTAS VEL SEMINA COMMUNICARUNT.

AClatius, Medicus Alſterodamenſis.
Angelus Buſti dictus Vidua, Medicus Venetus.
Arnoldus Gillenius, Ducis Megapolitani Medicus.
Baſilius Beslerus, Pharmacop. Norinberg.
Bernhardus Paludanus, Medicus Enchuſanus.
Caſparus Bartolinus, Haffniæ Medicinæ Profeſſor.
Caſparus Hoffmannus, Altorfij Medicinæ Profeſſor.
Caſparus Weckerlinus, Medic. Argent.
David Vaſmarus, Lubecenſis medicus.
Daniel Loritius, Ducis Wirtenberg. Med.
Everhardus Vorſtius, Lugd. Batavorum Medicinæ Profeſſ.
Fabius Columna, I C. Lyncæus.
Ferrandes Imperatus, Pharmacop. Neapolitan.
Franciſcus Pona, Medicus Veronenſis.
Fridericus Meyer, Argentin. p.m.
Fridericus Monavius Med. D.
Georgius Fueren, Medicus Hafnienſis.
Georgius Rumbaum, Med. Uratislav.
Georgius Spörlinus Baſil. Med. Candid.
Gregorius de Regio Capuccinus.
Henricus Heyl, Medicus Dantiſcan.
Hermannus Higius, Medicus Arnhemi.
Hieronymus Viſcherus, Med. Norinberg.
Honorius Belli Vicentinus, Medic. Cretenſis.
Jacobus Albinus, Medicus Hamburg.
Jacobus Antonius Cortuſus, quintus Patavini horti præfectus.
Jacobus Cargillus, Medicus in Scotia.
Jacobus Gulielmi Hooft Amſtelredam.
Jacobus Hagenbachius, Medicus Baſil.
Jacobus Zuingerus p.m. Medicus Baſil.
Joachimus Burſerus, Medicus Annæbergenſis.
Joan. ab Alen, pharmacop. Bremenſis.
Joan. Anatolius Privæus, Medicus Veſuntinus.
Joan. Backmeiſterus, Profeſſor Roſtochienſis.
Joan. Bauhinus, frater p.m. Archiater Wirtenbergicus.
Joan. Fleiſſerus, Uratisl. Medicus.
Joan. Francus ſenior, Medicus Camicenſis.
Joan. Carolus Roſenberger, Poliater Wormat.
Joan. Henricus Cherlerus p.m. Med. Baſil.
Jo. Henricus Richinerus p.m. Med. Baſil.
Joan. Dortmannus, Pharmacop. Grüningenſis.
Joan. Neudorffer, Medicus Norinbergenſ.
Joan. Pona, Pharmacop. Veronenſis.
Joan. Prevotius, Med. Profeſſor & horti Patavini ſeptimus præfectus.
Joann. Rudolphus Saltzman, Poliater & Med. profeſſor Argentinæ.
Joan. Sigfridus Helmſtadi Medic. Profeſſor.
Joan. Terentius ex ſociet. Jeſu, qui ex India plantas miſit.
Joan. Michael Wolffhardus, Med. Rotebur.
Laurent. Roſenau, Pharmacop. Lineburgenſis.
Laurentius Scholtzius ſenior p.m. Med. Uratislav.
Leonhard. Doldius p.m. Medicus Norinberg.
Lucas Juſtus, Baſil. Ducis Bipont. Medicus.
Ludovicus Fürer, Senator Northuſanus.
Ludovicus Iungermannus, Profeſſor Gieſſanus
Matthias de Lobel p.m. Botanographus.
Matthæus Liſter, Londinenſis Medicus.
Nicolaus Agerius, Ph... es Profeſſ. Argent.
Nicolaus Contarenus, Senator Venetus.
Olaus Worm, Doctor & Profeſſor Haffniæ.
Paſchalis le Coq, Pictavienſis, Med. & Profeſſ.
Philip. Steph. Sprenger p.m. Pharmacop. Heidelb.
Proſper Alpinus, Profeſ. & horti Patavini ſextus præfectus.
Samuel Sattler, Ducis Brunſuic. Medicus.
Thomas Platerus, Baſil. D. & Profeſſor.
Veſpaſianus Robinus, qui Lutetiæ hortum exoticis plantis inſtructiſſimum habet, & à quo plura expectamus.

EXPLI-

EXPLICATIO NOMINUM
Authorum citatorum.

ACosta Criſtophorus.
Actuar. Actuarius.
Ad. Adverſaria Penæ.
Ægin. Ægineta.
Aet. Aetius.
Agric. Georgius Agricola.
Aldroan. Ulyſſes Aldroandus.
Alp. Alpi. Alpin. Alpinus.
Ama. Amatus.
Ang. Anguillara.
Apul. Apuleius.
Ariſt. Ariſtoteles.
Athenæ. Athenæus.
Avic. Avicen. Avicenna.
Barboſa Odoardus.
Belli Honorius Belli.
Bellon. Bellonius.
Bell. obſ. Belloni obſervationes.
Bell. cult. de cultura neglecta.
Bentz. Hieronymus Bentzo.
Bot. Franc. Botanologicum Francofordianum.
Braſ. Braſſav. Braſſavolus.
Bry. du Bry. Florilegium de Bry.
Brunf. Brunfelſius in folio.
Brunf. 4. editione in 4.
Brunf. ico. quoad iconem.
Brunf. deſ. quoad deſcriptionem.
[illegible] Augerius Busb[illegible].
Ca[illegible]nuſtus.
Cæſ. Cæſalpinus.
Cam. Camer. Camerarius in horto.
Cam. ep. & hor. Camerarius in epitome Matthioli & ſuo horto.
Cam. ad Matth. Camerarius in Matthiolo à ſe emaculato.
Cam. fig. hort. Camerarius in figuris horto ſuo additis.
Carate Auguſtinus.
Carda. Cardanus de variet. rerum.
Car. Carolus Stephanus.
Caſt. Caſtor Durantes.
Caſt. ap. in Appendice.
Caſt. icó. ſecundum iconem, non deſcriptionem.
Caſt. deſ. Secundum deſcriptionem, nõ iconem: idem apud alios intelligas.
Cat. Altorff. Catalogus Altorfenſis.
Cato. Marcus Cato.
Celſ. Cornelius Celſus.
du Choul. Johannes du Choul.
Cieca. Petrus de Cieca.
Claven. Clavenna pharmacopœus.
Cl. h. Cluſius hiſtoria rariorum.
Cluſ. hiſt. deſ. ico. hiſtoria rarior: deſcriptione vel icone.
Cluſ. pan. hiſtoria Pannonica.
Cluſ. hiſp. hiſtoria Hiſpanica.
Cluſ. ex. exot. hiſtoria exoticarum.
Cluſ. ap. appendice ad hiſtoriam rariorum: ap. alt. auct. appendicis alterius auctario.
Cluſ. cur. poſt. in curis poſterioribus.
Cluſ. in corol. in corollario ad Dodonæi editionem Gallicam.
Cluſ. in Garz. in Mon. Cluſius notis ſuis in Garziam, in Monardem.
Cod. Cæſ. Codex Cæſarius à Dodonæo ſæpe [illegible]
Col. Colum. ubi in frugum hiſtoria occurrit, Columellam intelligas.
Col. Colum. Fabius Columna.
Contarenus Nicolaus.
Cord. in Dioſ. Cordus notis in Dioſcoridem.
Cord. hiſt. in ſua plantarum hiſtoria.
Cord. obſ. in ſylva obſervationum.
Cord. ſchol. Cordi ſcholiaſtes qui Æmilius cenſetur.
Cord. in diſp. in diſpenſatorio.
Corn. Janus Cornarus.
Corteſius Ferdinandus.
Cortuſus. Jacob. Antonius.
Coſt. in Meſ. Coſtæus in Meſuem.
Coſtin. Nicolaus Coſtinus.
Dal. Dalechampius.
Dal. in Plin. notis ad Plinium.

)()()(2 Dalech.

Dalech. in Dioſ. figuris additis ad Dioſcoridem Ruellianum.
Dalech. Lugd. in hiſtoria univerſali Lugduni edita.
Dioſc. Dioſcorides.
Dod. Dodonæus editione Latina in folio.
Dod. gal Dodonæus in editione gallica Cluſij.
Dod. ut. Dodonæus in utraque tam Gallica quàm Latina editione.
Dod. ed. belg. editione Belgica & poſtrema.
Dod. fl. in hiſtoria florum in octavo cuſa.
Durantes Caſtor.
Duretus Claudius.
Encelius Chriſtophorus.
Eyſt. Eyſtet. hortus Eyſtettenſis.
Eric. & Val. Cord. Ericius & Valerius Cordus, pater & filius.
Fallop. Gabriel Fallopius.
Fabric. Georgius.
Frag. Fragoſus.
Fracaſt. Fracaſtorius.
Franc. Francus in horto Luſatiæ.
Fuch. Fuchſius in hiſtoria Latina in folio.
Fuch. ico. in iconibus ſeorſim editis.
Fuch. comp. de compoſitione medicamentorum.
Gal. Galenus.
Gaza in verſione Theophraſti.
Gar. Garzias ab Orto.
Ger. Johannes Gerardus Anglus.
Geſ. h. hort. Geſnerus in libro de hortis Germaniæ: hor. ap. in appendice hujus libri de hortis.
Geſ. lun. libello de herbis noctu lucentibus.
Geſ. fra. in deſcriptione montis fracti.
Geſ. col. in libello de collectione ſtirpium.
Geſ. foſ. de foſsilibus.
Geſ. cat. in plantarum Catalogo quadrilingui.
Geſ. ad Cord. in corollario hiſtoriæ Cordi addito.
Geſ. in epiſt. in epiſtolis ſuis.
Gomara Franciſcus.
Guil. Guilandinus in Theone.
Guil. the. in Theone.
Guil. pap. in commentario in Plinij capita de Papyro.
Hariot in deſcriptione inſulæ Virgineæ.
Hermol. Hermolaus Barbarus in corol. ad Dioſcorid.
Hipp. Hippocrates.
Hon. Belli Honorius Belli in epiſtolis ad Cluſium.
Imper. Ferrandes Imperatus in ſua hiſt. naturali.
Ind. occ. Indiæ Occidentalis hiſtoria.
Ind. or. Ind. Orientalis hiſtoria.
Joſephus Acoſta in hiſt. Indiæ.
Lac. Lacun. And. Lacuna.
Lang. Johannes Langius.
Lem. Levinus Lemnius.
Leon. Nicolaus Leonicenus.
Lerius in deſcript. Braſiliæ.
Linſc. Linſcot. Linſcotus in hiſtor. Indiæ orientalis.
Lob. Lobelius in Obſervat.
Lob. ob. Idem.
Lob. ad par. alt. in Adverſariorum parte altera.
Lob. Belg. editione lingua Belgica.
Lob. ico. in Iconibus ſeparatim editis.
Lob. pharm. Rond. pharmacia Rondeletij reſtituta.
Lon. Adamus Lonicerus.
Lud. Rom. Ludovicus Romanus.
Lugd. Hiſtoria generalis Lugduni cuſa.
Manard. Johan. Manardus.
Marcel. Marcellus Virgilius.
Marogna. Nicolaus Maronæus Veronenſis.
Matth. Matt. Matthiolus.
Matth. comp. Matthioli compendium in 4.
Matth. Ital. Matthioli editio lingua Italica cum magnis [illegible]
Matth. ico. ſi iconem perpendas.
Mycon. Myconus hic à Lugdun. citatur.
Myrepſ. Nicolaus M[illegible]
Monach. Meſ. Monachi in Meſuem.
Monard. Nicol. Monardes.
Mund. Mundel. Aloyſius Mundella.
Nicander in Theriacis & Alexipharmacis.
Ovied. Ferdinandus Oviedus.
Oribaſ. Oribaſius Græcus.
Pallad. Palladius.
Palud. Bernhardus Paludanus notis in Linſcottum.
Pandect. Pandectarius.
Pena. Petrus Pena in Adverſarijs.
Phytopin. Phytopinax C. Bauhini.
Pigafet. Pigafetta in deſcript. regni Congiani.
Plin. Plinius.

Pon.

Pon. Johannes Pona edit. Latina.
Pon. Ital. editione Italica montis Baldi.
Portæ. Jo. Baptiſta Portus in ſua villa.
Prod. Prodromus C. Bauhini.
Quad. Euangeliſta Quadramius.
Rauvv. Leonhardus Rauvvolffius.
Reg. Gregorius de Regio Capuccinus.
Richer. Richerius de Belleval, Botanicus Monſpelienſis.
Röſ. Eucharius Röslin.
Rob. Joan. Robinus.
Rondel. Rondeletius in ſua praxi.
Ruel. Joan. Ruellius.
Scalig. Scaliger in ſubtilitatibus.
Scalig. in Ariſt. in Ariſtotelem de plantis.
Schvvenck. Caſparus Schvvenckfeldius.
Serap. Serapio Arabs.
Sethi. Simeon Sethi Græcus.
Solinand. Solinander in conſilijs.
Stad. Stadius in Braſiliæ deſcriptione.
Svv. Svve. Svvert. Svvertius.
Tab. Taber. Tabernæmontanus. edit. folio.
Tab. ico. in iconibus ſeparatim cuſis.
Th. Thal. Johannes Thalius.
Thevet. Andreas Thevetus.
Tovar. Simon Tovar, Hiſpalenſis Medicus.
Trag. Hieronymus Tragus.
Tur. Guilielmus Turnerus.
Valeran. Valerandus Donreus Pharmacopœus.
Vercell. Franciſcus Vercellenſis.

AD AVTHOREM

HERMANNUS van der Haghen / BELGA

Illuſt. Principis Auriaci & Reipubl. Arnemienſis. in Geldria Med. ord.

BAVHINE Aonidum decus immortale ſororum,
Quas æterna tui laudes monumenta merentur
Ingenij, tum quanta tuis, quæ nuper in auras
Doctorum manibus paßim vulgata teruntur,
Gratia debetur cœptis, non prenderit acri
Mente, aut facundo quis digno expreſſerit ore.
Non ſi Thebanus veniat redivivus ab Orco
Maximus, aut vates Italæ telluris alumnus,
Atq́ his Mæonides ſocium ſe adjunxerit ipſe.
Tam dotes animi variæ, tam multa relucet
Omnibus in ſcriptis virtus præſtantia tanta,
Non modò ut æquales Medicorum ſcita ſequutis
Seu vivam licuit vocem exaudire docentis,
Seu ſcriptos oculis tantum evolviſſe labores
Dicere nil dubitent, ſe terq́ quaterq́ beatos:
Verùm etiam ſeri poſt ſecula longa nepotes,
Egregias memori ſolvent tibi pectore grates.
Quis genera herbarum ſeclis ignota priorum
Et fruticum plura & florum quis prodidit unus?
Quæ dum ſollicito nemoroſos lumine ſaltus,
Dum ſylvas, monteſq́ feros valleſq́ reductas
Scrutaris, monſtrante DEO, & tua Vota juvante,
Eruis atq́ oculis pulchrè ſpectanda dediſti:

Gallia

Gallia quicquid habet, quicquid Germania, quicquid
Heſperiæ latis virgulti finibus extat,
Marte tuo doctis viva ſub imagine chartis
Cernere cuiq; licet deſcriptum clare BAHINE.
Prætereo quæ miſſa tibi non obvia noſtris
Multa locis libri concludis faſce ſub uno.
Ergo Dioſcorides ne tantæ præmia laudis
Prima ferat, ne Matthiolus ſibi proxima poſcat,
Efficis, unus habes & prima & deinde ſecunda.
Magnanimi ſileant, qui vix dum ſingula Reges
Invenere, ſuos faſtus & nomina ponant.
Quid memorem innumeros, cum morbis ægra trahebant
Corpora, vicinæ tua quos ſolertia morti
Eripuit, miſeriſq; dedit producere vitam.
Ut Dis non falsò raptos è faucibus artis
Arte tua ſibi ſexcentos periiſſe queratur.
Nec minor inciſos humani ob corporis artus
Gloria percrebuit: qua dexteritate nec ulli
Priſcor[illegible] nec [illegible] ceſſeris ævi.
Multa tibi forſ[illegible] dixiſſe BAHINE
Vix tamen [illegible] ſumma tuarum
Virtutum [illegible] at prohibet pudor addere plura.

DE

DE VTILITATE HVJVS OPERIS ANDREÆ LIBAVII D. & P. L.

Carmen.

Qui cauſſas vires propria & diſcrimina rerum,
Primi exercitijs expoſuere ſuis.
Inventis ſeros magnis juvêre nepotes,
Et cura populis conſuluere bona.
Scilicet his ducibus lædentibus optima ceptum eſt
Diſcerni & membris utiliora ſequi.
Quin etiam ſi quid natum foret intus acerbi,
Sive parum cautis eſſet oborta lues:
Quærere præſidium morbumq́; evellere membris
Hinc ſoliti, poterant ſe reperare ſibi.
Idq́; viâ facili. Nam nomine cognita quæq́;
Forma animis ſolita ſe exhibuere diu.
Improbior donec ſucceßit patribus ætas
Contemtrixq́; boni Gens, populusq́; ferox.
Hinc rabieq́; furens & martia caſtra ſecutus
Rerum confudit notitiam atq́; notas.
Artibus hinc ſubtracta fides, viresq́; negatæ
Eſſe ſub his, primi quas docuêre ſenes.
Poſtera gens igitur finxit nova nomina, resq́;
Spectatas alio protulit inde ſono.
Tu quoq́; livor iners multum mutare ſolebas,
Atq́; peregrinis fingere verba notis.
Scilicet ut raperes ſoli tibi turpiter uſum
Naturæ, medicæ notitiamq́; rei.
Sed tandem ſuperavit amor ſtudi[illegible]q́; iuvandi:
Et ceßit rabies invidioſa bono.
Milliaq́; in ſummam collecta vocabula, quæ res
Signentur paßim ſpe meliore monent.
Quicunq́; ergo vagis erras autoribus, atq́;
Ambiguis traheris per dubitanda vijs.
Huc propera: menti curas demturus inanes:
Hîc Ariadnai fila laboris habes.
Magnus pæonij Heros BAVHINVS *in auſis*
Errantes certo dirigit orbe pedes.
Ille laborifer præclarus in agmine Phœbi
Herbarum titulos ut bona legit apis:
Inq́; unum congeßit opus, quò diſcere promptè
Poßis, quas habeat quælibet herba notas.
Utitor hoc igitur gratus, tantumq́; laborem
Declara ſtudio, non perijſſe, tuo.

CASPARI BAUHINI
PINACIS THEATRI BOTANICI
LIBER PRIMUS.
SECTIO PRIMA.
DE GRAMINIBVS.

GRAMEN *à gradiendo, quòd geniculatis ramis ſerpat Dioſcorides lib.4.cap.30.* ἄγρωστιν *nominat: Ut & Theophraſtus 1. hiſt. 10. 4. ejuſd. 7. & 11. & cauſ. 16. cui 3. hiſt. 9.* πόα *dicitur.* Ἄγρωστις παρὰ τῶν ἀγρῶν, *quòd in agris proveniat:* Πόα, *quòd omnium herbarum frequentiſſima.*

In Bali Inſula, geſtant Cannas ſagittivomas, ex quibus teretes exileſque ſagittulas ex Arundine fabrefactas [an ex prædicta Arundine?] in apice verò intoxicatas, efflant: in hiſt. Ind. Orient. part. 3. c. 39.

VII. Arundo farcta flava.
Ζευγίτης καὶ εὐνούχιας, Theophraſto.
Arundo fœmina & ſecunda, Dod. gal.
Naſtos, ſeu farcta, ſive toxica gracilis & plicatilis, Lob. ico.
Naſtos ſecunda, Tab.
Arundo farcta, Ger.

VIII. Arundo repens vel Chamæcalamus.
Arundo humilis, Geſ. hor.
Arundo tertia in maritimis, Cæſ.
Arundo epigejos, Lugd.

ARUNDO INDICA.

I. Arundo arbor: in qua humor lacteus gignitur, qui Tabaxir, Avic. & Arabibus dicitur.
Mambu Indorum, in cujus arundinibus Tabaxir ſive Saccar. Mambu, Garziæ.
Mambu ſive arbor Tabaxir, Lugd. Frag.
Spodium aut Tabaxir Perſianorum, Acoſt.
Spodium, Caſt. Frag.

Hi duo ſecuti errorem Gerardi Cremonenſis, qui in Rhaſi Tabaxir Arabum per Spodium reddit: cùm Σποδὸς ſive Spodium, ſit Tutia Arabum, cujus in externis remedijs ſolùm uſus eſt. Tabaxir verò in Arabum compoſitionibus, intra corpus ſumatur.

Eſt autem Tabaxir (ut habetur in 4. part. Ind. Orient. c. 14.) medulla arundinis Mambu ſive Bambus, & vocatur Saccar Mambu, id eſt, Sacharum de Mambu, quod propter inſignem vim medicamentoſam magni fit, & ab Arabibus, Perſis, & Aethiopibus, qui illud Tabaxir vocant, avidè coëmitur.
Harundo Indica, Cluſ. exot.
Bambus ſive Iunc. Indic. 4. p. Ind. or. c. 14. fig. 12.
Bambu, Mambu, ex qua Tabaxir, part. 4. Ind. Orient. cap. 3.
Canna Tabaxir & Arundo, quam Indi Bambus vocant, Idem.

Sunt arundines aſpectu gratiſsimæ, prealtæ, nigræ, rotundæ, craſſæ, ita ut utraq; manu vix junctim includas, imò femoris craſsitie. Creſcunt ſponte in Norſingæ Regno ad littus, & univerſo littore Malabar, præcipuè juxta Choromandel. Indi ex ijs domos ſuas ædificant, ut in Terenate, quas findunt, & ſingulari induſtria intorquent: part. 5. Ind. Orient. Sic in Pegu etiam, & ſtramine teguntur: par. 7. Ind. Or. c. 35. & 37. & in civitate Bantam, cuncta ædium ſublicia ex his arundinibus aſſulatim diſſectis conſtant: 3. part. Ind. Orient. cap. 22. Imò ad lecticas Pallankyns dictas vulgò, utuntur, in quibus mulieres per publicum deferunt. Sic & naviculas, duobus viris capiendis aptas conficiunt: par. 2. Ind. Orient. 17. & par. 4. c. 14. Hac adverſarij, quem vitâ omnino exuere nolunt, dorſum contundunt: par. 2. Ind. Orient. cap. 32.

Arundines in Indiæ Occident. ſylvis (an eædem cum priore?) non raro naſcuntur, craſsitudine cruris humani, quæ adeò teneræ, ut ſingulæ ſtantes uno ictu gladij ſecentur: aridæ verò tanta duritie, ut fiſsis illis, & in modum Chirurgicorum ſcalpiorum efformatis, ſagittas ſuas ita arment Barbari in Braſilia, ut uno ictu feras humi fundant, &c. in Ind. Occident. hiſt. part. 3. c. 12.

Cannæ ſeu arundines editiſsimæ naſcuntur, quarum quodlibet interſeptum menſuræ Hiſpanicæ capax eſt: hæ ſtructuris ædium etiam adhibentur: in hiſt. Ind. Occident. l. 4. c. 30.

Cannarum Hieroſolymitanarum nomen quoq; occurrit in hiſt. Ind. Orient. part. 4. c. 6.

II. Arundo Sacchariſera.
Arundo octava, vel ſaccharata, Dod. gal.
Harundo ex quo Saccharum.
Melicalamus, Cord. hiſt.
Mel arundinis quibusdam Saccharum, Lon.
Arundo Saccharata, Dalech. in Dioſc.
Sacchari canna, Geſ. hor.
Arundo ſaccharina Indica, Ad. Lob. ico. Lugd.
Canna mellea, Cæſ.
Arundo & calamus ſaccharinus, Tab.
Calamus Indicus, par. 6. Ind. Or. c. 19.
Calamus Indicus Saccharites, & Canna Saccharina, in hiſt. Ind. Orient. par. 4. 5. & 6. c. 38. & hiſt. Occid. Ind. part. 3. 4. 8. & 9.

De Sacchari differentijs, & conficiendi modo, in noſtris in Matthiolum notis, & lib. de compoſitione Medicam. egimus: Vide & Munſteri coſmograph. l. 2. c. 91.

III. Arundo Indica verſicolor.
Canna de Bengala Luſitanis: in Regno Bengala creſcunt Arundines verſicolores, medulla plenæ, craſsitie arundinibus Hiſpanicis ſimiles, paulò tamen tenuiores: virides adhuc, lentæ inflectuntur, ad ſtanni modum, aut inſtar Salicis, foris puctis verſicoloribus notatæ ſunt, haud ſecus ac ſi arte ita pictæ forent. Vtuntur ijs in Luſitania mulieres vetulæ pro ſcipionibus, quibus greſſus titubantes ſuſtinent, quarum varia genera apud Doct. Paludanum videre eſt: in hiſt. Ind. Orient. p. 2. c. 18.

IV. Arundo Indica verſicolor flexilis.
Rota vocât in Bengala, aliud genus ejuſdem arundinis, quod gracilius & ſuccinctius eſt, viminis ad modum flexile, ex quo Calathi & alia multa pulcherrima conficiuntur: ex hiſt. Ind. Orient. part. 2. cap. 18.

V. Arundo Indica punicea mollis.
Arundo vel Scirpi potiùs genus punicei coloris & mollis, quam parumper contortam, arcui

pro

pro nervo adaptant: naſcitur in Regno Congiano, & in regno Bengala ad Gangen fluvium, hiſt. Ind. Orient. part. 1. c. 5.

VI. Arundo Indica volubilis.

Arundo Indica in Inſula Sumatra, variè ſe circa arbores vinciens, centum, ducentarum, imò trecentarum, & plurium Orgyarum longitudine, ita ut vix ejus origo finisve deprehendi poſsit, circulis vaſariis conficiendis, valdè accommoda: ad Cluſij curas poſteriores.

VII. Arundo Indica fluitans.

Trombas ſive arundineta fluctuantia in Bali Inſula: in hiſt. Orient. Ind. part. 3. c. 2. & 40. & part. 4. fig. 10. pingitur.

Arundines longæ ſeu Algæ in ſalo fluctuantes, par. 5. Ind. Orient.

VIII. Tubuli arundinacei ad Aſthma.

Refert Manardis, & ex eo Lugd. hiſt. ex Hiſpaniola adferri tubulos cannarum, qui extrinſecus & intrinſecus, gummi illiti ſunt, quod Tabaci ſuccum eſſe putant. Addit Cluſ. incolas Virgineæ frequenter uti tubulis quibusdam ex argilla factis, ad Tabaci fumum hauriendum: quales apud Anglos in frequenti uſu.

IX. Arundo Indica latifolia.

Canna Indica, Geſ. hor. Cluſ. hiſp. [cui & flos cancri nonnullis,] Cam. [cui & Xiphium Indicum,] Cæſ. rubra, Eyſt.

Arundo Indica florida, Ad. Lob. & Canacorus quorundam, quod inter Cannam & Aconem ambiguæ naturæ ſit, quare & Calamacorus.

Papyrus, Caſt.

Gladiolus Indicus, Cam. ad Matth.

Arundo ſeu Canna Indica, Lugd. cum duplici figura.

Arundo Indica latifolia ſive florida, & Harundo liliflora Tab.

Harundo florida, Ger.

X. Arundo Indica latifolia, flore luteo punctato: quæ 3. in Prod.

Canna Indica lutea rubris maculis punctata, vel flore croceo guttato, Eyſt.

PAPYRUS ET QUÆ
pro Papyro uſurpantur.

CUM Papyrus in Aegypto res ſit cognata Arundini, ſecundùm Plin. l. 24. c. 11. imò & Calami chartis ſerviant, eodem, lib. 16. c. 36. autore: idcircò papyrum, & ea quæ in novo Orbe Papyri vicem præbent, ſubijciamus.

I. Papyrus Nilotica ſive Ægyptiaca.

πάπυρος, Dioſc. & Theophraſto.

Papyrus, Plinio & Alpino.

Papyrus Ægyptia ſive Biblus Ægyptia Euſtathio, Guil. pap.

II. Papyrus Syriaca vel Siciliana.

Sari, Theophraſto.

Biblios ſecunda, Euſtachio.

Papyri altera ſpecies, quæ Paperus in Sicilia, Guiland.

Papyrus, Cæſ. Nilotica, Ad. Tab. Ger.

Papyrus Ægyptia, Penæ, Lugd.

Cùm in novo Orbe diverſarum arborum foliis & corticibus pro papyro utantur, ſequentia nominare tantum lubet, ſiquidem ad arbores pertineant.

I. Palmeta humilia, Scalig. Lugd.

II. Guaiabara in Inſula Hiſpaniola, ex Oviedo, Lugd.

III. Copey, ibidem apud eundem.

IV. Tal, in provincia Mangi, Lugd.

V. Lantor, palmæ Indicæ genus, cujus folia viri longitudinem æquant: hiſt. Ind. Orient. part. 4. c. 3. & 6. & pingitur fig. 15.

VI. Ficus Indicæ foliis & Turcæ utuntur, hiſt. Ind. Orient. part. 6. c. 38.

VII. Palmæ, nuces Indicas Cocos gignentis, arboris ſubſtantiam plicabilem uſurpant. hiſt. Ind. Orient. par. 4. c. 12.

VIII. Arboris foliis ſex brachiorum longis, cujus folio extenſo, tres, quatuorúe viri, in itinere operiuntur, ut pluvias non metuant: ex Nicolai Coſtini itinerario, Lugd. hiſtor. refert.

IX. Papyrus ex Iava, eſt liber arboris tenuiſsimæ membranæ inſtar, ut ex Cluſij notis, Lugd. hiſt. proponit.

Papyrifera arbor libro tenuiſsimæ membranæ inſtar candido, Cluſ. exot. l. 1. c. 4.

an Pannus è libro arboris quo in Inſula Tidoræ fœminæ pudenda tegunt, Pigafettæ.

X. Arboris liber ſubpunicei coloris, Cluſ. l. cit. qui & Filorum tenuiſsim. ex arboris

cortice confectorum ibidem meminit.

XI. Melt ſive Magnei, ex hujus folijs, Mexicani papyrum & pergamenum conficiunt: Duretus de admirabilibus plantis.

TYPHA EIUSQUE SPECIES.

ΤΥΦΗΣ Dioſc. l. 3. c. 133. meminit, cui florum effigies turbinata, quaſi typhonis ſeſe ... turbinem, aut gigantis ſtaturam minacem ſignaret, nomen dediſſe videtur : vel potius τίφη *à* τίφ@ *quod locum paluſtrem notat.*

Duplex eſt, paluſtris & cerealis. Theophraſt. utriusque meminit : alterius 4. hiſt. 11. in lacu Orchomenio naſcentis : alterius, inter frumentacea, 2. hiſt. 4. & 4. cauſſas plant. 6. At Dioſcorides de prima, de qua Plinius l. 16. c. 36. inter aquaticos Calamos egit.

I. Typha paluſtris major.
Τύφη, Dioſcorid. & Theophraſto.
Typha aquatica, Trag. Lugd.
Typha, Matth. Fuch. Ama. Lac. Tur. Cord. in Dioſc. Lon. Ad Lob. Caſt. Tab. Ger.
Typha paluſtris, Ruel. Cæſ. aquatica, Ceſtrum morionis, Dod.
Papyri ſpecies, Dod. gal.
Ulva, Ang.
Juncus aſper Dod. Lugd.

II. Typha paluſtris clavâ gracili.
Typha media, Cluſ. pann.

III. Typha paluſtris minor.
Typha minor, Ad. Lob. ico. Lugd. minima, Cluſ. pann.
Typha minor ſive Typhula, Tab.

SECTIO QUARTA.

DE FRUMENTO.

Triticum, Zea, Hordeum, Secale, Avena, Uſtilago, Oryza, Milium, Panicum, Phalaris.

FRUMENTACEA dicuntur, quæcunque geniculato culmo, & foliis harundinaceis conſtant, ſemenq; panificio & pultibus aptum, in ſpicis aut jubis producunt, ceu Triticum, Hordeum, Milium, Panicum, & his ſimilia.

Genera prima duo ſunt, per tempora ſatûs diviſa: Hyberna, quæ circa Vergiliarum occaſum ſata, terrâ per hyemem nutriuntur, ut Triticum, Hordeum: Aeſtiva, quæ ante æſtatem, Vergiliarum exortu ſeruntur, ut Milium, Panicum. Verùm in Græcia & Aſia, omnia Vergiliarum occaſu ſeri, Plinius teſtis eſt: quædam autem utroq; tempore in Italia: ex his quædam & tertio, Veris ſcilicet: aliqui enim Verna appellant, Milium, Panicum, Alicam ſeu Siliginem.

DE TRITICO.

TRITICUM, quamvis generaliter omne frumentum, quod ex ſpicis tritum, ac trituratione repurgatum eſt, ſignificet, ut ex Varrone colligere eſt; poſteriores tamen, peculiari frumenti ſpeciei Tritici nomen tribuunt, de quo priori loco, Dioſcoridem imitati, qui l. 2. c. 107. περὶ πυρῶν *primò egit.* Πυρὸς *dicitur Græcis, quaſi* σπυρὸς, *pro* σπερὸς, ἀπὸ τοῦ σπείρειν, *ſecundùm Etymologicum.*

Genera duo fecit Dioſcorides : at Theoph. 8. hiſt. 4. plura ratione regionum, quæ ex locis cognomina ſortita ſunt : quæ etiam colore & ſpecie, & proprietate inter ſe differunt: quem Plinius l. 18. c. 7. ſequitur. Sic in Lyma Ind. Occident. una Tritici ſpica, duplo plus Hiſpanicis ſpicis fundit : in hiſt. Ind. Occident. part. 9. additamento.

I. Triti-

I. Triticum hybernum ariſtis carens.
Triticum, Brunf. 4. Geſ. hor. Cord. in Dioſc. Cui & Triticum ſemeſtre Dod. Tab. ſive Robus, Colum. Dod gal.
Tritici primum genus, Trag. Fuch. Lon.
Siligo ſpica mutica, Ad. & Lob.
Triticum ſpica mutica, Lugd. Ger.
Triticum ariſtis carens, Cæſ.
Siligo veterum videtur, quam Plinius Tritici delicias vocavit.

II. Triticum ſiligineum.
Triticum candidum, Græcorum & Galeni, σιλίγνις & τρίγις Hippocr. aut ejus interpreti Trago: ſive Olyro.
Siligo Varroni, Columellæ & Plinio, cui & Sandalum.
Tritici genus candidiſtrimum, Cæſalp. 1. 13. vocavit.

III. Triticum æſtivum.
Trimeſtre triticum Græcis τριμηναῖοι Theoph. & Dioſcor.
Seranium, Galen.
Siliginis & tritici tertia ſpecies, Columell.
Triticum trimeſtre, Portæ.
Triticum aliud quod Vernellum vocant, Cæſalp.

IV. Triticum rufum grano maximo.
Far ſive Adoreum veterum, Lugd.

V. Triticum rufum hexaſtychon.
Tritici rufi genus aliud, Lugd.

VI. Triticum ſpicâ multiplici.
Triticum ramoſum Plinij, ſpicâ ramoſâ, Cæſ.
Tritici quinta ſpecies, & Gran del graſpo, id eſt, *frumentum racemoſum*, Ang.
Triticum multiplici ſpica, Lob. ico. Ger.
Ble qui truche, Lugd.
Triticum typhinum multiplici ſpicâ, Tab.
Triticum racemoſum, Portæ.
Spicis modo paucioribus, modo pluribus, ita ut Matthiolus 24. ſpicas viderit.

VII. Triticum ſemine oblongo.
Long gran Matis conenſium, ad βρίζαν Thraciã Galeni accedere videtur, Lugd.
Huic congener Frumentũ Scourgeon, Ruellij.

VIII. Triticum ariſtis longioribus ſpicâ cæruleâ.
Triticum Loca vocatum alterum, & triticum lucidum Gallo-belgarum, Lob. ico.
Tragus frumenti genus ſpicâ cæruleâ, Lugd.
Triticum nigrum peregrinum 2. Tab.
Triticum lucidum, Ger.

IX. Triticum ariſtis longioribus ſpicâ albâ.
an Far Gallicum ſive barbati genus, Ruel.
Robus ſive Triticum, Inſularis Gallo-belgis.
Loca vocatum, Lob. ico.
Triticum typhinum, Ger. quartum, Tab.

X. Triticum typhinum ſive Typha cerealis multiplici folliculo.
Typha inter frumentacea, Theoph. Typha, Galeno: Typhe, Plinio.

XI. Triticum typhinum ſimplici folliculo.
Tritici tertium genus, Trag. Fuch. Lon.
Triticum, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Triticum Romanum Tragi, Eid.
Typha cerealis, Ruel. Dod. gal.
Typha Dodonæi, & Typha Fuchſij, Lugd.
Triticum ariſtis circumvallatum, Ger.
Triticum typhinum, Tab. ariſtis munitũ, Cæſ.

XII. Triticum typhinum ſimplici folliculo Hiſpanicum.
Triticum typhinum, Dod. Lugd.
Triticum ariſtis circumvallatum, Lob.

XIII. Triticum ſylveſtre Creticum.
Agrioſtari, id eſt, Triticum ſylveſtre grano minore tritico ſativo, in Creta frequentis: Honor. Belli epiſt. 5. ad Cluſium.
Agrioſtari, ſive Frumentum ſyl. Creticum, Pon. in Bald: Ital.

ZEA EIUSQUE SPECIES.

ZEA, Ζεὰ, ἢ ζέα, *quibuſdam idem cum* ὄλυρα: *aliis frumenti peculiaris ſpecies, quæ Latinorum Semen eſt: nam & Plinio Zea, Semen dicitur l.18. c.8. Duûm generum eſt Dioſcoridi l.2. c.111.* ἁπλῆ ἢ δίκοκκος.

I. Zea Briza dicta, vel Monococcos German.
Ζέα ἁπλῆ, quòd ſimplicis grani ſit, Dioſc.
Spelta prima, Trag. ico. ſecunda, Eid. deſcript.
Zea, Ang.
Zeæ ſimplex, Matth. Lac. Cord. in Dioſc.
Zeæ alterum genus, Fuch.
Frumentum Joculare: Ruel.
Siligo, & Zeæ alterum genus, Tur.
Briza, Dod. gal. Ad. Lugdun. Monococcos, Lob. Ger.
Monococcon, frumentũ barbatum, Far vennículum rubrum, Col. Zea, Mneſithei fortè, Dod.

Spelta vulgò, Cæſ.
Zeæ ſpecies prima, Caſt.
Zea monococcos, Tab. minor & monococcos, Lugd.

II. Zea dicoccos vel major.
Ζεῖα δίκοκκος, [quòd grana bina juncta habeat,]
Zea Dioſc.
Zea, Theoph. & Galeno.
Zea, Brunf. Cord. in Dioſc. Lon. Ger.
Spelta prima, Trag. deſcript. ſecunda, Eid. ico.
Zea dicoccos, Matth.
Zea altera, Matth. Lac. Caſt.
Zeæ primum genus, Fuch. Tur.
Zea, Romanis veteribus Semen, nunc Spelta, Dod. gal.
Zea, vulgò Spelta, Far antiquis: Ador poſterioribus, & Semen Adoreum, Dod.
Typha, Ang.
Far primum, Cæſ.
Zea major ſeu dicoccos, Lugd.
Zea ador, Tab.

III. Zea Amylea, vel Zeopyrum Amylæum. an Far. Olyra Dioſc. halicaſtrum trimeſtre cognominatum, Col.
Triticum ſecundum, Trag. Fuch. Lon.
Olyra, Dod. gal. Lugd.
Triticum trimeſtre, Cord.
Amylæum frumentum & Far halicaſtrũ, Dod.
Frumentum vel Triticum Amylæum, Tab.
Triticum amylæum, Ger.

IV. Zeopyrum ſeu Triticoſpeltum, quòd naturam habeat *Ζείας καὶ πυρῦ.*
Ζεόπυρον καὶ γυμνόκριθον, Galeno.
Speltæ ſpecies tertia, Trag.
Hordeum alterum, Ang.
Zeopyron, Dod. Ad. Lob. Lugd. Tab.
Hordeum glabrum, Cord. hiſt. hexaſtichon, hodie hordeum ſine tunica, Cord. in Dioſc.
Hordeum nudum, Geſ. hor. Ger. mundum, Cæſ.
Hordeum *γυμνόκριθον*, Cam.

V. Zeocryton ſeu Oryza Germanica.
Oryza Germanica, Trag. [cui & Tragum ceреale, & candidum far,] Dod: cui & Far Gallicum, & frumenti barbati genus Ruel. videtur.
Olyra, Ad.
Far, Teutſcher Reiß / Caſt.
Thypha Theophraſti, Tab.
an Far Cluſianum, Lugd.
Spelta in Regno Congiano, omnium frumentorum, quæ habent, viliſſimum, quo porcos alunt: in hiſt. Ind. Orient. part. 1. lib. 2. c. 1.
Siligine abundat ex ſe Cambaię Regnum: hiſt. Ind. Orient. par. 1. lib. 2. c. 1. & Chinæ tellus feraciſsima eſt Siliginis, ibid. c. 25. & Japonenſis terra ſiliginem fert, ibid. c. 28.
Siliginis Turcicæ, quæ Milie Abrain dicitur, promontorium Viride perfelix: Ind. Orient. part. 3. c. 40.

HORDEUM EIUSQUE SPECIES.

HORDEUM, *Κριθὴ ἀπὸ τῦ διακριθῆναι, quòd eo reperto & in uſum recepto, glandibus ſpretis, à brutis homines diſtincti ſunt: antiquiſſimum enim in cibis hordeum, ſicuti Athenienſium ritu, Menandro autore, apparet, & gladiatorum cognomine. (ut Plin. l.18. c.7. loquitur,) qui Hordearij vocabantur: nunc ſtudioſos, idiotæ ſic appellare ſolent.*

Unius Dioſcorid. l.2. c.108. meminit: at Theoph. 8. hiſt. 4. Hordeum aliud rotundius minusq́; aliud oblongius majusq́;: Item aliud candidum, aliud ad purpuram accedens. Hoc, ut & Triticum, in India Occid. ſemine ex Hiſpania delato, fœcundius & uberius enaſcitur, ut habetur in hiſt. Ind. Occid. par. 9. c. 31.

I. Hordeum polyſtichum hybernum.
Hordeum, Brunf. Matth. Lac. Geſ. hor. Lob. [cui & Hordeum polyſtichon autumnale Ad. part. alt.] Dod.
Lon. Caſt. Cæſ. Ger.
Hordeum majus, Trag.
Hordeum polyſtichum, Fuch. Tur. Dod. gal. [cui & Hordeum Cantherinum,] Lugd. Tab.
Hordeum primum, Ang.
Hordeum, ſecundum hyemale, Cord. in Dioſc.

Polyſtichum dicitur quia in multos verſus ſpicatur: eſt enim differentia in ſpicarum forma, magnitudine & granorum numero: quoddam binos, quoddam ternos quaternos, quinos, cumque plurimum ſenos verſus habet: ſic aliud rotundius & minus, aliud oblongius & majus, aliud candidius, aliud nigrius.

II. Hordeum polyſtichum vernum.
Hordeum ſenis verſibus, Matth. Cam.
Hordeum Septentrioni notiſsimum *πολύςιχον*, Lob. ob.

Hor-

Hordeum polyſtichon vernum, Lob. ico. & Ad. port. alt.
Hordeum polyſtichum æſtivum, & Hordeum trimeſtre polyſtichum, Tab.
III. Hordeum diſtichon: quòd ſpicâ binos ordines habeat, Plinio.
Hordeum δίστιχον Galaticum, Columellæ.
Hordeum Cantherinum, Ruellio.
Hordeum minus, Trag.
Hordeum diſtichum, Fuch. Tur. Dod. Cord. in Dioſc. Lob. Lugd. Tab. cui & æſtivum & trimeſtre minus.
Hordeum binis verſibus, Matth. Cam.
Hordei alterum genus, Cæſ.
IV. Hordeum Cauſticum.
Orzada ex Hiſpania nova, Monardi, Caſt.
Hordeolum Monardis, Lugd.
Cevadilla, id eſt, Hordeolũ, Monardi & Frag.
Cauſticum eſt, ſolum propter ſimilitudinem huc relatum.

SECALE SIVE ROGGA ejuſque ſpecies.

SECALE, monente Plinio l. 18. c. 16. etiam Farrago appellatur: nonnullis Rogga: & duplex eſt, ſationis tempore & magnitudine diſtinctum.

I. Secale latifolium, in Prod. deſcriptum.
II. Secale hybernum vel majus.
Siligo, Brunf. Ruel. Lon. veterum, & ſecale, Tra.
Secale, Matth. Dod. gal. (quibusdam Farrago, non tamen eſt vera Farrago, quæ nil aliud eſt quam Hordeum,) Fuch. Lob. Tab. Ger.
Secale & Farrago Plinij, Lugd. Caſt.
Olyra, Cord. in Dioſc.
Rogga ſive ſecale Plinij, Dod.
Tipha cerealis & Tipha Theophraſti, Portæ.
III. Secale vernum vel minus.
Siligo æſtiva, Trag.
Secale alterum, Lugd.
Rogga ſive ſecale æſtivum, Dod.
Illud lætius, hoc gracilius, culmis paucioribus, ſpicâ breviore & tenuiore.
IV. Secale luxurians.
Clavi ſiliginis, Lon.
Secalis mater, Thal. tit. de Gramine.
An Plin. l. 18. c. 17. de hoc intelligendus, dum ſcribit: Inter vitia ſegetum & luxuria eſt, cùm onerata fertilitate procumbunt: alij volunt Plinium intelligere id, quod Theophr. 8 hiſt. φυλλομανίαν, inſanam foliorum luxuriam, vocavit.
V. Secale affinis peregrina.
Nuchani, Garziæ.
Secales peregrinum genus, Lugd.

AVENA EIUSQUE SPECIES.

AVENA, Βρῶμος Dioſcoridi l. 2. c. 116. forſan à βρῶμα, quod cibum ſignificat: nam ut autor eſt Plin. l. 18. c. 17. Germaniæ populi hujus pulte vivunt. Theoph. 4. hiſt. 6. ex Zea Aven. fieri ſcribit: at Plin. l. c. Aven. primũ frumenti vitiũ eſſe, & Hordeum in eam degenerare, refert.

I. Avena vulgaris ſeu alba.
Avena, Brunf. Matth. Fuch. Dod. Tur. Ama. Lac. Lon. Ad. Caſt. Tab. Lugd.
Avena ſativa & prima, Trag.
Avena veſca, Ad. Lob. Ger.
Avena frumentum, Cord. in Dioſc.
Avenæ prima ſpecies, Ang.
Avena mitior & ſativa, Cæſ.
II. Avena nigra.
Avena altera, Ang.
Bromos, Ama.
Avena ſylveſtrior nigra, Cæſ.
III. Avena nuda.
Avena nuda, Ad. Lob. Dod. Tab. Ger.

USTILAGO.

USTILAGO, frugum, præſertim ſpicatarum, maximè Avenæ & Secales, morbus eſt. Theoph. 8. hiſt. 10. de frugum vitiis agens, ſcribit, quædam communia eſſe omnibus ſeminibus, ut ἐρυσίβη, id eſt, Rubigo, ſicut Gaza vertit: quædam verò propria quibusdam, ut Tabitudo radicis, Ciceri & Erucarum infeſtatio. Sic & 3. cauſar. 27. Rubiginis, & Plin. l. 18. c. 17. meminere.

I. Uſtila-

I. Vſtilago ſecales.
Vſtilago, Trag. Dod. (cui Avenæ ac Tritici propriè morbus) Lon. Lob. Lugd. (cui præſertim Avenæ peſtis eſt.).
Vſtilago ſecalina, Tab.

II. Vſtilago hordei.
Vſtilago polyſtichi, & Vſtilago hordei dyſtichi, Lob. ico.
Vſtilago hordeacea, Tab.

III. Vſtilago Avenæ: & Lob. ico.
Vſtilago Avenacea, Tab.

ORYZA.

ORYZA Dioſcoridi l.2. cap.117. Ὄρυζον Theoph.4. hiſt.5. Oryza Plin. l.8. cap.7. ex qua Ptiſanam fieri ſcribit. Per Ptiſanam aliqui intelligunt Oryzam, quæ vulgò cortice nudata venalis habetur.

I. Oryza Italica, ad differentiam Germanicæ, de qua inter Zeas.
Oryza, Brunf. Matth. Ang. Tur. Cord. in Dioſc. Lac. Dod. Lob. Lon. Cæſ. Caſt. Cam. Tab. Oryza peregrina, Trago.
Oryzam, frumentacearum generi, Dioſc. inter legumina, Galenus recenſet, Lugd.
Hordeum Galaticum Columellæ, Hermolaus, Ruel. Ama. & Tab. cenſuère.

II. Oryza Indiæ Orientali peculiaris.
Oryzæ peculiare genus, Regina Patenſis, Hollandis obtulit, vt habetur in Ind. Or. par. 8. ſed quid? Oryzam ex India originem traxiſſe, & per univerſum ferè orbem diſſeminatam eſſe, in 6. part. Ind. Orient. ſcribitur. Hæc præcipua omnium Indiæ Orientalis locorum annona eſt, part. 3. Ind. Orient. c. 39. Hinc Indis loco panis eſt, ex ea placentas parantibus; ex qua in China potum faciunt, quem in Peru Acuam vocant: in Iaponia vinum, quod Iavenſes Aracle nominant: & in Pegu, Aquam extrahunt, quæ cum aqua vitæ certat: part. 7. Ind. Orient. c. 35.
Diſtinguunt in Oryzam optimam, quam Giraſol, & in viliorem, quam Chambaſal Indi vocant. Linſcot. par. 2. Ind. Or. c. 37. & par. 4. c. 6. In ſumma, Oryzæ uſus, univerſis propè nationibus, non minus quàm frumentum familiaris eſt: ut de China, Iaponia, Philippinis, & maxima Indiæ Orientalis parte ſileam, etiã per Africam & Aethiopiam univerſam, Indiamque Occidentalem, cibus uſitatiſsimus eſt. Sic & Europæi, qui panes ex frumento habent, Oryza, obſonij vice, cum lacte aut aqua decoctâ, utuntur.

FRVMENTVM INDICVM.

ETSI in Canaria frumenti varia genera habeantur: attamen potiſſimum apud Indos quadruplex eſt: Primum, Milium Indicum: ſecundum Mays, quod Triticum ipſorum eſt: tertium, quod Manigette indigetant: quartum eſt Oryza, quæ in Regno Congiano Mazza di Manputo, id eſt, ſemen Luſitanicum, at Malaicenſes Bras appellant: & tres poſteriores ſpecies delineatæ in 6. parte hiſtoriæ Indiæ Orientalis figura 14. proponuntur.

I. Frumentum Indicum, ſeu Milium Indic. Milium hoc ſpicas habet oblongas, ex granulis colore ſemen Cannabis æmulantibus, compoſitas, formâ nonnihil oblongis, utriculis ſive folliculis ariſtis carentibus incluſis inſtar Dipſaci herbæ, quod trium menſium ſpacio ſuccreſcit: dein abſcinditur, in terram menſis ſpacio deponitur, ut Solis calore probè exiccetur & percoquatur: tandem ſpicę à culmis reſecantur, in faſciculos collectę domum deportantur, ſtramine operiendis, vel muniendis ædificijs, deſtinato. Hoc frumenti genus optimum eſt, quod fractum & comminutum, cãdidiſsimum apparet, ex quo facili labore panis pinſitur, cùm admodum molle ſit, & attritu ſtatim, maſſam conficiendis panibus aptam, præbeat. Et

hoc frù-

hoc frumenti genus, ſemper habuerunt, etiam ante Luſitanorum adventum: hiſt. Ind. Orient. part.6. cap.30.

An ſemen, quod Congiani Lucum vocant, cannabis grana, niſi quòd paulo ſit majus, referens, quod molâ manuariâ, ſubactum & piſtum, panem præbet candidum, tritico non inferiorem, hiſt. Ind. Orient. part.1. l.2. cap.1.

an Arundinis genus granum ferens, noſtro Secali aut frumento ſimile, quod decoctum eſui eſt aptum: Inſulæ Virgineæ hiſtoria.

II. Frumentum Indicum grano avellanæ magnitudine.

Folia habet anguſta & tenuia, ſed in tantam altitudinem, quemadmodum tertium, non exurgit: ex ramis frumentum illud inſtar nucum avellanarum dependet, quod ariſtas habet cum Tritico ſive Mays convenientes, colore rubicundo: grana cute tenella involuta, putaminibus includuntur, & peculiaribus quaſi loculis, ad modum granorum in malo Punico, ab invicem diſtincta: ſeminatur in agris, quemadmodum frumentum verum, potiſsimum in Africa, & quidē in peculiari quodam loco, qui nomen etiam ſuum inde obtinuit: & Æthiopibus, Manigette: Batavis, Grain dicitur: part.6. Indic. Or. cap.38.

III. Frumentum Indicum Mays dictum.

an Triticum Bactrianum Plin. l.18. c.7.

Frumentum Arabicum, quod Mays nominant, in hiſt. Ind. Orient. part.8.

Frumentum ex Guinea, ibid.

Triticum Indicum ſive Mays, quod Luſitani apud Nigritas primò ſeminarunt: in hiſt. Ind. Orient. part.6. c.31.

Pagatovvr, Virgineæ indigenis.

Avati fructus, ex quò Braſiliani potum Kaavvy coquunt: Stad. par.3. Amer. c.7.

Milium amplum, Triticum Sarracenicum, barbaris Avati, quod idem cum Indorum Mays & Triticum Peruanum, Lerio part.3. Amer. c.8.

Milium Abrayn, id eſt, Siligo Turcica in Baly. par.3. Ind. Or. c.40.

Frumentum Aſiaticum: par.7. Ind. Occid.

Milium Braſilianum: par.3. Amer.

Milium in florida: par.6. Ind. Occid.

Differentia notanda, cùm duo genera, ad ſex vel ſeptem pedes, tertium ad decem in Virginea excreſcat. Sic alterum craſsius & rotundius, ut quod è Lucanis tollitur: alterum ſubtilius & aridius, quod Morochen appellant.

Granum hoc magni proventus eſt (bis enim Martio & Junio ſerunt: part. 2. Ind. Occid.) cùm in Peru ex uno grano 600. gignantur: at in Virginea mille & quinquaginta, & interdum bina millia reddat. Siquidem ſpica vel una, vel binæ, ternæ, vel quaternæ, & ſingulæ ſpicæ quinquies, ſexies, & ſepties centena grana in Virginea contineant: apud Americanos, ſinguli culmi tribus quatuorve ſpicis onuſti adoleſcunt, quarum ſingulæ, grana centum & amplius pendunt. Sic grana alba, rubra, flava, cærulea, in Virginea ſunt.

Frugum omnium communiſsimum Indiæ Occidentalis locis, in Peru, nova Hiſpania, Guatimala, Chile, & univerſa terra firma, in Inſulis verò non item: ſic & in Indiæ Orientalis aliquibus. Hoc Indi communiter cum primo commiſcent: & ex hoc ſolo panem Arepas nominatum, & potum Chicha (potus ſubacidulus Cici dictus: par.9. Ind. Occid. addit.) Indis vocatum; ut fortiſsimum, quod in Peru Sora dicitur.

an hæc herba quâ in Braſilia aliquando ſenes virilia contegunt, cujus folia duorum digitorum latitudine, paulùm incurva, in longitudinem excreſcentia, veluti calamus qui ſpicam Milij ſive Tritici Sarracenici contegit: Lerio in Braſil. cap.7.

Hactenus ex hiſt. Indica: ſubjiciamus recentiorum nomina.

Turcicum frumentum, Trag. (cui & Typha magna) Fuch.

Frumentum Indicum, perperam Turcicum, Matth. Lon. Caſt.

Milium Indicum Plinianum, Ruell. Geſ. Ad. Lob. cui & Mays Occidentalium.

Milium Indicum, Dod Gal. (cui & frumentum Aſiaticum,) Tur. Lac. Geſ. cat.

Frumenti octava ſpecies Turcic. dictum, Ang.

Triticum Bactrianum ſive Indicum, Cord. hiſt. Geſ. hort.

Frumentum Turcicum, Ang. Dod. Geſ. hor. (cui & Panicum peregrinum rectius,) Tab. Ger.

Triticum Indicum Fuch. & Matth. Lugd. Portę.

Maizum, Monardi.

Maiz, triticum Indicum potius, quàm frumentum Turcicum dicendum, cùm non ex Aſia,

 ſed In-

ſed India primum ſit allatum, Cam.
Maiz Indorum, Panicum Indicum, Cæſ.
Mays, quod nulla ſpecie cum Milio, quod Plinius ex India in Italiam importari ſcribit, convenit, Joſeph. Acoſta hiſt. Ind. l. 4. c. 16.

Variat apud nos floris colore, purpureo, rubeo, luteo aliquando pro ratione fructus futuri: granorum in colore quatuor præcipuè genera: habetur enim granis rufeſcentibus, nigricantibus, crocantibus, & ſubalbicantibus.

IV. Frumentum Ind. Mays dictum alterum.
Milium Indicum magnum aliud, Lob. ico.
Milium Indicum, Caſt.
Frumentum Indicum, Tab.
Frumentum Aſiaticum, Ger.

Hoc cùm ſpicarum colore variet, idcircò Tabernæmontanus ſpicas ſedecim, Gerardus verò 12. pingit: quæ colore ſunt vel ſimplici, vel mixto: ſimplici, albo, luteo, aureo, violaceo, ſpadiceo, nigro: mixtis coloribus, albo, ſpadiceo: & cæruleo: cæruleo, albo, nigro, partimq; punctis ſpadiceis mixto: albo, violaceo, luteo cum punctis ſpadiceis: rubro, nigro & ſpadiceo: luteo albo, aliquando cæruleo & violaceo, aliquando luteo & albo, violaceis & cæruleis punctis aſperſis: rubro & ſpadiceo: aureo & albo: cæruleo, luteo, albo, & punctis cæruleis aſperſis: deniq; cæruleo, luteo, violaceo & albo.

V. Frumentum Indic. Mays dictum minus. Hujus Tabern. meminit, quòd prioris altitudinem tantùm mediam attingat, cujus ſpicæ non ad culmorum latera, ſed floribus ſuccedant, colore albo, rubeo, ſpadiceo, luteo, atrorubente, & aliquando mixto.

MILIUM EJUSQUE SPECIES.

Milium, à miliari ſumma Feſto, quaſi milleſimum granum ferat. Κέγχρος *Dioſcor. lib. 2. cap. 119. & Theoph. 8. hiſt. 3. à numeroſiſſimis & minutis granis ficuum, quæ* Κεγχραμίδες *vocantur. Hippocrati ſecundùm Galenum* πίσταλος· *Milium, Plin. lib. 18. c. 7.*

I. Milium ſemine luteo vel albo.
Milium, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Tur. Dod. Cord. in Dioſc. Lac. Lon. Lob. Caſt. Tab. Lugd.
Milium Dioſcoridis, Theophraſti & Plin. Cæſ.
Milium vulgare, Geſ. hor. Ad. commune, Ang.
Milium aureum & album, Cam.

II. Milium ſemine nigro.
Milij nigri ſpecies apud Oribaſium, Ang.
Milium ſemine nigro & latiore juba, Lob. obſ.
Milij alterum genus è colore nigro deterius, Cæſalp.
Milium jubâ ſubinde coloris nigricantis, Dod.
Milium nigrum, Tab. Cam. Ger.

Hoc quod in Argovia Bernatum frequenter ſeritur, à vulgato differt folijs latioribus, caule non adeò alto, jubâ ſparsâ & minore, ſemine aliquantum majore & rotundiore, & ad pultes conficiendas altero longè utiliore.

III. Milium Sabæum.
Millo, frumentum in Guinea parvum, Milij forma ſed dulcius, ex quo panem & vinum conficiunt in Regno Sabo: ad Cluſ. curas poſt.

IV. Milium arundinaceum ſubrotundo ſemine, Sorgo nominatum.
Milium quod ex India in Italiam invectum nigro colore, Plinio.
Panicum Dioſcoridis & Plinij, Trag.
Milium Indicum, Matth. Fuch. ico. (cui & Sarracenicum,) Geſ. hor. Cord. hiſt. Guiland. Lugd. Caſt. deſ.
Milium Indicum Plinij, Ang. Cam.
Milium aliud, Ama.
Panicum Indicum, Geſ. hor.
Sorghi, Fuch. Dod. gal. (cui Panici ſpecies videtur,) Lon.
Sorgum, Geſ. hor. Tab. (cui & Panicum loculare,) Ger.
Sorgo, Melica Italorum, Lob. Sorgo Inſubrum, Bellonio.
Melica ſive Sorgum, Dod.
Melica, fortè à Meline: Sagina alijs à ſaginando, Calamagroſtis Dioſcoridis ex hoc genere videtur, Cæſ.

Variat ſeminis colore, quod aliàs rufum, aliàs plenius nigricat: habetur & album & luteum, quod
Sorgum fructu rubro & fructu albo, Eyſt.

V. Milium arundinac. plano alboq; ſemine.
Sorgo ſimile granum, Hareomen Arabum, Bellonio.
Dora, Rauvvolfio.
Milium Æthiopicum, Portæ.

an Mi-

an Milium album in Regno Congi, quod Mazza di Congo, id eſt, ſemen Congianum vocant, hiſt. Ind. Orient. part. prim. libro ſecundo, cap. primo.

PANICUM EIUSQUE SPECIES.

Ἔλυμος ϗ μελίνη Dioſcoridi lib.2. cap.120. Theoph.8. hiſt. cap.1.3,7. & 10. μέλινος. Ἔλυμος, forſan ab ἐλύω involuo. Plin. lib. 18. cap. 7. Panicum, à paniculis quibus ſemen ineſt. Mel frugum Dioclis, eidem lib. 2. cap.25. μελύνη, quaſi melleum quidpiam.

I. Panicum Germanicum, ſive paniculâ minore.
Milium agreſte ſive exiguum, Trag.
Panicum, Fuch. Tur. Dod. Cord. Geſner. hor. Lon. Lob. Cæſalp. Cam. Tab. Ger.

Variat paniculis albis, flavis & purpureis: ſemen album, luteum, ruſeſcens: Dioſcorides frumentaceis, Gal. leguminibus jungit.

II. Panicum Italicum, ſive paniculâ majore.
Panicum Marcello, Hermolao, Ruellio, Matthiolo, cui & domeſticum: Anguil. Cæſalp. Portæ.
Panicum ſatiuum, Lugdunenſi.
Panicum vulgare, Cluſ. hiſt.
Panicum aliud Indicum, paniculâ villoſâ, Lob.
Panici Indici ſpica, Dodõn.
Panicum Indicum, Tab. Ger.

III. Panicum Indicum ſpica obtuſa cærulea.
Panicum cæruleum Indic. Ad. Lob. ico. Cam. Tab.
Panicum Indicum, Dod. Ger. ſive peregrinum, Lugd.
Panicum Americanum, Cluſ. hiſt.

Panicula eſt ſubcærulea, in calidioribus regionibus magis ſatura.

IV. Panicum Indicum ſpicâ longiſsimâ.
Panici Americani ſpica grandis vel ſesquipedalis, Cluſ. hiſt.
Panicum Æthiopicum ex Guinea, Cluſ. hiſt. ap. ad lib. 6.

DE SESAMO ET ERYSIMO CEREALI.

Cum Dioſcorides & Theophraſtus Seſamum inter fruges retulerint: & Plin. lib. 18. cap. 10. frumenta æſtiua dixerit, Seſama, milium, panicum: ſic & Eryſimum in Aſia & Græcia, Seſamo ſimile aſſerat: & Theophraſtus 2. cauſ. plant. 17. ſemina hæc, milium, ſeſamum, eryſimum inter fruges repoſuerit: & 6. cauſ. plant. 19. Seſama & Eryſimum ſicca cibo idonea, non verò viridia ſcripſerit, de utroque nunc.

Seſamum & Seſama ſimiliter Dioſcoridi lib. 2. cap. 121. Theoph. pluribus locis σήσαμον, aliis σησάμη dicitur. Duplex Theophraſtus agnoviſſe videtur, dum 8. hiſt. 5. inquit, Et Seſami genus quoddam candidum datur.

SESAMUM VETERUM.

Seſamum, Matth. Ang. Tur. Lob. Dod. Caſt. Tab. Portæ.
Seſamum verum, Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lugd. Cam.
Seſama, Cæſalp.
Sempſem, Alpino.

Semen ex Alexandria, Creta, Sicilia affertur.

ERYSIMUM.

Theophraſti folio hederaceo, τραγόπυρον ϗ φηγόπυρον, hirco-triticum & fagi-triticum, quòd fagineam glandem forma triquetra & colore ſordido quodammodo referat, licet multo minus ſit.
Ocymum veterum, Trago.
Frumentum Sarracenicum, Matth. Lugd. Caſt.
Tragotrophon & Fago-triticum, Dod. gal.
Eryſimi alterum genus Theoph. Cord. in Dioſc.
Irion cerealis ſive Eryſimum Ruel.
Eryſimum cereale, Geſ. cat. Portæ.
Frumenti genus folio hederaceo, Eid.
Formentone, Ang. (cui Ocymum eſt Varronis) Cæſalp.
Frumentum vaccinum, Lon.
Eryſimum Theophraſti, Lob.
Fegopyron, Dodonæo, Fagopyrum, Ad. (an Eryſimum Theoph.) Lob. ob. (& Lampſana vera quorundam,) Franco.
Ocymum cereale, Cluſ. pan. Tab.

 Trago-

Tragopyron, Gerard.
Polygonum hederaceum, Col.
Sarracenicum dicitur, quia ex Africa primum delatum credatur: nam veteribus vel non cognitum, vel non uſitatum, vel neglectum, Dodonæus aſſerit.

PHALARIS.

PHALARIS Plinio lib. 27. cap. 12. Φάλαρις Dioſcoridi lib. 3. cap. 159. an Melia altera Theophraſti.

I. Phalaris major ſemine albo.
Phalaris Dioſcoridis, Trag. ico.
Phalaris, Matth. Ang. Tur. Dod. Cord. Geſ. hor. [cui & Canarienſe ſemen,] Lon. Lob. Cæſalp. Caſt. Cam. Lugd. Tab. Ger.
Phalaris herba, Geſ. cat.
Milium alterum Theoph. Dalech. in Plin.

II. Phalaris major ſemine nigro.
Cuneno, Melitenſium incolis.
Granum hoc in Melita frequens, Canariis inſulis familiare, Maſsiliæ notum, nigrum, oblongum, milio ſimile, quo Canarios paſſeres præcipuè nutriunt: ex grano aliquando à Dalechampio ſato, Phalaris prodiit.

SECTIO QUINTA.

ASPHODELUS, PHALANGIUM.

ASPHODELUS ſive Haſtula Regia, quòd regij ſceptri effigiem, dum floret, referat. Ἀσφόδελυ unius Diſcor. lib. 2. c. 199. meminit, cujus florem ἀνθέρικον appellent: & Theophraſt. 1. hiſt. 10. & 7. ejusd. 11. & 12. qui 1. hiſt. 7. ἀνθέρικον; pro tota planta uſurpat. Aſphodelum aliquos Heroin appellaſſe, Dionyſium marem ac fœminam feciſſe, & aliquos Halymon Heſiodi exiſtimaſſe, Plin. lib. 22. cap. 12. ſcribit. Sic lib. 21. cap. 17. teſtatur, Theoph. & ferè Græcos & Pythagoram, caulem Anthericon, radicem verò, quæ ex octuaginta ſimul acervatis bulbis conſtat, Aſphodelum nominaſſe: cujus genera duo faciunt: quod etiam lib. & cap. 22. oſtendit.

I. Aſphodelus albus ramoſus mas.
Aſphodelus primus, Ang. Cluſ. hiſt.
Aſphodelus major, Cluſ. hiſp. albus, Eyſt.
Aſphodelus ramoſus, Lob. ico. Ger.
Aſphodelus caule ramoſo maritimus & mas, Cæſ.
Hic ſæpè radicibus ducentis, aut pluribus ab uno capite dependentibus reperitur.

II. Aſphodelus albus non ramoſus.
Aſphodelus, Marcel. Ruel. Matth. Ama. Geſ. cat. Lon. Caſt. verus, Cord. in Dioſcorid.
Aſphodelus mas, Dod. gal.
Aſphodelus alter, Ang. Cluſ. hiſt.
Haſtula regia, Trag. lat. Lon. Lac. Geſ. hor. Lugd.
Aſphodelus albus, Geſ. hor. ap. Cluſ. hiſp. Dod. Tab. Cam. major, albus, Lob.
Aſphodelus caule ſimplici, Cæſ.
Aſphodelus non ramoſus, Ger.

III. Aſphodelus autumnalis.
Aſphodelus autumnalis ſive major, Cam.

IV. Aſphodelus purpuraſcens foliis maculatis.
Aſphodelus flore incarnato pallido, Dod. gal.
Aſphodelus flore ſuave rubente, Lob. ico.
Aſphodelus flore rubente, Tab. Ger.

V. Aſphodelus luteus & flore & radice.
Aſphodelus flore melino, Matth. ico.
Aſphodelus luteus, Geſner. hor. Dod. Cæſalp. Lugd.
Aſphodel. luteus minor, Ad. & Lob. (& Erizambac Arabum,) Tab. Lugd. Gerar.
Iphyon Theoph. videtur, Ang.
Aſphodelus fæmina ſive luteus, Cam. epit.

Haſtula

Haſtula regia minor, & Aſphodel. minor, Caſt.
Aſphodelus luteo flore & radice, Cam.
Maminêre Tabern. & Gerar. Aſphodeli lutei, qui albo, radicibus & floribus ſit ſimilis, ſed foliis brevioribus, cauleque latis foliis cincto, quem Aſphodelum luteum nominant.
VI. Aſphodelus albus minimus.
Aſphodelus minimus, Cluſ. hiſt.
VII. Aſphodelus foliis fiſtuloſis.
Aſphodelus tertius aliquibus maritimus, Geſ. hort. ap.
Aſphodelus minor, Cluſ. Dod. Lugd. Cam.
Phalangium Cretæ Salonenſis, Ad. Lob. Lugd. Ger.
Phalangij alterum genus, Cæſ.
Phalangium Narbonenſe, Tab.
VIII. Pſeudoaſphodelus paluſtris Anglicus.
Aſphodelus luteus paluſtris, Dod. Tab.
Aſphodelus paluſtris, Lugd.
Aſphodelus minimus luteus acori fol. paluſt. Lob.
Aſphodelus acorifolius paluſtris lateus, Ad.
Aſphodelus Belgicus paluſtris luteus, Lob. ad. part. alt.
Pſeudoaſphodelus primus vel major, Cluſ. hiſt.
IX. Pſeudoaſphodelus paluſtris Scoticus.
Aſphodelus minimus Noruegicus luteus paluſtris Scoticus & Lancaſtrienſis, Lob. adverſ. parte ſecunda.
Aſphodelus Lancaſtriæ, Gerar.
X. Pſeudoaſphodelus alpinus.
Pſeudoaſphodelus pumilio foliis Iridis, Cluſ. pan. vel ſecundus, Eid. hiſt.

PHALANGIUM EIUSQUE
Species.

Φαλαγγὶς Dioſc. lib. 3. cap. 122. meminit: ſic dictum Galeno, 8. ſimpl. facult. quòd demorſis à Phalangiis auxilietur, cui φαλαγγίτης, & Plin. lib. 27. cap. 12. Phalangites, à quibusdam Phalangium, ab aliis Leucanthemum vocatum.

I. Phalangium magno flore.
Phalangium, Matth. Caſt. majus, Geſ. hor.
Phalangium Matthioli, Lugd. Tab.
Phalangium Allobrogicum majus, Cluſ. hiſt. ap. 2. Eyſt.
Phalangium Dalechampij, Lugd.
Lilium polyrrhizon Myconi, Lugd.
II. Phalangium parvo flore non ramoſum.
Phalangites quorundam, Cord. in Dioſc.
Liliago, Cord. hiſt. ejus Scholiaſti, Aſphodelus Germanicus.
Liliago Cordi, Aſphodeli ſyl. ſpecies, Thal.
Phalangium non ramoſum, Lob. Dod. Tab. Ger.
Phalangium cauliculis ſimplicibus, Cæſalp.
Liliaſphodelus albo flore quibusdam.
Phalangio Allobrogico congener, vel Phalangium montanum, Cluſ. cur. poſt.
Eſt majus folio longiore, & latiore, ſemine majore: eſt alterum in quo omnia minora, & folia anguſtiora, in monte Waſſerfall: cujus radices ſæpè pro Ruſci veri radicibus, magno errore divenduntur.
III. Phalangium parvo flore ramoſum.
Moly alterum Plinij, Dod. gal.
Phalangites ſive Palangium herba, Geſner. hor.
Phalangium ramoſum, Lob. Dod. Lugd. Tab. Ger. Eyſt.
Phalangium, Aſphodelus parvus dici poſſet, Cæſalp.
Phalangium majus, Cam.

SECTIO SEXTA.

XYRIS, IRIS, ACORUS, GALANGA, ZINZIBER, ZEDOARIA, COSTUS, CURCUMA ET CROCUS INDICUS.

XYRIS.

ΞΥΡΙΣ *ob folij ſimilitudinem, quaſi raſorium cultrum dicitur, de qua Dioſc. lib. 4. cap. 22.* ἶρις ἀγρία, *Iris ſylveſtris Theophraſto: Plin. lib. 21. cap. 20. Iris ſylveſtris, à quibusdam Xyrin vocata. Spatula fœtida, tum ob figuram folij gladiolum referentis, tum quòd gravem odorem exhalet, vulgò dicitur.*

I. Gladiolus fœtidus.
Xyris ſive Iris ſylveſt. Dioſcoridi.
Sparganium ſive Xiphidion, Offic. ſpatula fœtida, Ruel. Ama.
Spatula fœtida, Trag. (cui & Gladiolus Italic.) Fuch. Lon. Geſ. hor. Ang. Cæſ. Tab. Dod.
Xyris, Matth. Lac. Tur. Cord. Cornaro, Lob. Caſt. Cam. & Ger.
Xyris vel Iris agria Theo. Dod. gal. Ad. Lob. ico.
Xyris Matthioli & Lobeli, Lugd.

Cùm Matthioli & Lobeli figura, radicis forma differant, idcirco in hiſtoria Lugdunenſi duæ figuræ poſitæ: dum enim adhuc juvenca eſt, radicem habet fibroſam ſeu capillarem: ubi verò adolevit, craſſa eſt. Flos communiter obſoletè purpureus: aliquando ſaturata purpura arridet, rariùs rubet.

II. Gladiolus fœtidus maritimus.
Xyris maritima, quam fluctus in littora, cum aliis purgamentis reijciunt, Lugd.

IRIS ET EIUS DIFFERENTIÆ.

IRIS, ἶρις *Dioſc. l. 1. c. 1. à cœleſtis arcus ſimilitudine nomen accepit. Species complures eſſe, colore floris differentes, idem oſtendit, nempe candido, pallente, luteo, (alij nigros legunt,) purpureo, cæruleo, ſeu cyaneo. Quam colorum diverſitatem non in uno flore reperiri, videtur Dioſcorides, (ut aliqui credunt,) voluiſſe: ſiquidem de Illyrica maximè loquatur, quam Braſſavolus in Illyrico plerumq; candidis, aliâs pallidis, nonnunquam luteis & etiam purpureis conſpexit. Theo. 6. cauſ. 13. Iris odorata eſt, & à gratia palati nomen accepit, quæ in Illyride (6. cauſ. 28.) melior quàm in Macedonia: in Thracia verò, locisq; frigidioribus odore penitus caret. Gaza Iridis vocem Conſecratricem vertit. Plin. l. 21. c. 7. Iris diverſicolor ſpecie floret, ſicut & arcus cœleſtis, unde & nomen: laudatiſſima in Illyrico; proxima in Macedonia, quæ longiſſima, candicans, & exilis: tertium locum habet Africana, quæ ampliſſima & guſtu amariſſima. Illyrica quoq; duûm generum: Raphanitis, à ſimilitudine, (fortè Aſtragalites Gal. & Aëtij,) quæ & melior: Rhizotomos ſubrufa: non improbatur & Piſidica.*

Recentiores multas differentias agnoſcunt: quare dividemus in eam, quæ radice eſt geniculata, & eam quæ radice eſt bulboſa: hæ enim & foliorum latitudine anguſtiaúe, florisq; colore, & ratione loci natalis variant.

IRIS LATIFOLIA.

I. Iris vulgaris Germanica ſive ſylveſtris.
Iris, Brunf. Geſner. cat. ſylveſtris, Matth. Lac. Cord. hiſt. Caſt. Lugd. Tab. ſyl. prima, Adverſ.
Iris ſyl. major, Matth. ep. Geſ. hor.
Iris Germanica, Fuch. cærulea, Dod.
Gladiolus cæruleus major, Trag.
Iris latifolia major vulgaris, Cluſ. hiſt.
Iris biflora, Ger. ico.

Hæc eſt, quam in tectorum culminibus, vinearum

nearum macerijs & muris plantare conſueverunt, quæ in hortos translata, cultura ſpecioſior redditur.

II. Iris hortenſis latifolia.
Iris Germanica, Trag. Domeſtica, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Iris, Tur. Ang. Dod. Cord. in Dioſc. Lon. Tab.
Iris communis, Geſ. hor. vulgaris, Lob. Ger.
Iris noſtra ſativa, Cord. hiſt.
Iris, Hyacinthus Virgilij, Columellæ & Palladij, Ang. Cam.
Iris major cærulea, vel purpurea, Cam.
Iris latifolia vulgaris cærulea, Eyſt.

III. Iris hortenſis pallidè cærulea.
Iris cujus flores aquæ cyaneum colorem referunt, Dod.
Iris dilutè cærulea involucro albo, Tab.
Iris Chalcedonica, Ger. ico.
Iris latifolia major obſoleta, Cluſ. hiſt.

IV. Iris hortenſis alba Germanica.
Iris albo flore, Geſ. hor. alba, Tab. Ger.
Iris vulgaris candidis floribus, Lob. ico. Lugd.
Iris candida, Dod. ſub Iride altera.

V. Iris alba Florentina.
an Iris Africana Dioſcoridis?
Iris ſativa floribus nivei coloris, Matth.
Iris Florentina ſeu fœmina, Geſ. hor.
Iris Florentina, Ireos officin. Dod. gal. Lon. Ad. Tab. Ger. Franco, Eyſtet.
Iris Illyrica, Cord. in Dioſc.
Iris flore ex toto candido, Cæſalp.
Iris major alba, Illyrica vulgo vel potiùs Florentina, Cam.
Iris latifolia major alba, Cluſ. hiſt.

Hæc Florentina à Germanica differt, quòd hujus radix ſiccata: non ſecus ac vulgaris cæruleæ, corrugatur: illius verò non, quæ etiam radice minor eſt: in officinis noſtris Illyrica habetur, quæ Venetijs adfertur, quæ ruffeſcit, minùs nitida eſt, at odore eſt ſuaviore.

VI. Iris Illyrica.
Iris Illyrica, Eyſt. quæ à Florentina aliquantum differt, quòd hujus flos candidiſsimus ſit, cùm Illyricę ſit coloris dilutè cęrulei palleſcentis & odore remiſsiore.

IRIS LATIFOLIA PEREgrina major.

I. Iris Suſiana flore maximo ex albo nigricante.
Iris Suſiana, Cluſ. pan.
Iris Chalcedonica variegata, Lob. Tab.
Iridi luteæ variegatæ in Lugd. hiſt. jungitur.
Iris Camerarij, Ger. ico.
Iris latifolia major prima, Cluſ. hiſt.
Iris Chalcedonica latifolia, Eyſt.
Iris Pharaonis, vel nigra Cretica quibuſdam.

II. Iris Aſiatica cærulea polyanthos.
Iris Aſiatica cærulea, Cluſ. pan. ſive latifolia major 2. Eid. hiſt.
Iris Dalmatica major, Lob. ico. Lugd. Tab. Ger. ico.

III. Iris Aſiatica purpurea.
Iris Aſiatica purpurea vel 3. Cluſ. pan.
Iris latifolia major 5. Eid. hiſt.
Huc referantur
Iris latifolia violaceo colore major, &
Iris latifolia major variegata, Eyſt.

IV. Iris peregrina ſubrubens inodora.
Iris major latifolia ſexta, Cluſ. hiſt.

V. Iris peregrina odore oxyacanthæ.
VI. Iris major latifolia 24. Cluſ. hiſt.

VI. Iris Dalmatica major,
Iris Dalmatica major, Cluſ. hiſp. ut Lob. Lugd. deſc. Cam. Tab. Ger. & Chalcedonica 2. Tab. icon.
Iris major latifolia 3. Cluſ. hiſt.
an Iris Luſitanica verna, Lob.

VII. Iris Byzantina purpuro cærulea.
Iris major latifolia 18. Cluſ. hiſt.

VIII. Iris Damaſcena polyanthos.
Iris major latifolia 4. ſive Damaſcena, Cluſ. hiſt.

IRIS LATIFOLIA GERMAnica & Pannonica.

I. Iris latifolia Germanica odore ſuavi.
Iris major latifolia 7. Cluſ. hiſt.

II. Iris latifolia Germanica odore Sambuci.
Iris major latifolia 8. Cluſ. hiſt.

III. Iris latifolia Germanica ochroleucos.
Iris major latifolia 28. Cluſ. hiſt.

IV. Iris latifolia Germanica candido purpurea.
Iris major latifolia 21. Cluſ. hiſt.

V. Iris latifolia odore oxyacanthæ.
Iris exotica, Camer. vel Iris 5. Cluſ. pan.
Iris major latifolia 14. Cluſ. hiſt.

VI. Iris latifolia Pannonica colore multiplici.

Iris

Iris varia caulifera, vel Iris 4. Cluſ. pan.
Iris major latifolia 15. Cluſ. hiſt.
Iris Pannonica 4. Cluſij, Tab.
Iris lutea variegata, Ger. icon.

VII. Iris latifolia alba viridis.
Iris major latifolia 16. Cluſ. hiſt.

VIII. Iris latifolia caule aphyllo.
Iris 7. & Iris caulifera purpurea 1. & 2. Cluſ. pan.
Iris major latifolia 25. & 26. Cluſ. hiſt.

Variat: in illa, folia circa caulem minus, in hac, magis purpuraſcunt.

IX. Iris latifolia candida, purpureis venis diſtincta.
Iris major latifolia 27. Cluſ. hiſt.
Iris Portugalica, Eyſtet.

IRIS LATIFOLIA
Belgica.

I. Iris latifolia Belgica odore Sambuci.
Iris Luſitanica verna, Lob. quoad icon.
Iris latifolia major 9. Cluſ. hiſt.

II. Iris latifolia Belgica verſicolor odore Sambuci.
Iris major latifolia decima, Cluſ. hiſt. deſ. Eyſt.

III. Iris latifolia Belgica odore Sambuci altera.
Iris latifolia major 11. Cluſ. hiſt.

IV. Iris latifolia Belgica variegata.
Iris major latifolia 12. Cluſ. hiſt.

V. Iris latifolia Belgica cærulea verſicolor.
Iris major latifolia 13. Cluſ. hiſt.

VI. Iris latifolia ex albo palleſcens ſtriata.
Iris major latifolia 17. Cluſ. hiſt.

VII. Iris latifolia humilior purpurea.
Iris major latifolia 19. Cluſ. hiſt.

VIII. Iris latifolia humilior verſicolor.
Iris major latifolia 20. Cluſ. hiſt.

IRIS BIFLORA.

I. Iris biflora flore minore, odore lilij convallij.
an Raphanitis Plinij: & Aſtragalites Aëtio.
Iris biflora, Cluſ. hiſp. Lugd.
Iris biflora Luſitanica, Lob. Dod.
Iris latifolia major 22. Cluſ. hiſt.

II. Iridi bifloræ affinis flore majore.
Iris Illyrica, vel Iris 6. Cluſ. pan.
Iris major latifolia 23. Cluſ. hiſt.
an Iris Byzantina, Camerarij huic ſimilis?

III. Iridi biforæ affinis minor.
Iris Dalmatica minor, Cluſ. hiſp. Lob. Lugd.
Iris latifolia major 18. Cluſ. hiſt. quoad icon.

IRIS LATIFOLIA
Lutea.

I. Iris lutea ſativa.
Iris ſativa floribus aureis, Matth.

II. Iris lutea variegata Lobelij.
Iris lutea variegata, Lob. Lugd.

III. Iris lutea variegata Camerarij.
Iris variegata è luteo & purpureo, Cam.

Duplicem habet, aliam folijs languidis, aliam erectis.

Huc referenda.

Iris Pannonica variegata, Eyſtet.
Flos ex purpura flaveſcit, & lineis purpuraſcentibus diſtinguitur.

IV. Iris media longiſsimis folijs lutea.
Iris Tripolitana mediam inter latifolias & anguſtifolias, Cluſ. hiſt.

IRIS ANGUSTIFOLIA.

I. Iris pratenſis anguſtifolia folio fœtido.
Iris anguſtifolia media, Cluſ. hiſp.
Iris anguſtifolia major, ſive prima, Cluſ. hiſt.
Iris folijs anguſtis prima Cluſij, Eyſtet.

II. Iris pratenſis anguſtifolia non fœtida altior.
Iris anguſtifolia media, ſive Iris anguſtifolia Pannonica vario flore, & Iridis undecimæ ſpecies prior, Cluſ. pan.
Iris ſylveſtris Byzantina peramœna, Lob. ico. & Ger.
Iris ſyl. anguſtifolia major, Tab.
Iris undecima Cluſij, Camer.
Iris tenuifolia, Thal.
Iris anguſtifolia altera, Cluſ. hiſt.
Iris pratenſis major, Eyſtet.

III. Iris pratenſis anguſtifolia humilior.
Xiphion, ſeu Gladiolus cæruleus minor, Trag.
Iris tenuifolia, Cord. hiſt. Geſ. hor.
Iris minor ſeu tenuifolia, Dod.
Pſeudoacorus cæruleus Tragi, Lugd.
Iridis undecimæ altera ſpecies, Cluſ. pan.
Iridis anguſtifoliæ ſecundæ ſpecies altera, Eidem hiſt.
Xyris minor, Camer.

IV. Iris anguſtifolia maritima major.
Iris maritima Narbonenſis, Adverſ.

Iris ſylv. maritima Narbonenſis, Lob. ico.
Iris anguſtifolia media, vel ejus prima ſpecies, Cluſ. hiſp.
Iris ſylv. altera, Penæ, Lugd.
Iris maritima, Camer.
Iris anguſtifolia 3. Cluſ. hiſt. at 1. quoad icon.

V. Iris anguſtifolia maritima minor.
Iridis anguſtifoliæ mediæ altera ſpecies, Cluſ. hiſp.
Iris anguſtifolia quarta, Cluſ. hiſt.

VI. Iris anguſtifolia hortenſis verſicolor.
Iridis anguſtifoliæ tertiæ ſpecies, Cluſ. hiſp.
Iris anguſtifolia quinta, Cluſ. hiſt.

VII. Iris anguſtifolia candida lineis rubentibus notata.
Iris candidis floribus anguſtifolia, Lobel. ad. part. 2.

VIII. Iris anguſtifolia bicolor.
Iris flore cæruleo obſoleto cinereoúe polyflora, Lob.
Iris flore cæruleo polyanthos, Lugd.

IX. Iris anguſtifolia prunum redolens minor.
An Rhizotomos Plinij.
Iridis Illyricæ nomine oſtenſa Hermolao.
Iris perpuſilla ſyl. anguſtifolia, Lob. obſerv.
Chamæiris anguſtifolia, Eid. ico. minor, Tab. Eyſtet.
Chamæiris, Dod. & Lugd. odoratiſsima, Cam.
Iris anguſtifolia humilior, Cluſ. hiſp.
Iris anguſtifolia minor, vel 12. Eid. pan.
Iris peregrina, Illyrica vulgo, Cæſalp.
Chamæiris vel Iris humilis, Cam. in Matth.
Chamæiris tenuifolia, Ger.
Iridis anguſtifoliæ ſextæ ſpecies altera, Cluſ. hiſt.

X. Iris anguſtifolia prunum redolens major.
Iris ſylveſtris minor, Matth. Caſt.
Iris ſyl. altera, Geſ. hor. Lugd.
Chamæiris anguſtifolia, Tab. Ger.
Iridis anguſtifoliæ ſextæ ſpecies prima, Cluſ. hiſt.
Chamæiris odore carens, Cam.

CHAMÆIRIS.

I. Chamæiris major ſaturatè purpurea biflora.
Chamæiris latifolia biflora, Eyſt.

II. Chamæiris variegata.
Iris perpuſilla latifolia, Lob. obſerv.
Iridis perpuſillæ latifoliæ varietas, Eid. ico.
Irid. humili latifoliæ ſimilis, Cluſ. hiſp.
Chamæiris ſeu alia perpuſilla Iris latifolia, Lugd.
Iris ſylv. minor latifolia, Tab.
Iris violacea, Ger. ico.
Chamæiridis latifoliæ genus 1. cum icone Chamæiridis niveæ Lobelij, Cluſ. hiſt.

Communiter binos, interdum ternos & quaternos flores, & ſex folijs, imò ex duodecim conſtantes, Cluſius notavit.

II. Narciſſus Orientalis major albus.
Narciſſus Orientalis major polyanthos totus albus, Eyſt.

Eſt latifolius, floribus copioſis albis peramplis, odoratus, tribus ſtaminibus luteis brevibus donatis.

III. Narciſſus Orientalis medius albus.
Narciſſus Orient. medius totus albus polyanthos, Eyſt.

A priore ſola magnitudine differt.

IV. Narciſſus Orient. albus calice ſtellato.
Narciſſus Orient. albus odoratus calice ſtellato, Eyſt.

Floribus eſt albis odoratis, in medio ſtamina aurolutea inſtar ſtellæ radiatim diſpoſita.

V. Narciſſus totus albus major.
Narciſſus totus albus, Dod. Lob. & Lugd.
Narciſſus totus albus prior, Cluſ. hiſp.
Narciſſus latifolius ſimplici flore prorſus albo, Eid. hiſt.
Narciſſ albus major, Cam. quintus albus, Tab.
Narciſſus Orient. polyanthos minor totus albus, Eyſt.
Narciſſ. medioluteus polyanthos, Ger. ico.

VI. Narciſſus totus albus major.
Narciſſus totus albus alter, Cluſ. hiſp.
Narciſſus latifolius niveus alter, Eid. hiſt. deſcr.

Narciſſus totus albus paucioribus floribus, Lob. ob.

Narciſſus albus minor, Cam.

VII. Narciſſus niveus.

Narciſſus latifolius niveus tertius, Cluſ. hiſt.

VIII. Narciſſus albus flore minore Jaſmini odore.

Narciſſ. latifol. niveus tertius alter, Cluſ. hiſp.

Narciſſus medioluteus.

I. Narciſſus orientalis albus calice luteo Campanulæ ſimili maximus.

Narciſſ. polyanthos orient. calice medioluteo odoratus maximus, Eyſt.

Hujus, ut & duorum ſequentium calix, campanulæ inſtar amplus luteus: flores jucundum odorem ſpirant.

II. Narciſſus orientalis albus calice luteo medius.

Narciſſ. polyanthos orient. medioluteus odoratus medius, Eyſt.

III. Narciſſ. orient. albus calice luteo minor.

Narciſſ. polyanthos orient. medioluteus minor odoratus, Eyſt.

IV. Narciſſus orient. calice aureo pluribus foliolis pleno.

Narciſſus orientalis mediocroceus calice pleno, Eyſt.

Flos albus, calice aureo pluribus tortilibus foliolis pleno.

V. Narciſſus Orient. calice rotundo auroluteo.

Narciſſ. orient. mediocroceus major, Eyſt.

VI. Narciſſus pallidus mediocroceus.

Narciſſ. medioluteus Piſanus, Lob. ico. Svvert.

Narciſſus latifolius flore prorſus albo ſecundus, Cluſ. hiſt.

VII. Narciſſus pallidus medioaureus.

Narciſſus ſulphurei coloris minor, ad Cluſ. cur. poſt.

VIII. Narciſſus albus circulo croceo polyanthos.

Narciſſus. Matth. comp. octavus, edit. Ital.

Narciſſus mediocroceus ſerotinus polyanthos, Lob. ico.

Narciſſ. quart. Matthioli, Lugdun.

Narciſſus 15. niveus ſerotinus, Tab. totus albus, Ger. ico.

Narciſſus, Caſtori; quem quinto ſimplici flore junxit.

Hic etiam circulo purpureo reperitur, qui Narciſſus mediopurpureus, Eyſt.

IX. Narciſſus pallidus circulo luteo.

Narciſſus medioluteus, Dod. Lugd. Ger. Svver. Eyſtett.

Narciſſus albidus medioluteus, Lob.

Narciſſus 6. medioluteus 1. Taber.

Narciſſus latifolius flore prorſus flavo, Cluſ. hiſt. icon.

X. Narciſſus pallidus circulo aureo alter.

Narciſſus latifolius 5. vel Narciſſus pallido flore medioaureus, Cluſ. hiſt.

Meminit Cluſius & alterius, cujus flos ex pallido vireſcit, calice anguſto flavo.

XI. Narciſſus medioluteus copioſo flore odore gravi.

Narciſſus octavus fortè Matth.

Narciſſus medioluteus, Ad. Lob. (cui & Donas Narbonenſium) Cluſ. hiſp. Svert. medioluteus alter, Dod. Lugd.

Narciſſus præcox ſimpl. flore, vel latifolius ſimplex 1. Cluſ. hiſt.

Narciſſus 7. medioluteus 2. Tab.

Narciſſus Piſanus, Ger.

Narciſſus alter comoſo flore, Cæſ.

Narciſſus Conſtantinopolitanus minor calice fimbriato, mediocroceus, Eyſt.

Variat folijs obtuſioribus & acutioribus: ſic floris colore, qui aliquando ſulfureus, ſive ὠχρόλευκος: aliquando 10. 12. etiam 18. flores obſervavimus.

XII. Narciſſ. medioluteus majorib. floribus.

Narciſſus præcox, Cluſ. hiſp.

Narciſſus medioluteus alter, Lob. obſ.

Narciſſ. latifol. Byzantin. mediolut. 2. Cluſ. hiſt.

Præcocior priore, latioribus folijs, & floribus majoribus.

XIII. Narciſſ. niveus calice flavo odoris fragrantiſsimi.

Narciſſ. latifol. ſimpl. mediolut. 3. Cluſ. hiſt.

Narciſſus totus luteus.

I. Narciſſus luteus polyanthos Africanus.

Narciſſ. Africanus major, flavus polyanthos: in addit. ad Cluſ. cur. poſt.

Narciſſus Africanus multiflorus coronatus, Svvert.

Narciſſus luteus Africanus major, &

Narciſſus Africanus aureus major, Rob.

II. Narciſſ. luteus polyanthos Luſitanicus.

Narciſ-

Narciſſus d'Argiers, aut Ægyptius, Lob. ad. part. alt.
Narciſſ. de Argiers polyanthos totus lut. Eyſt.
Narciſſ. Africanus flore aureo, Svvert.

III. Narciſſ. luteus Conſtantinopolitanus.
Narciſſ. totus luteus ex Thracia, Cluſ. hiſp.
Narciſſ. latifolius flavo flore ſive 4. Zerincadacatamer nomine allatus, Eidem hiſt.

Flos aut omnino luteus, aut pallidus: qui pallidus, caliculum planè aureum habet.

IV. Narciſſ. anguſtifolius totus luteus.
Narciſſus totus luteus ſemper florens Caccini, ad Cluſ. cur. poſt.

Singulis caulibus ad quindenos flores, idque ſæpius in anno, Florentiæ profert.

V. Narciſſ. anguſtifol. flavus magno calice.
Narciſſus 9. qui anguſtifolius 1. vel Narciſſus juncifolius 1. amplo calice, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. maximo calice, flore luteo, Svvert. qui alium adjungit.
Narciſſum oblongo calice, flore luteo.
Narciſſ. juncifolius præcox major, &
Narciſſ. juncifolius latiore calice, Eyſt.

NARCISSUS PORRACEO angusto folio.

I. Narciſſus anguſtifolius albus major.
Narciſſo juncifolio albo flore, junxit Cluſ. in cur. poſt.

II. Narciſſ. anguſtifolius albus minor: qui 1. in Prod.

III. Narciſſ. anguſtifol. pallidus calice flavo.
Narciſſus ſulfurei coloris majuſculus, ad Cluſ. cur. poſt.

IV. Narciſſus parvus albus fimbria ſuave rubente.
Narciſſus paruus ſtellatus albus medio ſuave rubente vertice, Lob. ad. par. 2.

V. Narciſſus mediocroceus gramineo folio.
Narciſſus mediocroceus tenuifolius, Lob. ad. par. 2.

NARCISSUS JUNCIFOLIUS. ſimplex, luteus & albus.

I. Narciſſ. juncifol. oblongo calice luteus major.
Narciſſ. juncifolius prior, Cluſ. hiſp. Lugd.
Narciſſ. juncifol. major, Dod. odoratiſſ. Cam.
Narciſſ. luteus juncifolius vel luteus Africanus, Ad. præcox, Lob.
Narciſſ. 10. anguſtifol. 2. & juncifol. 1. Cluſ. hiſt.
Narciſſ. 8. juncifolius 1. Tab. juncifol. præcox, Ger.
Narciſſ. major juncifol. Eyſt.

Flores terni, quaterni, quini, interdum gemelli odorati.

II. Narciſſ. juncifol. luteus minor.
Narciſſ. juncifol. Dod. flo. Lugd. alter, Cluſ. hiſp.
Narciſſ. juncifol. minimus Dod. Cam. Cluſ. hiſt. Eyſt.
Narciſſ. juncifolius ſerotinus, Lob. Ger.
Narciſſ. 9. juncifolius 2. Tab.
Narciſſ. flore luteo, brevi calice, Svvert.

Cluſius frequentioribus: Lobelius paucioribus folijs dicit: uterque eadem figura utitur: unico aut altero flore flavo & odoro.

III. Narciſſ. juncifol. flore luteo variegato.
Narciſſ. luteus albicantibus lineis diſtinctus, brevi calice, Svvert.

IV. Narciſſus juncifol. flore pallidiore, calice flavo.
Narciſſ. juncifol. minor, Cluſ. hiſt. ap. & Lob. ad. par. 2. minimus, Eyſt.

V. Narciſſ. juncifol. flore rotundo roſeo.
Narciſſ. juncifolius flore rotundæ circinitatis roſeo, Lob. Lugd. Svvert. cui flos albus eſt.
Narciſſus 10. roſeoluteus major & minor, Tab.

VI. Narciſſus juncifolius totus albus.
Narciſſ. juncifol. flore albo, alter, Cluſ. ap. alt. auct. & cur. poſt.
Narciſſ. juncifol. polyanthos albus, Eyſt.

VII. Narciſſ. autumnalis albus.
Narciſſus juncifolius albus autumnalis medio obſoletus, Svvert.

VIII. Narciſſ. albus autumnalis minimus.
Narciſſ. autumnalis minor, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab. Ger. parvus, Dod. Lob.
Narciſſ. ſerot. ſive autumnal. minim. Cluſ. hiſt.

IX. Pſeudonarciſſus gramineo folio, ſive Leuconarciſſus æſtivus: qui 2. in Prod.

NARCISSUS MAGNO ET brevi calice.

I. Narciſſ. latifol. max. alb. calice brevi luteo.
Narciſſus albus max. calice luteo brevi, Eyſt.

II. Narciſſ. latifolius pallidus calice amplo & aureo, caule ſtriato.
Narciſſus latifol. flavo flore amplo calice, Cluſ. cur. poſt.
Pſeudonarciſſus pallidus calice amplo, Eyſt.

Variat unico flore, aliquando binos conjunctos habet: hic intenſè luteus, ille pallidus: ad Cluſ. cur. poſt.

III. Narciſſ. latifol. pall. calice amplo alter.
Narciſſus omnium maximus pallidus amplo calice flavo: in addit. ad. Cluſ. cur. poſt.

IV. Narciſſus latifolius ſulfureus vel albus brevi calice.
Narciſſus ſulfurei coloris brevi calice, Svvert.
Narciſſus totus albus brevi calice, Idem.

Pluribus eſt floribus. Addit & alium totum album triplici flore & anguſtiore folio.

V. Narciſſus albus medius calice luteo brevi: & Eyſtet.

NARCISSUS MAGNO ET OBlongo tubo vel calice, latifolius.

I. Narciſſus maximus pallidè luteus.
Narciſſus maximus griſeus vel pallidus, amplo calice flavo, non deſcriptus, Svvert.

II. Narciſſus alter craſſo bulbo.
Narciſſus minor pallidus amplo calice flavo non deſcriptus, Svvert.

III. Narciſſus ſubflavus tubo ſexangulo.
Narciſſus falſus ſive Pſeudonarciſſus tuba ſexangulari dilutior flavus non deſcriptus, Svver.

IV. Narciſſus flavus tubo rotundo.
Narciſſus ſeu Pſeudonarciſſus oblonga tuba rotunda, non fimbriata quaſi abſciſſa, flavo flore, Svvert.

V. Narciſſus albus tubo luteo.
Narciſſus ſeu Pſeudonarciſſus albus oblongo calice luteo, Svver.

VI. Narciſſ. alb. calice flavo, moſcari odore.
Narciſſus oblongo calice, Cluſ. hiſt. ap. alt.
Narciſſus albus luteo longiore calice, ad Cluſ. cur. poſt.
Pſeudonarciſſus albus calice luteo, Eyſt.

Triplicis Cluſius meminit: 1. fl. albo, calice flavo. 2. flore albo, ſed calicis ore magis croceo: 3 flore ex albo palleſcente, aut ὠχρολευκῳ, calice latiore & oris croceis.

Et in curis poſt. in alijs ſtylus tubi oras ſuperat, in alijs non excedit, Aliquando (ut ad cur. poſt. additum) fore majore ex folijs niveis, aut candidis, ſed anguſtioribus & oblongis, odore grato.

VII. Narciſſus albus calice flavo alter.
Narciſſus albus oblongo calice præcox, ad Cluſ. cur. poſt.

Triplex ſpecies: 1. latis & viridibus folijs, caule breviore, flore albo, tubo flavo: 2. folijs anguſtioribus: 3. folia tubum cingentia pallida, anguſtiora, & acuminata: & eſt tubo fimbriato & non fimbriato, ut eſt
Narciſſus tuba non fimbriata flaveſcente, Svve.

VIII. Narciſſus ſyl. pallidus calice luteo.
Βολβοκωδιον Theoph. Codiaminum Gaza vertit, Plin. lib. 22. cap. 11. ſecutus.
Narciſſus Brunf. Lac. quo ad ico. primam.
Narciſſus luteus, Trag. Geſ. hor.
Narciſſus 8. Matth. fol. quo ad ico. 1.
Narciſſus 3. Eid. comp.
Narciſſus Matthioli, Lugd. quoad 2. ico.
an Narciſſus, Ang?
Codianum, vel Codiaminum flore Codij, id eſt, Campanulæ, Geſ. hor.
Bulbus ſyl. & Codiaminum, Eid. col.
Pſeudonarciſſus, Dod. gal. vulgaris, Cluſ. hiſt.
Pſeudonarciſſus luteus, Tab. Eyſt.
Narciſſus luteus ſyl. Dod. Lon. Lugd.
Narciſſus totus luteus montanus, Theoph. Ad. & Lob.
Narciſſus calice prælongo anguloſo, Cæſ.
Pſeudonarciſſus Anglicus & Hiſpan. Ger.
Pſeudonarciſſus minor Germanicus, Svver.

Cauli cuilibet communiter flos unus inſidet: aliquando duo: hinc
Pſeudonarciſſ. vulgaris binos flores in eodem caule gerens, Cluſ. hiſt. ap. alt. verùm & triplici flore adſervo: reperitur & magis præcox, Cluſ. hiſp.
Pſeudonarciſſus præcox, Eyſt.
Sic Cluſ. hiſt. ap. alt. auctar. multas notat differentias, flores majores, minores, forma & colore diſſimiles: aliquibus ſex folia tubam amplexantia præpallida, alijs pallida, alijs ſaturatiora: tubus aut valdè amplus, aut anguſtus, qui vel pallidus, vel flavus & quaſi aureus, aut oris crenatis, vel crenatis & fimbriatis ſimul, quales ſunt
Pſeudonarciſſus ſimpl. Belgarum &
Pſeudonarciſſus luteus, Eyſt.
Aut quodammodo æqualibus, & minimè criſpis. Huc referri poſſunt:
Bulbus flore luteo ſuperiore parte aperto. &
Bulbus alius flore luteo humili, cujus ſemen ſimile Hemerocallidi Valentinæ: plura non habet, Cluſ. pan.

IX. Narciſſus maj. tot. lut. calice prælongo.

Pſeu-

Pſeudonarciſſus major, Cluſ. hiſp. & Hiſpanicus Cluſ. hiſt. Svvert.
Narciſſus ſyl. alter, Dod.
Narciſſus totus luteus montanus, Theophraſti. Hiſpanicus, Lob.
Narciſſus totus luteus montanus major, Eyſt.
Huic ſimilis inodorus, inefficacior locis ad meridiem, Ad.

X. Narciſſus totus luteus flor. folijs reflexis.
Narciſſus totus luteus oblongo calice & reflex. folijs, Eyſt.

XI. Narciſſus parvus totus luteus.
Pſeudonarciſſi genus admodum exile, Cluſ. pan.
Pſeudonarciſſus minor Hiſpanicus latifolius, Cluſ. hiſt.
Narciſſus totus luteus mont. minimus, Eyſt.
Narciſſus Hiſpanicus flore luteo pumilus, Svvert.

XII. Narciſſus albus oblongo calice.
Pſeudonarciſſus albo flore, Cluſ. hiſt. ap. alt. auct. totus abus, Eyſt.
Narciſſus oblonga tuba totus albus, Svver.
Duplex eſt: unus altior flore longiore & tubo anguſtiore, flore albo, vel etiam ὠχρόλευκον colorem accedente: alter humilior, flore breviore & tuba laxiore. Aliquando flos non pendulus ſed protuberans, Cluſ. cur. poſt.

XIII. Narciſſus albus fimbria lutea.
Pſeudonarciſſus flore albo tuba oblonga, fimbrijs luteis, Svver.

XIV. Narciſſus luteus repens.
Pſeudonarciſſus minor luteus repens, Eyſt.

NARCISSUS OBLONGO CALICE, vel Calathi figurâ, anguſto etiam juncifolio.

I. Narciſſus anguſtifolius albus calice oblongo floreque reflexo.
Narciſſus juncifolius albus fl. reflexo, Cluſ. ap. alt. auctar. & cur. poſt.
Narciſſus juncifolius alb. calice magno, Lob. ad. par. alt.
Narciſſus totus alb. reflexus, Svvert.

II. Narciſſ. montan. juncifol. calice flavo.
Pſeudonarciſſus primus, Cluſ. hiſp. juncifol. primus, Cluſ. hiſt. & junceis folijs, Eid. cur. poſt.
Narciſſus montanus juncifol. minimus, Lob. Lugd.
Narciſſ. juncifol. fl. luteo reflexo, Svvert.

III. Narciſſ. montan. alter flore fimbriato.
Pſeudonarciſſ. juncifol. 2. flavo flore, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. montan. juncifol. minim. alter, flore luteo fimbriato, Lob. Lugd.
Pſeudonarciſſ. juncifol. Eyſt.
Huc referendus
Narciſſ. tubâ fimbriatâ flore flaveſcente, & Narciſſ. pſeudojunceis folijs luteus fimbriat. Svvert.

IV. Narciſſ. montan. albus minimus.
Narciſſus omnium minimus montanus alb. Lob. Lugd.
Pſeudonarciſſ. juncifol. 3. albo flore, Cluſ. hiſt.
Variant hi tres: alijs flos amplior, vel flaveſcentis coloris, vel flavi, vel aurei: in nonnullis ſtilus oras excedit, in alijs vix ad oras pertingit: aliquando oris æqualibus, aliquando fimbriatis.

V. Narciſſ. montanus juncif. calice aureo.
Pſeudonarciſſ. minim. juncifol. aureus, Eyſt.

VI. Narciſſ. montanus coronatus.
Narciſſus montanus minimus coronatus, Lobico.

NARCISSUS PLENO FLORE.

I. Narciſſus Orient. fl. multiplici & pleno alboluteo.
Narciſſus nobilis Orient. polyanthos mixtus, Eyſt.

II. Narciſſ. latifol. alb. medioluteus.
Narciſſ. 9. Matth. comp. & primus, Eid. fol.
Narciſſ. 8. Matthioli, Lugd.
Narciſſ. flore multiplici, Cluſ. hiſp. (pleno flore 1. in hiſt.) Lugd. multiplex, Dod.
Narciſſ. albus polyanthos (ſive Chalcedonicus & multiplex) Lob Ger.
Narciſſ. 4. Lon. 1. polyanthos, Matth. Tab.
Narciſſ. exoticus ſive Conſtantinopolit. Cam.
Narciſſ. major fl. multiplici, Eyſt.
Narciſſ. Chalcedonicus pleno flore albo, Svver.
Narciſſi mediocrocei plenifloris degenerationes, in ſua hiſtoria ſe propoſiturum, Lob. ad. par. 2. pollicetur.

III. Narciſſ. latifol. alb. medio aureus.
Narciſſ. pleno flore ſecundus, Cluſ. hiſt.
Terni, quaterni, flores, ſuavis odoris.

IV. Narciſſ. albus corona multiplici lutea.
Narciſſ. pleno flore 2. Cluſ. pan. 3. Eid. in hiſt.
Narciſſ. albus alter media fimbriata lutea mul-

tiplici corollâ, Lob. ico.
Narciſſus juncifolius multiplici complexu, conſtans, Cæſ.
Narciſſus medioluteus corona duplici, Svver.
Odore eſt, inter Narciſſum & Muſcari medio: etiam cum decem floribus vidimus.
V. Narciſſus bulbo anguloſo.
Narciſſ. Conſtantinopolitanus, quem Zeiden Sari vocant, Camer.
VI. Narciſſ. multiplex totus flavus.
Narciſſ. plenus quartus flavo flore, Cluſ. hiſt.
Narciſſ. flavus pleno flore, Svvert.
VII. Narciſſus medio purpureus multiplex.
Narciſſus pleno flore quintus, Cluſ. hiſt.
Flos unus, interdum duo, odore ad Muſcari accedens: aliquando viginti & pluribus: aliquando ſexaginta quatuor folijs conſtat.
VIII. Narciſſus totus niveus multiplex.
Narciſſ. pleno flore ſextus, Cluſ. hiſt.
Narciſſus albus pleno flore, Svvert.
IX. Narciſſ. albus multiplex ex Virginea.
Narciſſus totus albus de Virginea pleno flore, oblongo apice, Svvert.
X. Narciſſus ſylv. multiplex calice carens.
Pſeudonarciſſus pleno flore, Cluſ. hiſt.
Pſeudonarciſſus luteus polyanthos, Tab.
Narciſſus ſylv. multiplex, Dod.
Narciſſ. luteus multiplici flore, Lob.
Narciſſ. luteus multiplex Dodonæi, Lugd.
Narciſſus cujus flos multiplici plexu roſæ inſtar conſtat, Cæſ.
Narciſſus ex luteo pallidus flore pleno, Cam.
Narciſſ. ſylv. ſtellatus, Eyſt.
Duplex eſt: unus elegantior eſt, florem explicatum ſemper gerens: hic
Pſeudonarciſſus luteus flavo pleno flore, Svve.
Alter verò florem explicat, ſed involucro incluſus permanet: uterque pallidus.
XI. Narciſſus flore pleno variegato.
Narciſſ. Septentrionalis flore pleno luteo, Eyſt.
XII. Narciſſus luteus ſyl. duplici & triplici tubo aureo.
Narciſſus duplici tuba flore luteo, Svvert.
Pſeudonarciſſus pleno flore, ſeu triplici tuba, Cluſ. hiſt. ap. alt. & cur. poſt.
Narciſſus Septentrionalis calice luteo pleno, duplicatis folijs, Eyſt.
XIII. Narciſſus luteus ſyl. triplici tubo alter.
Pſeudonarciſi pleno flore varietas, Cluſ. cur. poſt. qui duplicem proponit.
Narciſsi totilutei præcocis Septentrionalium, ſive montani Theophr. omnium vulgatiſsimi, triplicem ex eadem radice differentiam, additâ figurâ, Lob. ad. par. 2. recenſet.
Narciſſ. Septent. fl. pleno luteo oris inciſis, Eyſt.
XIV. Narciſſ. luteus tubo diviſo.
Pſeudonarciſſus duplex diviſo calice odoratus, Svvert.
XV. Narciſſ. latifolius luteus multiplex.
Narciſſus Cyprius luteus polyanthos fl. pleno, Lob. ad. part. alter. & addit
Narciſſum polyanthea Byzantinum hujus familiæ eſſe, quem tamen non deſcribit.
XVI. Narciſſus juncifol. aureus multiplex, Anemones formâ.
Narciſſus juncifol. pleno flore, Cluſ. cur. poſt.
Narciſſus juncifolius luteus flore pleno, Eyſt.
Eſt & huic ſimilis alter, qui licet multiplex ſit, tamen adeo multiplex foliorum textura non eſt, quem
Narciſſum aureum pleno flore vocat Svver. hunc à Patre Gregorio de Regio Capucino, unà cum alijs ex Italia accepimus.

NARCISSUS MARITIMUS.

I. Narciſſus maritimus.
Ἡμεροκαλλὶς, Theoph. 6. hiſt. 1. ubi Elium Gaza vertit.
Hemerocallis quibuſdam putatur, Bulbus ſcilicet littoralis, Theoph. Pancratium Monſpel. & Squilla minor Pharmacop. Geſ. hor.
Hemerocallis Valetina, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. fl. Lob. (cui & Narciſſus Conſtantinopolitanus Matth.) Cam. (cui & Con Zambach Turcis) Taber.
Pancratium marinum, Ad.
Pancratium floribus rubris, Lob. ico.
Pancratium Dalech. Lugd.
Narciſſus marinus, Dod. Cluſ. hiſt. ap. alt. & cur. poſt. Cæſ.
Narciſſus Pancratium marin. flore albo, Svve.
Variat flos colore: apud Monſpelienſes eſt albo, eſt ſubluteo, & eſt palleſcente: apud Italos, rubeo & purpureo, quandoque punicante: hinc apud Lobelium in iconib. duplex figura,
Pancratium marinum, &
Pancratium floribus rubris: & apud Taber.
Lilium marinum album.
Lilium marinum luteum:
Narciſſus major ſive Pancratium floribus rubris

bris, & Narciſſus Pancratium marinum ſive Hemerocallis Valentina, Svvert.

II. Narciſſus Illyricus liliaceus.

Narciſſ. 3. vel Conſtantinopolitanus, Matth. & Lugd. qui priorem putat.

Afouzenas de las Indias, Lob.ob.

Lilionarciſſus Hemerocallidis Valentinæ facie, &

Lilionarciſſ. Orient. Plateau, Cluſ. hiſt.

Lilionarciſſ. Hemerocallidis facie, Eyſt.

Narciſſus montanus ſive marinus alter, qui Matthioli tertius, Cluſ. hiſt. app. 2. & in auct. hujus meminit.

Narciſſus Conſtantinopolitanus, Tab.

Narciſſ. 3. Matthioli multiflorus albus, Svvert.

Pancratium Indicum alterum vernum, ſive Narciſſus Indicus alter facie Pancratij Monſpeliani, Lob. ad. par. 2.

Flores ſeni, ſepteni: ſic, caule duplici: ab uno 14. Liliacei candidi, ab altero 12. aliquando unus caulis triginta quinq; flores ſuſtinuit: aliquando flos fuſcus caryophyllo aromatico concolor.

III. Narciſſus Indicus autumnalis.

Pancratium Indicum, aut Narciſſus Indicus maximus autumnalis quorundam, Lobel. ad. part. 2.

IV. Narciſſus Indicus folio latiſsimo triquetro.

Narciſſus ſive Pancratium Orientale Svvert.

V. Narciſſus Indicus latifolius alter.

Narciſſ. Indic. ſive Pancratium Occid. Svvert.

LEUCOIUM BULBOSUM EJUSQUE Species.

Λευκόιον apud Theoph. 6. hiſt. 7. & 7. ejuſd. 13. Gaza violam albam vertit. Leucoion, inquit, florum prima ſe oſtendit, emicat ubi cœlum clementius ſtatim, etiam nondum hyeme exacta: ubi verò immitius, poſtea. Plin. l. 21. c. 11. Viola alba florum prima Ver nunciantium, cujus vita longiſsima eſt trimatus.

I. Leucoium bulboſum vulgare.

Leucoium Theophraſti, & Viola alba, Plinij.

Narciſſ. Martius. Brunf. ſeptimus, Matth. Lugd.

Viola alba Theoph. Trag. (cui & Hemerocallida Dioſc.) Fuch. Geſ. cat.

Narciſſus & Viola alba, Tur.

Narciſsi candidi genus, Cord. in Dioſc.

Narciſſus aquaticus, Cæſ.

Viola alba bulboſa Fuchſij, Lugd.

Leucoium Theoph. Dod. gal. Lon.

Leucoium bulboſum Theoph. Geſ. hor. Thal.

Leucoium bulboſum primum, Tab.

Leucoium bulboſum hexaphyllon, Dod. Cam. minus, Eyſt.

Leucoium bulboſum præcox majus, Cluſ. pan. & hiſt. Ger. ico.

Leucoium alterum bulbaceum Theoph. Portæ.

Leuconarciſſolirion prat. vernum paucioribus floribus, Adv.

Leuconarciſſolirion paucioribus floribus, Lob.

Leuconarciſſolirion vulgare, & Opicion Theophr. Cam. in Matthiolum.

Narciſſus Germanicus vulgaris, Svvert.

Flores in ſingulis pediculis ſinguli, rariſs. gemini: tribus & quinque folijs pingit, Svver. nomine Narciſsi Hiſpanici Leucoij minoris.

II. Leucoium bulboſum flore patulo.

Narciſſoleucoion Bohemicum, Svvert.

Leucoium bulboſum hexaphyllum majus, Eyſtett.

Folijs eſt latioribus, flore majore & patulo.

III. Leucoium bulboſum majus ſive multiflorum, quod aliqui Acrocorion Plinij ſtatuunt.

Leuconarciſſolirion prat. vernum, Ad. Lob.

Leucoium bulboſum polyanthemum, Dodon. Cam. Lugd. multiflorum, Tab.

Leucoium bulboſum majus, Ger.

Leucoium bulboſ. ſerotinum majus, Cluſ. pan.

Leucoium bulboſum ſerotinum, Eyſtett. qui & minus exhibet.

Narciſſus 2. Matthiol. Lugdunenſ. 3. & Matth. 10. Tab.

Narciſſoleucoium majus Hiſpanicum. Svvert.

Variat folijs pallidiorib. minus mucronatis

ſed

ſed velut bifidis: floribus, maculis ex viridi pallidioribus inſectis.

IV. Leucoium bulboſum trifolium minus.
Narciſſus tertius alter, Matth. comp.
Narciſſus 8. alter, Eid. fol. 2. Lac. ico.
Leucoium bulboſum triphyllon, Dod. Cam. minus, Eyſt.
Leucoium bulboſum præcox minus, Cluſ. pan. & hiſt.
Leuconarciſſolirion prat. vernum omn. minimum, Ad.
Leuconarciſſolirion minimum, Lob.
Leuconarciſſolirion bifolium, Cam. in Matth.
Narciſſus, Matth. quoad. 1 fig. Lugd.
Narciſſus montanus alter, Cæſ.

V. Leucoium bulboſum trifolium majus.
Leucoium bulboſum Byzant. Cluſ. pan. præcox, Eid. hiſt. & Lob. ad. par. 2. & Leuconarciſſolirium, ſive tertium bulboſum Leucoion, Lob.
Leucoium bulboſum triphyllum majus Byzantinum, Eyſtett.
an Narciſſus ſextus, Matth. Lugd.
Leucoium bulb. 2. Tab. ſub bulb. præcoce, Ger.

VI. Leucoium bulboſum trifolium cæruleum.
Leucoium triphyll. flore cæruleo Someri, Lob. ad. part. 2.

VII. Leucoium bulboſum autumnale latifolium.
Narciſſo leucoium autumnale, Svert.

VIII. Leucoium bulboſum autumnale.
Leucoium bulboſum autumnale minimum, Dod. minus, Cluſ. hiſp. Lugd. & Cam.
Leucoium bulboſum autumnale tenuifolium, Cluſ. hiſt.
Leuconarciſſolirion minim. autumnale, Lob.

IX. Leucoium bulboſum tenuifolium vernum.
Leucoium bulb. vernum minimum, ſive folio capillari præcox, Cluſ. cur. poſt.

X. Leucoium unico & junceo folio.
Bulbus μονόφυλλος ſeu unifolius.
an βολβίνη Theophraſti, Cluſ. hiſt. app. 2. auct.
an Orinthogalum unifolium flore albicante, Svvert?

XI. Leucoico bulboſo affinis duplex.
Bulbus quatuor aut quinque flores geſtans in modum Campanulæ albæ, Cluſ. pan. & hiſt.
Alterum addit bulbum flore magno, Campanulæ forma, terram ſpectante, intus luteo, foris purpureo, ibid.

TULIPA ET EJUS SPECIES.

Tulipa, cujus deſcriptionem & figuram primus Geſnerus, Anno 1560. in append. ad Cordi hiſt. dedit, à pileo Dalmatico, vel amiculo capitis, ab ipſis geſtari ſolito, nomen habet, idq; propter floris cum pileo ſimilitudinem. Sunt qui Anemonem, λειμωνίαν Theoph. velint, cùm ibi Pulſatillam intelligere videatur: alij Cynorrhodon Plin. l. 21. c. 5. cenſent: alij ad Satyrium trifolium referunt. Turcæ Alé & Zampul vocant. πυθιῶνα fortè Theophraſti.

Genera prima tria ſunt: præcocius unum: ſerotinum alterum: dubium tertium, medio tempore florens.

Præcox, caule eſt pedali, firma medulla pleno, quem folia plerumq; terna, nonnunquam quaterna & quina amplectuntur, propendentia & nutantia, interdum ſurrecta: cauli flos unicus (rariſſimè gemini, vel ſummo caule conjunctim naſcentes, vel bifido inhærentes) ſex folijs (rariſſimè ſeptenis & octonis) conſtans, ex quo tot ſtamina, quot folijs conſtat, colore variantia prodeunt.

Serotina, caule eſt cubitali & tripedali, fungoſa materia pleno, quem quaterna plerumq; folia, nonnunquam quina & ſena firmiora, ut plurimum erecta non nutantia ambiunt: ſemine quam in præcoci majore, & bulbo longiore majoreq; plerumq; conſtat: ſic & caulem ramoſum interdum habet.

Dubia, quæ præcocium flore marceſcente ſuos explicant, & ſerotinis florere incipientibus,

jam ſeneſcunt, & cum his interdum florent. Sunt inter has nonnullæ, quæ ſerotinarum magnitudinem æquant: aliæ quæ præcoces non ſuperant, nec illis forma abſimiles ſunt: & illæ quidem vel ampliſſimis floribus præditæ, vel præcoce non majoribus: quædam etenim præcocibus humiliores ſunt.

Omnium folia apice mucronato, aut orbiculato: vel tria interiora orbiculata, exteriora mucronata, & contrà exiſtunt.

TULIPA PRÆCOX SIMPLICIS & unius coloris.

I. Tulipa præcox lutea.
an Satyrion triphyllon Dioſcoridis.
Tulipa alia, Geſ. ap. ad Cordum, lutea, Caſt.
Lilionarciſſus luteus, Lob.
Tulipa præcox flava, Cluſ. hiſt. tota lutea, Ger.
an Ouludia, Lugd.

Variat: vel pallet, unguibus plerumq; aureis, vel ad auri fulgorem accedentibus, unguibus veluti fuligine aſperſis: interdum flos inodorus, vel odor imbecillus, vel quaſi croci ſive etiam ceræ recentis. Aliquando flavus, ſequenti anno flavum & rubrum commixtum habuit.

II. Tulipa præcox rubra.
Tulipa Turcarum, Geſ. ap. ad Cordum.
Narciſſus quintus, Matth. Lugd.
Anemone limonia Theophr. Tulipa quorundam, Geſ. hor.
Lilij rubentis genus videtur: Idem.
Satyrium erythronium fortè: Idem.
Lilionarciſſus ſanguineus puniceúſve, Ad. Lob.
Tulipa, Dod. Lon. major, Lug. rubra, Caſt. præcox rubra, Cluſ. hiſp. pan. & hiſt.

Colore eſt nunc ſaturatiore, modo dilutiore & gratiſsimi aſpectus: interdum ineleganti & obſoleto: foliorum ungues, vel lutei omnino, aut levi fuligine in luteo aſperſi; in quibuſdam in medio ungue macula nigra, in alijs ita lata, ut ſola linea lutea ambiens conſpiciatur: interdum ungues folij partem dimidiam occupant. Odor inſtar mali aurei, ut plurimum obſcurus, vel papaveris virus referens. Aliquando qui ruber fuit, ſequenti anno variè commiſtus, ex rubro & flavo inter ſe confuſis coloribus, modo flavo, medium folium occupante, modo rubro, vel utroque radiatim per oras diſcurrente fuit. Verùm eæ, quæ nativum colorem mutant, ſubinde corrumpi ſolent. Huc pertinent ex Eyſt.

Tulipa præcox floribus rubris in album luteum langueſcentibus.

III. Tulipa præcox purpurea.
an Coſmo ſandalos Veterum inter coronarias?
Lilionarciſſus purpureus, Lob.
Tulipa præcox purpurea, Cluſ. hiſt.

Aliâs dilutior & Damaſcenam roſam colore referens: interdum adeò diluto, ut albeſcere videatur: aliâs purpura ſaturatior, & violaceum ſive amethyſtinum colorem habet: hic eſt,
Lilionarciſſus purpuro violaceus, Lob.
Aliâs Pœoniæ floris æmulus: aliquando ex purpura nigricat, & obſoletior eſt: hic eſt,

Lilionarciſſus purpureus ſanguineus, puniceúſve quintus, Lobel. & huc referas duos ſequentes:

Lilionarciſſ. ſanguineum paniceúmve 8. &
Lilionarciſſum ſanguineum puniceúmve obſoletum, tribus exterioribus mucronatis folijs, internis verò retuſis, Lob.

Ungues cum apicibus aut pallent, aut lutei ſunt: nonnulli apices nigros habent, pediculis veluti fuligine infectis: odora eſt & inodora. Aliquando purpurea, ſequenti anno album & purpureum colores, variè inter ſe commixtos, & radiatim folia ſecantes, habuit. Item ex Eyſt.

Tulipa purpurea calice palleſcente &
Tulipa ſumme miniata calice luteo.

IV. Tulipa præcox alba.
Lilionarciſſus niveus, Lob. ico.
Tulipa præcox alba, Cluſ. hiſt.

Flos omnino candidus, niſi tria folia exteriora dorſo cineracei vel cærulei quippiam admiſtum haberent; ungues lutei, nonnunquam veluti fuligine aſperſi, apicibus & ſtaminibus pallidis, aliquando ungues prorſus albi, apicibus nigricantibus:
Admonet Cluſius, ſe Tulipas cærulei omnino coloris nondum vidiſſe: totum florem pallidè violaceum in horto meo habui.

TULIPA PRÆCOX *Varia.*

I. Tulipa præcox rubra varia, Cluſ. hiſt.
Rubræ variæ floris folia exteriora mucronata,

interiora orbiculata, magna ex parte ſunt: hujus differentiæ octo:

1. Eſt magnis oris auri fulgore ſplendentibus, magnis unguibus luteis: apicibus, vel nigris, vel obſoleta purpura tinctis, pediculis veluti fuligine infectis.

2. Foliorum exteriorum ora foris lutea, interius dilutius rubentia, rubedine quaſi radiatim in luteas oras deſinente: at interiora rubent, ungues lutei, ſtamina cinerea.

3. Folia dilutiore minii colore rubent, oris mediocribus, foris minij colore, interiora folia ferè tota occupante, & virgatim in oras luteas deſinente: unguibus magnis, flavis, apicibus cineraceis, pediculis luteis.

4. Folia exteriora medio dorſo luteo, ſanguineis virgulis diſtincta ſunt, parte reliqua rubra, oriſque luteis: interiora omnia ferè rubra, ſed rubro colore in aureas oras radiatim deſinente: interiore parte lutea, rubris radijs circa medium folium diſtinctis: ungues & pediculi lutei, apices nigri.

5. Folia omnia mucronata, externa, dorſo lutei, reliqua parte ſanguinei coloris, oris tamen extremis luteis, quæ internè ſanguineis radijs tota reſperſa: interiora foris ſanguinis modo omninò rubent, oris luteis ſive flavis coloribus ſe commiſcentibus; interna parte flavis, circa medium ſanguineis radijs, inſtar orbis inſignitis: ungues & pediculi lutei, apices nigri.

6. Folia mucronata, oris aureis, reliqua parte rubris, excepto dorſo foliorum exteriorum, quod aureis virgulis aſperſum: omnium ungues lutei, radiatim in rubro commixti, pediculi lutei, apices nigri.

7. Folia externa mucronata, interna orbiculata tota rubra, oris tamen aurei coloris radiatim in rubro deſinentibus: exteriores ſaturatiora, interiore tamen parte magis aurea: ungues, ſtamina, pediculi cum præcedenti conveniunt: omnium iſtorum flores ſatis odorati ſunt.

8. Folia ſunt parvis oris aureis, per reliqua elegantiſsimi rubri coloris: ungues flavi, ſtamina veluti fuligine tincta, apices obſoletè purpurei.

II. Tulipa roſea variegata polyanthos.

Tulipa polyanthos præcox roſea, colore mixta, Eyſtet.

III. Tulipa præcox lutea varia, Cluſ. hiſt. Lilionarciſſus luteolis adverſa parte folijs, ſecundum ora ſtrijs rubris decoratus: intus verò luteus amœnus, Lob. ico.

Hujus etiam differentiæ novem ſunt.

1. Flos primis diebus totus luteus, at quarto, vel quinto, folia extrinſecus per oras rubris virgulis leviter diſtinguuntur, interna parte (præſertim tria externa), luteis remanentibus, & unguibus nonnunquam veluti fuligine tinctis, apicibus interdum luteis, pediculis fuſcis.

2. Floris folia externa, circa medium rubris radijs raris inſignita ſunt, interiora autem frequentioribus, & ad extremum uſque folium ferè excurrentibus: ungues aurei, ſtamina pallida.

3. Foliorum exteriorum oræ, foris planè rubent, interius à medio ad oras extremas rubris virgulis diſtinguuntur: interiora folia externè omninò rubent: internè, à medio ad ſummum, rubrum nervum protenſum, & latera rubentibus radijs exornata, habent.

4. Folia exteriora dorſo luteo ſunt, per oras verò dilutioris cinnabaris colore virgatim diſtincta: interiore parte, ad unguem uſq; cinnabaris color tota occupat: interiora folia cinnabaris colore infecta, nervo tamen duplici luteo ſecundum longitudinem, & luteis virgulis in oras externas excurrentibus: apices nigricant, pediculi lutei nonnullis fuligine infectis; ungues aurei, magni, ſtamina quodammodo ſuperantes: Huc refer

Lilionarciſſum luteum coccineum rubentibus oris, Lob.

5. Flos odorus eſt, cujus folia tria exteriora mucronata & lutea ſunt, oris purpura rubeſcente radiatim intercuſſante inſignitis: dein orarum extrema lutea ſunt, & interna parte, ad folij medium, radij frequentes rubri coloris conſpiciuntur: ſic interiora folia orbiculato mucrone prædita, lineis rubris ab infimo ad extremas oras luteas diſtinguuntur: interior pars minus radiata, quàm exterior: ungues magni & cum ſtaminibus & apicibus lutei.

6. Flos aliquantulum odoratus, cujus folia orbiculata, foris aurea, oris luteis, intus lutea, linea aurei, ſive rubri coloris flavo permixti, radiatim & tranſverſim folium medium ſecante: pediculi lutei, apices cineracei.

7. Folia orbiculata, exterioribus, dorſo ad extremum mucronem luteo, oris latis ex aureo

rubris:

rubris: unguibus, ſtaminibus & apicibus luteis: nonnihil odorus.

8. Flos priori par, ſed dilutioris coloris, ſtaminibus & apicibus duntaxat variantibus; nec odore caret.

9. Flos luteus, oris ſtrijs rubris diſtinctis, & unguibus ſubviridibus: hic eſt

Lilionarciſſus luteus hilaris, oris rubris ſtriatis, carinâ ſubviridi, Lob. ico.

Huc referatur ex Eyſtett.

1. Tulipa lutea maculis minutis aſperſis.
2. Tulipa lutea lituris aureis.
3. Tulipa lutea margine roſeo.
4. Tulipa lutea maculis rubens.
5. Tulipa lutea prope calicem radio rubro.
6. Tulipa lutea lituris miniatis.
7. Tulipa ex pallido tota vireſcens.
8. Tulipa ex luteò citrini coloris lineis, dorſalibus viridibus.
9. Tulipa flava ex ſulphureo colore palleſcentibus lituris prope apices roſeis flammiformibus.
10. Tulipa floridè pallens oris coccineis.

IV. Tulipa præcox purpurea varia, Cluſ. hiſt. Hujus differentiæ decem ſunt:

1. Folia omnia mucronata, quæ Pœoniæ pleno flore purpureum colorem imitatur, oris ex albo purpuraſcentibus, unguibus ex luteo viridiq; coloribus permixtis, ſubobſcuris, circulo exalbido eos ambiente: pediculis flavis veluti fuligine infectis: apicibus nigris: floribus magnis & admodum patulis.

2. Folia mucronata ſunt, foris purpurea, internis media parte carnei coloris, oris ex albo palleſcentibus, unguibus, ſtaminibus, & apicibus flavis ſive luteis.

3. Folia mucronata, foris & intus purpurea, oris extremis albis: ungues lutei, albo orbe circumdati: apices obſoletè purpuraſcentes initio, dein ubi obverſi ſunt, flavo polline aſperſi: pediculi flavi.

4. Folia mucronata, ſaturatiore purpureo colore prædita, ora exalbida, ungues albi, in imo flavi, apices & ſtamina pallida.

5. Folia mucronata, coloris purpurei dilutioris magiſq; floridi: ora exalbida, ungues ex viridi pallentes, pediculi nigricantes, apices pallidi: hic ſolus odorus.

6. Folia mucronata, obſcurioris purpuræ, & quaſi amethyſtino colore prædita: magnis oris albis: unguibus, ſtaminibus & apicibus flavis.

7. Folia orbiculatis oris, magnis & albis, reliqua parte ſaturatiore, nitenteque purpureo colore prædita: ungues flavos orbis albus ambit: apices cineracei, pediculi flavi.

8. Folia interiora aliquando orbiculata, dilutiore purpureo colore ſplendent: interiore parte tota ferè alba, omnium extremitates magnæ albæ: ungues, ſtamina & apices flavi coloris ſunt: & hic eſt

Lilionarciſſus rubellus nitidus candidis oris, Lobel.

9. Folia externa mucronata & reflexa, exterius obſcure purpuraſcentia: interna orbiculata & dilutius purpuraſcentia: utraque in magnas oras albas deſinentia, interiore parte veluti purpureum orbem, totum florem per medium ambientem, habentia; & ungues luteos vel flavos, albo orbe incluſos: apices obſoletè purpuraſcentes obtinent.

10. Folia omnia mucronata, & externa tria foris purpurea, magnis oris albis prædita, interiore parte alba, & eorum mediam partem orbe purpureo ſecante: ungues flavos, circulus albus ambit: ſtamina cum apicibus pallent.

Huc pertinent ex Eyſtett.

1. Tulipa roſea venis luteis.
2. Tulipa miniata, linea viridi.
3. Tulipa floribus reflexis, interitus miniatis, exterius herbaceis, margine ex cinnabari rubente.

V. Tulipa præcox alba varia, Cluſ. hiſt. Et hujus differentiæ octo notantur.

1. Folia externa albeſcunt, exceptis oris, quę elegantis & dilutè admodum purpuraſcentis ſive carnei coloris ſunt: interna magis purpuraſcunt, ungues lutei, dein exalbidi: ſtamina cum apicibus flava. Huc refer

Lilionarciſſum candore & rubore confuſum, Lobel.

2. Folia exteriora dorſo ſunt exalbido, virgulis purpureis adſperſis, reliqua parte purpuraſcente vel incarnato: interiora purpurea ſunt: ungues ſtellatim flavi, dein albi: apices lutei: pediculi veluti fuligine adſperſi.

3. Folia externa dorſo albo ſunt, punctis purpureis diſtincto, interiore parte dilutiore purpura nitente: interna, ſaturatioris ſunt purpuræ: ungues flavi, radiati, ſtellæ inſtar: apices nigri: pediculi fuſci.

4. Folia externa oras magnas carneo colore prædita habent, reliqua parte alba: interiora verò quaſi carnei coloris ſunt.

5. Folia externa, dorſo ſunt palleſcente, aliàs alba præter oras, quæ foris brevibus & raris purpuraſcentibus radijs exornantur: interiora albeſcunt, oris, lineis purpureis longioribus & frequentioribus foris inſignitis.

6. Folia exteriora, dorſo & mucrone extremo pallent, aliàs candida, ora interius paucis purpuraſcentibus radijs diſtinguuntur: interiora, à medio ad oras radijs purpuraſcentibus, foris aſperſa ſunt: intus alba, oris rarioribus virgulis diſtinctis.

7. Folia exteriora alba: interiora oras habent, nunc paucis, nunc multis virgulis purpuraſcentibus, ſive carnei coloris diſtincta: ungues flavi: apices ac pediculi omnium pallent.

8. Folia omnia, coloribus albo & carneo permiſtis prædita ſunt: ſed qui cineraceum carneo colori temerè perfuſum referant: ungues exalbidi: apices obſoletè purpuraſcentes, pediculi albi ſunt.

Verùm ſi Tulipæ præcocis ſemina germinant, rarò nativum matris colorem retinent, ſed in varios colores flores transformant, præſertim Albæ, ex quibus aut omnino albi, aut albo varij: vel lutei & luteo varij: aut rubri atque rubro varij: vel purpurei, ac purpureo varij, quorum videlicet purpurea folia albis oris ornata fuêre. Quoad flavas, aut rubras, pleraque proles matris colorem retinet, ſæpè etiam in alium commutatur. Huc referatur ex Eyſtett.

1. Tulipa candida lineis viridibus.
2. Tulipa alba maculis roſeis.
3. Tulipa albicans maculis latis rubentibus.
4. Tulipa alba marginibus rubeſcens.
5. Tulipa argentei & albicantis coloris.
6. Tulipa præcox ex albo in luteum lineis oblongis rubris.
7. Tulipa ex albo ruffa margine rubente.
8. Tulipa explicata flore candido lineis rubris.

VI. Tulipa præcox anguſtifolia.
Tulipa Perſica præcox, Cluſ. cur. poſt. qui duplicem facit.

VII. Tulipa anguſtifolia altera ſive folijs Hyacinthi.
Tulipa bicolor, tribus luteis & tribus rubris folijs Caccini, ad. Cluſ. cur. poſt.

TULIPA SEROTINA.

I. Tulipa ſerotina lutea.
Tulipa ſive Lilionarciſſ. luteus latifol. obtuſis phœniceis rubentibus oris, Lob.
Tulipa lutea, Cluſ. pan. ſerotina flava, Eid. hiſt.
Serotina lutea latifolia, Cam.
Tulipa ſive Lilionarciſſus luteus latifolius, Lugdun.

Flos coloris dilutioris, & quidem modo flavi, vel palleſcentis, vel intenſioris & quaſi auri modo rutilantis: eſt cujus foliorum oræ ſanguineis guttis aſperſæ ſunt: ungues ceræ recentis coloris, interdum nigricantibus venis diſtincti, vel macula nigra notati: apices cùm pediculis, vel flavi, aut cineracei, vel fuligine infecti, aut omnino nigri. Huc referatur ex Eyſt.
Tulipa aurei coloris.
Tulipa lutea, ex rubro viridi coccineo variegata.
Tulipa globoſa ſerotina aureo colore punctata.

II. Tulipa ſerotina alba: cujus varietas ex Eyſtett.
1. Tulipa albicans margine coccineo.
2. Tulipa albicans ex flavo purpureo, folijs prope calicem luteis unguibus.
3. Tulipa nivea oris rubeo purpuraſcentibus.
4. Tulipa nivea oris ex rubro purpureis.
5. Tulipa ſerotina ſtellata.
6. Tulipa diverſi coloris alba linea rubente.

III. Tulipa ſerotina coccinea: cujus varietas ex Eyſtett.
1. Tulipa coccinea albeſcentibus oris.
2. Tulipa globoſa ſerotina cinnabari colore.

IV. Tulipa ſerotina rubra. Cluſ. hiſt.
Floris color plerumque ſaturatior & quaſi nigricans: interdum dilutior & perelegans: ungues aut omnino flavi, aut nigri, qui, Sole illuſtrati, cæruleum quidpiam permixtum habere videntur: vel macula nigra majore, vel minore, (tenui orbe aureo incluſâ) flavum inficiente: apices cùm pediculis, vel flavi, vel nigri: ſic apices cinerei & pediculi flavi.

Ex his varietas obſervata, quod interdum ex rubræ ſemine, flava: contra ex flavæ ſemine, rubræ natæ ſunt, unguibus ſæpè variantibus.

Huc referatur

Tuli-

Tulipa, verſicolor, parte mediâ viridibus ſignaturis, alterâ verò rubrâ, Eyſt.

V. Tulipa ſerotina ramoſa major.

Tulipa ſerotina πολυκλαδὴς major, Cluſ. hiſt.

Tulipa ſerotina polyanthos, Eyſt.

Huc referenda, Tulipa ſerotina lutea latifolia diclonos, Cam. & ejusdem criſtata papaveris modo ſive ἀκροχνιδὴς.

VI. Tulipa ſerotina ramoſa minor.

Tulipa ſerotina πολύκλωνος min. Cluſ. hiſt.

Utraque & rubro & flavo flore reperitur.

VII. Tulipa ſerotina braſsicæ floridæ ſimilis, vel Tulipa viridis prima.

Tulipa viridis, Eyſt.

Variat ſimplici & duplici folior. ſerie: & hęc Tulipa ſerotina viridis, duplici foliorum in flore ſerie, Cluſ. hiſt.

VIII. Tulipa viridis altera.

Tulipa ſerotina viridis, oris pallidis & albis, Cluſ. hiſt.

IX. Tulipa ſerotina flore pleno.

1. Tulipa ſerotina flore pleno miniato, Eyſtett.

2. Tulipa ſerotina tota lutea fl. pleno, Eyſt.

TULIPA DUBIA.

Tulipa dubia major.

Lilionarciſſ. luteus phœniceo confusè mixtus, Lob.

Tulipa media major prima, Cluſ. pan.

Tulipa dubia prima major, Cluſ. hiſt.

Differentiæ, hujus ſunt novem.

1. Folijs eſt mucronatis, calice admodum pallido, vel flavo: unguibus ceræ recentis inſtar flavis.

2. Folia habet flava orbiculata ad aurei mali præmaturi colorem accedentia: ſtamina cum apicibus flava, & flos odorus eſt.

3. Flos omninò aureus, cujus externa folia, dorſo flavo prædita, oris dilutioris cinnabaris colore radiatim diſtincta: interna, cinnabaris coloris, binis nervis luteis, & radiolis flavis in latera excurrentibus: ungues magni, flavi: apices nigri: pediculi flavi, fuligine infecti.

4. Folia orbiculata flava, venis rubris ſecundum longitudinem excurrentibus, interdum totum dimidium folium inficientibus.

5. Flos dilutius rubet, cinnabaris colore, folijs mucronatis: vel ſaturatioris & quodammodo nigricantis coloris, exterioribus mucronatis, interioribus orbiculatis: unguibus flavis veluti fuligine aſperſis; vel in omnibus folijs, vel in exterioribus apicibus modo flavis & leviter nigricantibus, modo omnino nigris: pediculis flavis media ex parte nigricantibus.

6. Flos coloris albi exoleti, folijs ex albo palleſcentibus, dorſo flaveſcente: folijs interioribus orbiculatis, unguibus apicibusque pallentibus.

7. Folia orbiculata dilutiſſimi purpurei coloris & quodammodo carnei, ungues maximi albi, quorum principia cùm ſtaminibus & apicibus flavent.

8. Flores ſaturatius purpuraſcunt, prædulcium rufeſcentium vuarum inſtar, folia interiora orbiculata: ungues cum apicibus flaveſcunt.

9. Flores ſaturæ admodum purpuræ, & ceraſorum acidorum nigrorum ſuccum referunt (Weixelfarb & nos vocamus) unguibus ſubcæruleis, vel ex cæruleo nigricantibus, ſtaminibus fuſcis.

II. Tulipa dubia major altera.

Lilionarciſſus phœniceus peramœnus oris luteis, Lob.

Tulipa media major ſecunda, Cluſ. pan.

Tulipa dubia prima, major altera, Cluſ. hiſt.

Huc refer

Lilionarciſſum luteis oris flore patulo, Lob. qui in Lugdunenſi hiſtoria, Tulipæ ſive Lilionarciſſo luteo latifolio jungitur.

III. Tulipa dubia media ſulphurei coloris.

Lilionarciſſus ſtriatus candidis ſuaverubentibus oris, Lob. ico.

Tulipa dubia ſecunda, media prima, Cluſ. hiſt.

Variat quoque:

1. Flos pallidi coloris coctum ſulphur refert, folia mucronata, ungues fuligine infecti.

2. Flos eleganter flavus, folia mucronata, ungues & apices nigri, pediculi fuligine infecti: hujus flos ex ſedecim, mox tredecim, octo & ſex folijs compoſitus.

3. Flos ex flavo & rubro coloribus permixtus, folijs ſex magnis mucronatis & flavis conſtans, quæ ab ungue nigro rubras venas per folia radiatim excurrentes & in latera ſparſas habet. Huc referantur ex Eyſt.

1. Tulipa lutea lituris miniatis.

2. Tulipa ſulphurei coloris, oris rubris.

IV. Tulipa dubia media altera.

Lilionarciſſus totus luteus ſanguineo puniceo

par & ſimilis, odoratus Croci aut Narciſsi æmulatione, & inodorus præcox & ſerotinus, Lob. ico.

Lilionarciſſus Chalcedonicus totus luteus ſanguineo puniceo par & ſimilis, Lob. obſ.

Tulipa dubia tertia, & media ſecunda verſicolor, Cluſ. hiſt.

Et hujus differentiæ novem:

1. Flos coloris flavi dilutioris, vel palleſcentis, cujus folia externa foris vireſcunt: alterius folia orbiculata, ungues ſubvireſcentes: Item folia flava, interiora orbiculata & guttis ſanguineis aſperſâ: vel folia flava, ungues cerei coloris: vel in unguibus macula nigra ſplendens: vel ex fuſco & viridi colorib. commixtis.

2. Flore eſt flavo vario, initio flavo, tertio die tenui limbo rubeo exornato: cujus folia in una flava, oris cinnabaris colore infectis; in altera pallidiora, oris rubris venis ornatis, vel mali aurei præmaturi colore perfuſis. Invenitur verſicolor, flavo & rubro colore commixtis, inſtar ſericei panni flavi, cujus ſubtegmen rubrum & ungues nigri ſunt, & hæc dicitur

Tulipa dubia 3. mediá 2. verſicolor, Cluſ. hiſt.

3. Flos albus in flavum degenerans, folia vel omnia mucronata: vel interiora orbiculata; ungues, ſtamina & apices pallent.

4. Flos Ochræ colore, cujus foliorum mucro rubro colore tingitur: pallidus, oris rubris vel purpureis, vel carnei coloris venis diſtinctis.

5. Flos albus, initio vireſcente colore perfuſus, ſtaminum apicibus fuſcis.

6. Flos albus, varius, dilutior, folijs interioribus orbiculatis, unguibus exalbidis, maculâ purpuraſcente notatis, ſtaminibus exalbidis, apicibus nigricantibus: vel unguibus & ſtaminibus candicantibus: vel unguibus exalbidis, orbe ſubcæruleo incluſis, ſtaminibus albis, apicibus nigricantibus, vel folijs extrinſecus ſaturatioribus, oris candicantibus, unguibus exalbidis cum ſubcærulea maculâ, ſtaminibus albis, apicibus nigricantibus, folijs exterioribus mucronatis: vel folia mucronata, dilutioris aut ſaturatioris coloris: vel venæ purpureæ per totum folium diſperſæ.

7. Flos purpureus, vel dilutioris & magis floridi coloris, folia interiora orbiculata, ungues exalbidi, ſtamina purpuraſcentia, apices nigricantes, vel purpuræ dilutioris, oris candicantibus, unguibus vel flavis, aut veluti fuligine infectis, vel ex albo flaveſcentibus, aut ex cæruleo, flavo, & ſubvireſcente mixtis, modò ſaturatioris, venis albicantibus permixtis, unguibus ex flavo nigricantibus, aut flavis, aut ex viridi nigricantibus, aut ſubcæruleis, vel ex cæruleo flaveſcentibus, aut cæruleis, orbe flaveſcente ambiente: ſunt & dilutè purpurei & remiſsè miniati, aurei mali coloris, & vel dilutiores internè & per oras, vel ſaturatiores: interdum internè dilutiſsimi, foris ſaturatioris: ungues vel flavi, vel fuliginoſo orbe cincti, vel ex viridi nigricantes, vel fuſci ſunt. Eſt humilior folijs interioribus orbiculatis, unguibus vel albis, vel candicantibus, ſupernè cæruleis, ſtaminibus albidis, apicibus ſubfuſcis, vel unguibus cæruleis, aut ex cæruleovireſcentibus, vel nigricantibus. Huc pertinet Lilionarciſſus coccineus rubentibus medijs folijs candicans, & ad baſin notulis rubris cordis effigie aſperſis, Lob. &

Lilionarciſſus coccineus, candidis oris, Lob. ico.

*8. Flores purpureovarij, folijs vel dilutè purpuraſcentibus, vel ſaturatioribus, oris mucronatis, vel orbiculatis exalbidis: ungues ſunt aut albi, aut ſubcærulei, aut albi, orbe lato carnei coloris cincti, ſtamina plerumque nigricantia.

9. Flos ruber, foris purpuraſcens, intus carnei coloris: ungues, ſtamina, apices, flavi: vel folijs exterioribus, flavo colore aſperſis: & colore obſcuro ad lateritium accedente, ungues flavi, vel nigri: vel rubræ ſerotinæ ſimiles, unguibus flavo orbe cinctis; Oculus ſolis cognominatur: hic eſt

Lilionarciſſus coccineus puniceuſve rutilans, Lob.

10. Floris folia mucronata, initio viridia, dein oris palleſcentibus, quæ in rubrum colorem mutantur, radiatim alteri colori ſe miſcente, colore viridi, qui ſeneſcente flore languescit, præſertim intrinſecus.

Verùm ex ſemine interdum ſerotinę naſcuntur: ſic ex purpurea præcoci, purpurea ſerotina dilutior, intrinſecus aurei mali colore, unguibus flavis, in exterioribus nigricantibus, nata: Item ὠχρόλευκον. E purpurea varia præcoce, purpurea ſerotina ad rubrum tendente, vel dilutiorem elegantem: vel ad carneum colorem accedente: unguibus ex cæruleo nigricantib.

E pur-

E purpurea præcoci ὠχρόλευκον ſerotina, rubra ſerotina, unguibus & ſtaminibus flavis; purpurea ſerotina, unguibus nigricantibus: & purpurea varia ſerotina. Sic ex ſerotinis, aliquando præcoces, ut ex alba varia ſerotina, natæ ſunt præcoces, alba, flava, rubra, unguibus, flavis, rubra Oculus ſolis, & purpuro dilutior.

Nec omnes verſicolores, tàm præcoces, quàm ſerotinæ, ſingulis annis eandem coloris gratiam retinent: ſed alternis ſæpius variant: ut Flava varia & Alba varia, uno interdum anno nitidiſsimæ ſunt, ſequenti vix alius color quàm flavus, vel albus conſpicitur: ſic Rubra varia & Purpurea varia, nonnunquam magnas oras flavas & albas habent, ſequente valdè exiguas. In ſumma, tanta in Tulipis colorum varietas, ita ut ſingulis annis adhuc naſcantur, quibus pares nunquam antè conſpectæ: ita Deus in ipſis floribus admirabilem ſuam poteſtatem oſtendit, ut ex prædictis, ex Cluſio, Lobelio, Camerario, propriaque obſervatione adductis, colligere eſt: ita ut ducentarum ſpecierum numerum ſuperare deprehenſum ſit. Sic in Floſilegio Svvertij, Tulipæ inprimis variegatæ differentiæ triginta duæ proponuntur: quemadmodum & in Florilegio de Bry, & etiam Paſsini, aliquot ſpecies exhibentur: & in horto Eyſtett. ſupra quinquaginta depinguntur.

V. Tulipa bulbos in foliorum alis ferens.
Tulipa bulbifera, Cuſius pan. & hiſt. Taber. Ger.
Tulipa prolifera, Cam.
Differentias duas & in Medicina Græcos ſervare, Plinius l. 20. c. 4. ſcribit, alterum Bunion, alterum Buniada vocantes: ſunt qui Buniaden, Napum ſylveſtrem eſſe velint. At l. 19. c. 5. Naporum genera quinq; facit, ubi legendum eſt Raphanorum, cum ex Theophraſto 7. hiſt. 4. deſumpta ſint, ubi τῶν ῥαφανίδων genera quatuor dicit.

I. Napus ſativa.
Napus, Brunf. Ang. Matth. Tur. Geſ. hort. Dod. Lac. Cord. in Dioſc. Caſt. Cam. Lon. cui prima.
Rapum ſativum alterum & Napus veterum, Trag.
Napus Bunias ſativus, Fuch. Lugd.
Bunias ſive Napus, Ad. Lob. Ger. deſ.
Radix colore albo, vel luteo, ſive buxeo eſt; ramis nigro.
II. Napus ſylveſtris.
Rapum ſylveſtre, Trag.
Napus agreſtis, Tur. ſylv. Dod. Lugdun. cui & Βουνιάς.
Bunium & Napus ſylv. Ad.
Napus Bunias ſylveſtris, Fuch.
Napus 2. Lon. Bunias ſylv. Lob. ico.
an Napum ſylv. Cæſ.
Naſcitur etiam ex non tranſplantatorum ſemine.
III. Napus ſyl. Cretica; in Prod. deſcripta.

RAPHA-

RAPHANVS.

Ῥάφανις (quaſi radix perſpicua) Dioſcoridi l.2.c.137. Poſteribus dicitur ῥάφανος, παρὰ τὸ ῥαδίως φαίνεσθαι, quia ſatum ſtatim oriatur. Theophraſtus utraq; voce uſus quidem eſt, ſed quem Raphanum vocamus, ipſe ῥαφανίδα appellavit: at ῥάφανον, ipſam Braſſicam nominavit: quæ cauſa erroris fuit Plinio, dum l.19.c.15. ſcribit, Græcos Raphani genera tria feciſſe, foliorum differentia, &c. quæ de Braſſica intelligenda, cùm ex Theoph. 7. hiſt. 4. deſumpta ſint. Latinis radix (ῥίζα Theophr.) quòd cæteras amplitudine corporis ſuperet, vel quàm pauciſſimis magnitudine cedat: ſiquidem in frigidis locis, quibus gaudet, ſicuti in Germania, infantium puerorum magnitudinem æquet. l.19.c.5. teſte. Sic in regno Congiano, craſſitudine humanæ tibiæ, gratiâ ſaporis ſponte provenire, Pigafettus in ejus regni deſcript. l. & cap.1. teſtatur: aliàs copioſiſſimè in India provenire, aſſerit Linſc. part.4. Ind. Orient. 10. par. 7. cap.19. & part.8.

Genera duo Dioſcoridi, ſativum & ſylveſtre: at Theoph. ſex, Corinthium, Cleonæum, Liothalaſſium, Bœotium, & genus quod folijs erucæ ſimili conſtat: hæc Theophraſti, Plin. l.19.c.5. Naporum nomine recenſet, poſterius genus ſylveſtre ſtatuens: at ibidem, ex Romanorum ſententia, inquit, noſtri Raphani alia fecere genera, Algidenſe à loco, longum atq; translucidum: alterum Rapi figura, quod vocant Syriacum, ſuaviſſimum ferè ac tenerrimum, &c. etiamnum ſubjungit, unum ſylveſtre, Græci agrion vocant, noſtri Armoraciam.

Quare obſervavimus alium præcocem, ſerotinum alium: præcox, corpore eſt oblongo, gracili, ſemine majore, in quod facile abit. Serotinus albus, qui vel oblongus, vel orbicularis: niger, qui rotundus, rariùs oblongus, ſiliquis quidem majoribus, ſed ſemine minore: ruber, oblongus, cortice rubro, fibris nonnullis rubentibus, per ſubſtantiam diſperſis. Radice lutea Camerarius notavit: meminit & Byzantini, ſemine Conſtantinopoli accepto, qui poſtea in communem degenerârit, radice penitus langueſcente.

I. Raphanus major orbicularis, vel rotundus.
Raphanus, Brunſ. Trag. Ang. Cord. in Dioſc.
Raphanus vulgaris, Geſ. hort. primus, Matth.
Raphanus magnus, Ad. & Lob. ſive Radicula ſativa, Dod.
Raphanus ſativus, Fuch. Lac. Caſt. Lugd.
Raphanus rotundus, Lon. Tab. & orbiculatus, Tab. Ger. & pyriformis.
Radix vulgò, quibus Radicula, Cæſ.

Floribus purpureis aut candidis, & radice rotunda, vel orbiculata, variat. In India frequentes ſunt: & licet brachij humani craſſitudine proveniant, tamen ſubſtantiæ teneræ & ſuavis ſaporis ſunt, quibus pro vulgari cibo utuntur: Joſeph. Acoſta. l.4. c.18.

II. Raphanus niger.
Raphanus cortice nigricante, Geſ. hort.
Raphanus niger, Lobel. icon. radice nigra, Camer.

Raphanus ſylveſtris, Caſtrico.
Radix & parva & craſſa, pro ſationis tempore.

III. Raphanus minor oblongus.
Raphanus Cleonæus, Theophraſt. Algidenſis, Plinij.
Raphanus longus, Trag. Matth. Lon.
Raphanus prælongus, Geſ. hort.
Raphanus ſecundus, Matth. Lugd.
Raphanus minor purpureus, Ad. Lobel. Lugd.
Radicula ſativa minor, Dod.

Cortice eſt albo, rubello, præſertim parte quâ extra terram eminet.

IV. Raphanus Creticus: de quo in Prodromo.

V. Raphanus ruſticanus.
Thlaſpi alterum, Dioſc. l.2. c.186.
Raphanis ſylv. Dioſcorid. l.2. c.138. &
Raphanus ſylv. ſeu Armoracia Plinij, quibus Armoracia aut Raphanus major, Brunf.

Rapha-

Raphanus major, Trag. Geſ. hort.
Raphanus ſyl. Fuch. marinus, Tab.
Raphanus vulgaris & ruſticanus, Matth.
Armoracia Plinij, Lac.
Thlaſpi majus, Cord. in Dioſcorid. Lon. magnum, Cæſ.
Raphanis magna, ſive Radicula magna, Dod.
Raphanus ruſticanus, Ad. Lobel. Ger. ruſticus, Cam. Lugd.

VI. Raphanus aquaticus folijs in profundas lacinias diviſis.
an Raphanus cujus folia Erucę ſimilia Theoph. & Napi ſylv. genus, Plinij.
Radicula ſylveſtris, Dod.
Raphanus ſylv. officin. aquaticus, Lob. ico.
Raphanus aquaticus, Tab. Ger.
Raphanus ſyl. & Raphanus paluſtris, Lugd.
an Raphanus ſylv. Cord. in Dioſc.
Siſymbrium ſylv. Cæſ.

VII. Raphanus aquaticus Rapiſtri folio.
Rapiſtrum aquaticum, Tab. Ger.
an Raphanus ſylv. Cæſ.

LEPIDIVM.

ΛΕπίδιον Dioſcoridi l. 2. c. 205. ſic dictum, quòd λεπίδας, ſeu ſquamas & maculas faciei deleat: vel ἀπὸ τοῦ λεπίζειν, id eſt, ἐκδέρειν dictum, quòd ſuâ acrimoniâ urenti ulceret, excoriet, eaq; facultate, vel ferro notas fronti ſervorum inuſtas deleat; de quo forſan Columella l. 10. Lepidium Plinio l. 20. c. 17.

I. Lepidium latifolium.
Piperitis, Brunf. Lon. Dod. gal.
Lepidium ſive Piperitis, Trag. Matth. Cam.
Lepidium magnū, Fuch. Tur. majus, Cord. hiſt.
Lepidium Dioſcorid. Ang.
Lepidium Pauli & Plinij. Matth. Lugd. Cæſ.
Lepidium Æginetæ, Geſ. hort. Tab.
Lepidium Plinij, Lac. Dod.
Raphanus ſylv. officin. Ad. Lob. Ger.

II. Lepidium glaſtifolium.
Lepidium annuum, Lob. Lugd.

III. Lepidium Dentellaria dictum.
Dentellaria Monſpel. & Flamula, Geſ. hor.
Herba S. Antonij Romæ, Geſ. ap. ad. Cord. hiſt. in Chamænerio.
Molybdæna Plinij, Ang. Cam. cui & Crepanella Italorum.
Sarcophago Cretenſibus; Phrocalida in Lemno: Mauronia Lesbijs, Bellonio.
Dentaria, ſive Dentillaria Rondeletij & Narbonenſium, Ad. Lob.
Plumbago, Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt. Tab.
Dentellaria & Enneaphyllon Plinij, Lugd. & Dentellaria Rondeletij.
Glaſtum ſylveſtre, ſive Iſatis ſylv. Dioſc. ſecundum ipſius notha, Cæſ.

IBERIS.

IΒερὶς ἡ καρδαμαντικὴ Dioſcoridis l. 1. c. 189. Galenus ejus deſcriptionem ex Damocrate in curatione doloris Iſchiadici proponit, folia Naſturtij, cum Dioſcoride, tribuens. Plinius Iberidis remedia diverſis in locis recenſet.

I. Iberis Naſturtij folio.
Iberis & Lepidium, Matth. fig. folio major.
Iberis, Caſt. Cæſalp. cui Lepidium ſylv. forte Columellæ, ſecunda, Tab.
Iberis Cardamantica, Ger.
Lepidium campeſtre, Ang.

II. Iberis latiore folio.
Iberis & Lepidium, Matth. fig. min.
Iberis, Lugd. Dod. Lac. Geſ. hort.
Lepidium hortenſe, Ang.
Iberis Cardamantica, Ad. Lob. cui & Lepidium Iberias Pauli.

III. Iberis naſturtij folio minor.
Iberidis puſillæ ſeu Naſturtij ſylv. nomine ex Thuringia D. Fürerus miſit.

DRACVNCVLVS ESCVLENTVS.

Ταρχὸν Simeonis, Sethi lib. de alim. facult. reliquis Græcis & Mauritanis indicta, aliqui ad Drabam, alij ad Chryſocomen Dioſcoridis referunt.

I. Dracunculus hortenſis.
Draco, Ruel. Hermol. Scal. Dod. gal. Ad. Lob.
Dracunculus hortenſis, Matth. Caſt. Tab. Eyſt.
Tarchon Avicen. & Sethi, Geſ. hort.
Draco herba acetaria, Cord. ob.
Draco herba, Dod. Ger. hortenſis, Geſ. horr. ſeu acetarius, Lugd. (& Chryſocoma, Dioſc.) Cam.
Dragone vulgo, Cæſ.
Tragum vulgare, Cluſ. hiſt.

II. Dracunculus pratenſis ſerrato folio.
Pyrethrum, Brunſ. ico. Gallorum, Ruell.
Tanacetum album ſeu acutum, Trag. (& Millefolium 3.) Tab.
Ptarmica, Matth. Fuch. Tur. Geſ. hor. Lon. Caſt. Lugd. Cam. Ger.
Ptarmica folio Tarac. vel Sternutator. Ad. Lob.
Ptarmica vulgaris ſive pratenſis, Cluſ. hiſt. Lobel. (& Ptarmica folio Taraconis, vel Sternutamentoria) Lugd. Cluſ. hiſt. (& Ptarmica pratenſis) Cam. Ger.
Pyrethrum ſyl. Dod. gal. ſyl. ac parvum, Cord. in Dioſc.
Tarchon ſyl. vel aquaticum, Geſ. hor. & col. & Draco aquaticus.
Ptarmica ſyl. Germanica, Thal.
Draco ſyl. ſive Ptarmica, Dod.
Menta Saracenica Myconi, Lugd.
Ptarmica vulgaris, Eyſt.

III. Dracunculus pratenſis flore pleno.
Ptarmica vulgaris pleno flore, Cluſ. hiſt.

IV. Dracunculus alpinus folio Scabioſæ: in Prod. deſcriptus.

ERVCA ET EJVS SPECIES.

Eruca, quòd vellicando linguam quaſi erodat: εὔζωμον Dioſcoridi l. 2. c. 170. & Theoph. 1. hiſt. 9. ob ſuavitatem quæ ei in condiendis obſonijs ineſt, Plinio l. 20. c. 13.

Genera duo Dioſcoridi, ſativum & agreſte, cujus ſemine pro Sinapi in Iberia utuntur. Et Plinius l. 20. c. 13. Erucæ ſylveſtris meminit. At Theoph. 7. hiſt. 4. Erucæ generis differentias omninò deeſſe volunt.

I. Eruca latifolia alba: ſativa Dioſcoridis.
Eruca, Brunſ. Hermol. Ruel. Corn. Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Geſ. hort. Caſt.
Eruca, ſive Rucula marin. maj. & Sinapi, 8. Trag.
Eruca ſylveſtris, Fuch. ico. Lon.
Sinapis alterum genus, Fuch.
Sinapi hortenſe, Tur. ſyl. Dod. gal.
Erucula major. Cord. hiſt. ico.
Eruca ſativa, Matth. Lac. Ad. Lob. Dod. Lugd.
Sinapi hortenſe, Lugd. ico.
Eruca folio latiore, Cæſ.
Eruca major, Cam.
Flores pallentes: venas nigras aliquando obtinent; Et hæc eſt
Eruca, ſive Rucula marin. maj. & Sinapi 8. Trag.
Eruca major, Cord.

II. Eruca latifolia ſemine nigro.
Eruca gentilis, ſive Eryſimon Marnardo, Port.
Eruca major ſive Hiſpanica, Ad.
Eruca altera fruticoſa, Cæſ.

III. Eruca latifolia: pro Eruca 1. in Prod. deſ. an Eruca tertia Anglica, Cam.

IV. Eruca ſylveſt. major lutea caule aſpero.
Eruca ſyl. Matth. Ad. Lob. Dod. Lugd. (cujus Eryſimum verum etiam videtur.) Caſt. Tab. Ger.
Erucæ genus, ſponte naſcens, Cæſ. qui flores albos tribuit.
Flore majore, circa Monſpelium in horto Dei, creſcit.

V. Eruca ſylv. minor luteo parvoq; flore.
Sinapi 1. genus ſyl. Fuch. ico.
Eruca ſylv. Fuch. Tur. Lugd.

VI. Eruca paluſtris & Naſturtij folio, ſiliqua oblonga.
Eruca ſylv. fœtida, Geſ. col.
Eruca paluſtris minor, Tab.
Sinapi paluſtre, Ger.

VII. Eruca ſyl. minor lutea burſæ paſtoris folio: quæ 2. in Prod.

VIII. Eruca ſyl. minor incana: quæ 3. in Prod.

IX. Eruca lutea latifolia, ſive Barbarea.
Herba S. Barbaræ (& Sinapi agreſte 5.) Trag. Lon. Caſt.
Scopa regia (ſive Sideritis latiſsima) Fuch. ico. Ang.
S. Barbaræ herba, Fuch. Geſ. hort.

Pſeu-

Pſeudobunias, Dod. gal. Ad.
Carpentorum herba, Ruel.
Naſturtium paluſtre, Geſ. hor. hybernum, Thal.
Barbarea, Dod. Lob. Tab.
Eruca paluſtris, Lugd.
Bunium adulterinum, Cam.

Variat foliorum magnitudine, nam in hortis ad acetaria culta, acutiora habet, quæ fœmina dicitur, Tabernæmontano: nonnunquam rubent & nigreſcunt.

X. Eruca lutea ſive Barbarea pleno flore: quæ Eruca 4. in Prod.

XI. Eruca cærulea in arenoſis creſcens.

Hæc eſt Eruca paluſtris cærulea, in Phytopinace, & Matthiolo (& in Prod. pro 5.) deſcripta pictaque: magnitudine & parvitate variat.

XII. Eruca maritima Italica ſiliquâ haſtæ cuſpidi ſimili.
Cakile Serapionis, Anguil. Ad. Lobel. Lugd. Camer.
Eruca maritima, Lugd.
Naſturtium maritimum, Eid.
Erucæ genus in maritimis, Cæſ.
Erucca Kackile dicta, Colum.

Habetur latifolia & anguſtifolia: hæc ſi in hortis ſeratur, oblongo anguſtoque folio excreſcit.

XIII. Eruca maritima Cretica, ſiliquâ articulatâ: quæ 6. in Prod.

XIV. Eruca Monſpeliaca ſiliquâ quadrangulâ echinatâ: quæ 7. in Prod.
Sinapi echinatum, Lugd.

XV. Eruca anguſtifolia Auſtriaca.
Eruca ſyl. anguſtifolia, Lob. Lugd.

XVI. Erucæfolia napi radice.
Pycnocomon Ang. quid?

SINAPI ET EJUS SPECIES.

Sinapi, σίνηπι Dioſcoridi l.2. c.184. & Theoph. 7. hiſt. 3. & 6. παρὰ τῶ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, oculos enim lædit: dicitur etiam Theoph. νάπυ, quaſi immite, ob vehementem ejus acrimoniam: & Athenienſes Napy appellaſſe, Plin. l.19. c.3. author eſt, Sinapi nominans.

Unius Dioſcorides & Theoph. meminere: at Plinius, genera tria facit: unum gracile, alterum ſimile rapi folijs, tertium Erucæ.

I. Sinapi rapi folio.
Sinapi Dioſ. & Theoph. Sinapi alterum Plinij.
Sinapi, Ang. Geſ. hort. Caſt. primum, Matth. Lac. Cæſ. Port.
Sinapi hort. Cord. in Dioſc. Lon. Lugd. deſc.
Sinapi ſativum prius, Dod.
Sinapi ſativum Erucæ aut Rapi folio, Ad. Lob.

II. Sinapi hortenſe ſemine albo.
Sinapi ſativum album, Trag.
Sinapi alterum ſativum, Ad. & Lob.
Sinapi album, Cam. & Eyſt.

III. Sinapi apij folio.
Sinapi gracile, Plinio.
Sinapi, Brunf. luteum ſativum, Trag.
Sinapi primum, Fuch. Tur. Caſt.
Sinapi alterum, Matth. Lac. Cæſ.
Sinapi hortenſe, Fuch. ico. Dod. gal.
Sinapi ſativum, Lugd. ſativum alt. Dod. Ger.
Sinapi agr. apij aut potiùs laveris fol. Ad. Lob.
Sinapi ſyl. luteum, Lon.
Eruca paluſtris major, Tab.

IV. Sinapi Erucæ folio.
Eruca ſive Rucula mar. min. & Sinapi 9. Trag.
Eruca, Dod. gal. ſativa, Fuch. hortenſis, Tur.
Eruca ſylveſtris, Geſ. hor.
Sinapi tertium, Matth. Caſt. Cæſ.
Sinapi ſylveſtre, Dod. Lugd.
Sinapi ſyl. minus irionis veri folio, aut burſæ paſtoris, Ad. Lob.

V. Sinapi parvum ſiliquâ aſperâ.
In Phytopinace & Prod. deſcriptum eſt.

VI. Sinapi umbellâ purpureâ.
Sinapi alterum agreſte noſtras, Colum.

VII. Sinapi Indicum.
Saſeni, ſemen eſt Sinapis, magna copia in Sundan: par. 4. Ind. orient. 8.

VIII. Sinapi ſimile Indicum ſemen.
Nachani ſemen nigrum minutum ſapore Secales, ex cujus farina panes conficiuntur, Garz.
Semen ſinapi ſimile ſed nigrius, cujus farinâ in panes orbiculares ſubactâ veſcuntur tota Æthiopia ora maritima, Cluſ. in notis.

RESEDA.

Reſeda à doloribus ſedandis dicta, cum collectiones & inflammationes omnes diſcutere, Plin. l.28. c.12. ſcribat: propter ſaporem Erucæ, & quòd aliqui ex Erucarum ſyl. genere eſſe cenſeant, huc relata eſt.

I. Reſeda maxima.
Reſeda, quæ Seſamoides majus Ghino, Geſ. hort.
Seſamoides magnum, Lac. at alterum, Cæſ.
Reſeda maxima, Lob. Ger.
Reſeda tenuifolia, Tab.
Reſeda Plinij, Eyſt.
Reſeda lutea, Lugd. recta, Cam.
Erucago vulgaris, Col.

II. Reſeda vulgaris.
Rheſeda Plinij Neotericorum. Eruca peregrina Italica, vel Cantabrica, Ad. Lob. Rheſeda Plinij, Ger.
Reſeda latifolia, Tab. at ſupina, Cam.
Reſeda major, Thal.
Reſeda lutea, Lugd.
Seſamoides primum, Cæſ.

Ludit folijs ſimplicioribus, & in unoquoque pediculo plurimis: major & minor eſt.

III. Reſeda linariæ folijs in prodromo deſcripta.

IV. Reſeda alba minor.
Seſamoides parvum Salmanticum, Cluſ. hiſp. & hiſt. (quam duplicem facit) Lob. Tab. Ger.

V. Reſeda lapidea.
Planta marina Reſedæ facie, Cluſ. exot.

VI. Reſedæ affinis Phyteuma.
Phyteuma Monſpelienſium, Geſner. Ad. Lob. Narbonenſium, Lugd.
Seſamoides parvum, Lac. tertium, Cæſ.
Erucago Apula, Colum.

Variat folijs nunc oblongis, nunc in aliquot lacinias, & quidem frequentiùs quatuor, modò quinque diviſis.

LVTEOLA.

Cum Luteolam aliqui Reſedam Plinij faciant, & in multis cum Reſeda conveniat, de ea nunc; quæ ſic dicta, quòd eâ panni lanei & telæ lineæ, candidæ quidem, colore luteo, virente verò, qui antè cæruleo tincti, inficiantur. Quare Plinius, lib. 33. cap. 5. Luteam. Vitruvius 7. Architect. 14. Luteum, & Virgil. Ecolg. 4. Lutum nominat. At Cæſalpinus, lib. 9. cap. 35. Myagron ſeu Melampyron Dioſcoridis ſtatuit.

I. Luteola herba ſalicis folio.
Antirrhinon, Trag. Lugd. Thal.
Pſeudoſtruthium, Matth. Caſt. Lugd. Eyſt.
Struthium, Lac. Geſ. hor.
Lutea vel Luteum Vitruvij, Geſ. hor. Cam.
Herba lutea, Dod. gal. Lugd.
Lutum herba, Dod.
Luteola, Ad. Lob. Ger.
Guadarella vulgo, Cæſ.
Catanance, Lon. Taſ.

II. Luteola Cretica.
Struthium legitimum Dioſcoridis quæ χνμένη in tota Græcia appellatur, quâ fullones in tingendo ſerico luteo utuntur, Hon. Belli ep. 2. ad. Cluſ.

II. Luteola herba folio cannabinæ.
Lutea maxima Cretica Belli, Ponæ in Bal.
Lutea major fruteſcens Cretica, Ponæ ed. Ital.

IV. Luteola herba ſterilis.
Lutea major ſterilis Cretica, Pona ed. Ital.

ERYSIMVM.

Ερύσιμον Dioſcoridi, lib. 2. cap. 188. alijs ἀπὸ τοῦ ἐρύκειν, foliorum multiplici ſectione: alijs quaſi ἐρίτιμον, quod eſt pretioſum; alijs ἀπὸ τοῦ ἐρύειν, quòd ob ſuam caliditatem trahendi facultate præditum ſit, dictum: nam Sinapis ſapore eſt, & multis Sinapis ſyl. ſpecies eſt. Plin. lib. 22. cap. 25. Irio, Eryſimum Græcis: ubi Eryſimon Dioſcoridis, cum Eryſimo fruge Theophraſti 8. hiſt. 1. & 4. cauſ. 16. (Gaza Trionum vertit) confundit.

I. Eryſimum vulgare.
Hierobotane fœmina, Brunſ. 4.
Verbena fœmina & Sinapi 7. Trag.
Sinapi alterum genus ſyl. Fuch. ico.
Verbena, Tur. recta ſive mas, Fuch. Lugd.
Eryſimum, Synapi ſyl. ſpecies, Geſ. hort.

Eryſimum Dioſcoridis, Dod. gal. Ger.
Irio, Matth. Cord. in Dioſc. Lac. Lugd. Lon. Cæſalp.
Irio ſive Eryſimum, Ad. Lob. Dod. Caſt.
Cleome Octavij, Ang.
Eryſimum noſtrate, Thal. primum, Tab.

II. Eryſimum alterum ſiliquis Erucæ.
Eryſimum 2. Tab. ſub Eruca ſativa, Ger. ico.
Majus eſt & minus.

III. Eryſimum polyceration, vel corniculatum.
Irio alter, Matth. Lugd. Cam.
Eryſimum verum, Ang.
Dentilaria alia, Irio aliquibus, Geſ. hor.
Eryſimum alterum Italicum, Ad. Lob.
Irionis tertia ſpecies, Cæſ.
Saxifraga Romanorum, Lugd. deſc. figura ſub Saxifragia aurea.

IV. Eryſimum latifolium majus glabrum.
Irio Apulus alter lævi folio Erucæ, Colum.
an Irio altera, Cæſ.
Ex ſemine Irionis nomine, à D. Imperato miſſo, & nomine Rapiſtri Hiſpanici non ſcripti, à D. Gillenio, in horto meo crevit.

V. Eryſimum anguſtifolium majus.
Rapiſtrum ſylveſtre Irionis folio, Colum.

VI. Eryſimo ſimilis lævis laciniata fl. luteis.
Herba S. Alberti, Cæſ.
an Barbarea minor, Lob. ob.

VII. Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba.
Variat folijs latioribus, anguſtioribus: magis minùsve crenatis & hirſutis: icon & deſcript. in Matth. & Prodromo habetur.
Barbarea muralis, Joh. Bauhino, lib. de Plantis à Sanct.

HYDROPIPER SEV PERSICARIA.

Y'Δροπίπερι, Dioſcoridi lib. 2. cap. 191. id eſt, Aquaticum piper, à loco & ſapore nomen habet: Latinis Perſicaria, à foliorum forma: hæc vel mitis acidaúe ſapore, vel acris eſt: illa folijs maculoſis, vel ijs carentibus.

I. Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa.
Pulicaria fœmina, Brunf. Perſicaria fœmina, Eid. Ruel. Lon.
Perſicaria, Fuch. Dod. Ang. Caſt. Lugdun. cui & Plumbago Plinij quibusdam.
Perſicaria altera, Trag. Matth. Tab.
Perſicaria maculata, Ericio Cord. Ger.
Perſicaria maculis nigris, Geſ. hor.
Perſicaria mitis, Ad. Lob. ico. maculoſa, Lob.
Perſicaria prima, Britannica Plinij, Cæſ.
Cratæogonum, Lac.
Plumbago Plinij, l. 25. c. 13. quibusdam: alijs Britannica ejusdem, l. 25. c. 3. alijs Lapathum quoddam videtur.
Floribus eſt communiter purpuraſcentibus, aliquando candidis: folijs aliquando maculam nigram in medio habentibus, aliquando ea carentibus.

II. Perſicaria urens ſeu Hydropiper.
Perſicaria maſcula, Brunf. Ruel. cui & major, mas, Lon.
Perſicariæ primum genus, Trag. Tab.
Hydropiper, Fuch. Ang. Dod. Matth. Cord. in Dioſc. Lac. Caſt. Cæſ. Lugd. Ger.
Cratæogonon, Ang.
Perſicaria hydropiper, ſive aquatile piper urens, Ad.
Perſicaria urens, Lob. mordax, Thal.
Flore eſt ex roſeo rubicundo: colore Berſilico: candido: aliquando folijs macula rubra aſperſa eſt.

III. Perſicaria anguſtifolia: in Prod. deſc.
Perſicaria major, Lob. ob. Thal.

IV. Perſicaria minor.
Pulicaria puſilla repens, Lob. Lugd.
Perſicaria pumila, Tab.
Floribus eſt albis, aut purpureis.

CAPSICVM SEV PIPER INDICVM.

Καψικὸν Actuario, à κάπτω mordeo, quòd ſemen comeſtum mordeat, imò adurat. Plin. lib. 19. cap. 12. Siliquaſtrum, quod ob piperis ſaporem Piperitidis nomine ſit acceptum: Axi, Indis. Piper: Piper Braſilianum: piper Indicum in Guiana: piper Indicum cornutum, à quibusdam Siliquaſtrum: Auctoribus hiſtoriar. Indicarum.

54881

Differentia in foliorum latitudine, vel anguſtia; in fructus colore & forma: colore, qui in initio alijs viridis, alijs niger; in maturitate, aut ruber, aut croceus, flavúſve; rariùs albus. Figura alijs longa, eaq; vel craſſa, vel gracili, vel incurvata: alijs brevis eaq; lata, cordata, vel rotunda ceraſi forma, vel anguloſa: & vel erecta, vel dependens: deniq; & caule piloſo.

Axi aroma in Ind. Occid. quod in Cuſco, Veho: in Mexico, Chili: in Caſtilia, piper Indicum appellatur. Eſt viride, & rubrum, & croceum. Aliud vehementius mordicat, quale Caribbe vocatum: aliud lenius, & moderatius: eſt & genus quoddam dulciſſimum, quod è manibus vellunt, & edunt: & quoddam aliud exilius, quod moſchum fragrat, & guſtu admodum ſapidum. Joſeph. Acoſta lib. 4. c. 20. vel part. 8. Ind. Occid.

I. Piper Indicum vulgatiſsimum.
Siliquaſtrum, Trag. (una figura tres ſpecies proponit) Lac. Tab.
Capſicum rubrum & nigrum, Fuch. ico.
Siliquaſtrum majus & minus, Fuch.
Piper Indicum, Matth. Geſn. hort. (cui & Calecuticum) Cæſ. (cui Circæa Dioſcorid. fortè) Caſt. Cam.
Cardamomum Arabicum, Geſ. hort.
Piperitis ſeu Siliquaſtrum Peruvian. Cord. hiſt.
Piper Indic. 3. rubrum & nigrum, Geſ. hort.
Capſicum, Cluſ. in Mon.
Capſicum vel Piper Indicum longioribus ſiliquis, Lob. Capſicum Actuarij, Eid. ico. & Ad.
Capſicum ſive Piper majus & minus Lugd.
Piper Americanum vulgatius, Cluſ. cur. poſt.
Piper Indicum medium, Eyſt.
Piper Indicum Occid. quod Axi vocant, Frag.

II. Piper Indicum propendentibus ſiliquis oblongis recurvis.
Capſicum oblongius, Fuch. ico. Dod. gal. Lugd.
Capſicum longioribus ſiliquis, Ger.
Siliquaſtrum tertium, Fuch.
Capſicum oblongiorib. & recurvis ſiliquis, Dod
Piper oblongum recurvis ſiliquis, vel 9. Regio. in Cluſ. cur. poſt.
Hujus differentiæ tres ſunt.
1. Siliquis longiſsimis, deorſum ſpectantibus in mucronem recurvum abeuntibus, quod
Piper Indicum maximum longum, Eyſt.
2. A priore ſola magnitudine differt, quod
Piper Indicum minus, recurvis ſiliquis, Eyſt.
Piper decimum, Regio.
3. Siliqua flava, vel aurea, eaque oblonga vel lata, vel ovali figura, quod
Piper duodecimum, Regio.
Piper Indicum ſiliquis flavis, &
Piper Indicum aureum latum, Eyſt.

III. Piper Ind. propendentib. ſiliquis rotund.
Siliquaſtrum latis ſiliquis, Trag.
Capſicum latum, Fuch. ico. Dod. gal. Lugd.
Siliquaſtrum quartum, Fuch.
Piper Indicum rotundum, Geſ. hor.
Capſicum cordatum, Cam.
Siliquaſtrum fructu propendente rotundo, Regio, in Cluſ. cur. poſt.
Et hujus differentiæ quatuor ſunt.
1. Siliqua lata, rugoſa, quod
Piper octavum, Regio.
2. Cordata, eaq; oblonga vel rotunda, quod
Piper Indicum cordatum oblongum, &
Piper Indicum cordatum, Eyſt.
Piper ſextum, Regio.
3. Siliqua olivari.
4. Siliqua rotunda Ceraſorum modo, eaque majore vel minore, rubri vel nigri coloris, quod
Piper minimum ſiliquis rotundis, Eyſt.
Piper ſeptimum, Regio.

IV. Piper Indicum fructu dependente pomi amoris forma.
Piper Indicum rotundum maximum, Eyſt.
an Piper ex Ind. Melopeponis forma Monardi.
Folia ſunt Solani vulgaris, fructus rotundi, ſulcis aliquot diſtincti pendent, rubore coralli.

V. Piper Indicum fructu aculeato.
Majus eſt & minus: illud rotundum, hoc orbiculatum, utrumq; rubet: & innoxium quaſi in aculeum abit, quod
Piper Indicum rotundum aculeatum, &
Piper Indicum orbiculatum medium, Eyſt.

VI. Piper Indicum ſiliquis ſurrectis & oblongis.
Piper oblongum erectum majus pyramidale vel ſecundum, Reg. in Cluſ. cur. poſt.
Hujus differentiæ quatuor.
1. Pyramidale majus.
2. Pyramidale minus: quod
Piper erectum minus pyramidale vel 3. Regio.

18212

Piper Indicum medium longum erectum, Eyſt.
3. Oblongum ſurrectum majus & min. quod
Piper oblongum exiguum erectum pyramidale, vel quartum, Regio.
Piper Indicum minimum erectum, Eyſt.
4. Siliqua bifurcata, quod
Piper undecimum, Regio.
Piper Indicum bifurcata ſiliqua, Eyſt.
VII. Piper Indic. ſiliquis ſurrectis rotundis.
Piper rotundum majus ſurrectum, Reg. in Cluſ. cur. poſt.
Hujus quoque differentiæ quatuor:
1. Rotundum maximum obtuſum, quod
Piper majus ſurrectum vel primum, Regio.
Piper Indicum maxim. rotund. erectum, Eyſt.
2. Rotundum minus parùm acuminatum:
3. Cordatum majus:
4. Cordatum minus anguloſum.

Verum Piperis Indici differentias novendecim, du Bry in ſuo Florilegio propoſuit: at ſculptor linguæ Latinæ ignarus, omnes ſiliquas propendentes ſculpſit, licet rectè depictas & nominibus notatas ad ipſum tranſmiſiſſemus.

VII. Piper Ind. ſiliquis ſurrectis ceraſi forma.
Capſicum brevioribus ſiliquis, Lob.
Capſicum Braſilianum, Cluſ. ad Monard. Lugd.
Capſicum minimis ſiliquis, Dod. Ger.
Siliquaſtrum rotundum, Cam. ep. Matth.
Piper Indicum ſurrectis corniculis, Cam.
Siliquaſtrum rotundum anguſtifolium, Tab.
Huc referendum
Piper oblongum erectum minimum, Regio.
Piper Indic. ſurrectis corniculis parvulis, Cam.
IX. Piper Indic. caule piloſo flore majore.
Piper Indic. caule pilis albis prædito, Cam.
X. Piper Indicum radice eduli.

Piperis tertium genus minoribus granulis, cui ſunt radices lettiki dictę, ſatis boni ſaporis, quas in minima fruſta conſcindunt & plantant, & ſarmenta in modum Lupuli, ſupra terræ ſuperficiem ſpargunt: Stad. par. 3. Americæ.

XI. Tomates, grana ſunt recentia & viridia quę cruda eſitare ſolent. Et ex ijs plerumq; condimenta parantur: par. 8. Ind. Occid. l. 4. c. 20.

SECTIO SECUNDA.

NASTURTIUM: THLASPI: BURSA PASTORIS: MYAGRVM: DRABA: ALLIARIA: COCHLEARIA.

NASTVRTIVM EJVSQVE SPECIES.

N*Aſturtium* Κάρδαμον *Dioſcoridi lib. 2. c. 185. Theoph. 7. hiſt. 1. quaſi* Καρήδαμον, *quod caput calore ſuo & acrimonia tentet: vel* ἀπὸ τῆς Καρδίας, *quod cordatos faciat; vel quòd in Syncope Cardiaca dicta, plurimum valeat. Latinis Naſturtium, à naribus torquendis; quòd odore & ſeminis acrimonia ſternutamenta provocet: hinc Plinio l. 19. c. 8. (& Varroni) à narium tormento velut torporem excitans.*

Genera, Theophr. 4. hiſt. 7. plura eſſe dicit. Dioſcorides tantùm Naſturtium Babylonicum optimum eſſe ſcribit. Plinio l. 20. c. 13. eſt hortenſe ſive ſativum, latioribus folijs, eſt & ſylveſtre: illud album, hoc nigrum, ubi de ſemine eum loqui cenſemus. Dividimus in hortenſe, pratenſe, aquaticum, montanum.

NASTURTIUM HORTENSE.

I. Naſturtium hortenſe latifolium.
Naſturtium Hiſpanicum, Geſ. hort. Tab. Ger.
Naſturtio, tale folium Cam. ep. Matth. adpingit: deſcripto & figura Matthiolo addita.
II. Naſturtium hortenſe vulgatum.
Naſturtium album, Plinio.
Naſturtium, Brunſ. Ang. Matth. Cæſalp. Caſt. Tabern.
Naſturtium hortenſe, Trag. Fuch. Tur. Lac. Ad. Lob. Dod. Lugd. Ger. Cam.

Aliud eſt folijs ſimplicibus, quod læve & albius, vel ſubhirſutum minusq; album; aliud folijs valdè diviſis, & vel majus, vel minus.

III. Na-

III. Naſturtium hortenſe criſpum. Hujus ſemen etiam nuper Naſturtij Mauritanij nomine Lugduno Batavorum accepimus.

Eſt latifolium & anguſtifolium, utrumq; in Matth. deſcriptum & depictum, ſicut & in Prod.

Naſturtium pratenſe.

Naſturtium pratenſe magno flore.
Flos cuculi, Brunf. Dod.
Naſturtium pratenſe (vel 3.) Trag. Geſn. Tur.
Hiberis, Fuch. ico.
Naſturtium agreſte, Fuch. ſylveſtre, Lon.
Lepidium minus, Cord. in Dioſc.
Siſymbrium Cardamine, Dod. gal. Lac. tertium, Dod. Lugd.
Siſymbrium aquatic. alter. quoad folia, Matth. Tab. & Lugd.
Cardamine altera, Lob. Lugd. Ger.
Cardamine 1. & Siſymbrium alt. Dioſc. Tab.
Cardamine altera ſimplici flore, Cluſ. hiſt.
Cardamine latifolia, Ger. quoad folia.
Siſymbrio aquatico non abſimilis, Cæſ.
Iberis ſive Cardamantica naſturtij folio 1. Thal.
Naſturt. aquat. ſimplici flore, Eyſt.

Flos communiter ex candido, leviter purpuraſcit, aliquando prorſus albus eſt.

II. Naſturtium pratenſe flore pleno.
Cardamine altera pleno flore, Cluſ. hiſt.
Naſturt. aquaticum flore pleno, Eyſt.

III. Naſturt. prat. parvo flore: quod 2. in Prod.
Siſymbrij aquat. alterius nomine, Matth. Lugd. & Tab. Si flores ſpectes exprimere videntur.
Naſturtij ſiliquoſi ſylvatici, ſeu montani majoris Thalij nomine, D. Futerus.
Naſturtij pratenſis congereris, D. Jungermannus Lipſian miſit.

IV. Naſturt. prat. folio rotundiore, fl. majore.
Cardamine ſive Siſymb. alterum Dioſ. Ad. Lob.
Cardamine, Ger. ſecunda, Tab.

Et hæc floris colore variat, hinc
Cardamine 2. ſpecies altera florib. lacteis, Tab.
Cardamine lactea, Ger.

V. Naſturt. praten. rotundifol. minuto flore.
Siſymb. alter. ſeu Naſturt. aquat. 3. ſpecies, Thal.

VI. Naſturtium pratenſe odoratum radice granulis tuberoſa.
Cardamine quinta, Dalech. Lugd.

VII. Naſturt. ſylv. minus: quod 3. in Prodr.

Naſturtium aquaticum.

I. Naſturtium aquaticum ſupinum.
Siſymbrium alterum vel Cardamine, Dioſc.
Naſturtium aquat. (& 2.) Trag. Lon. Dod.
Vella Galeni, Ang.
Sium & Laver, Dod. gal.
Cardaminum Sion, Ruel.
Creſſo, Laver odoratum, Eri. Cordo.
Siſymbrium Cardamine, Fuch. Lugd.
Siſymbrium aquaticum, Matth. Cæſ. Caſt. primum, Tab. & Portæ.
Siſymb. alterum, Cord. in Dioſ. Geſ. hor. Thal.
Siſymbrium tertium, Lac.
Sion Cratevæ, Siſymbr. 2. Dioſc. & Senecio Serapionis, Ang.
Sion Cratevæ Erucæfolium, Ad. Lob.
Sium majus, Ger.
an Naſturtio ſimilis herba Scorbutum curans: par. 9. Ind. occid. additam.

II. Naſturt. aquatic. majus & amarum.
Siſymbrij alterius ſpecies ſecunda, Thal.

III. Naſturt. aquat. erectum folio longiore.
Sium, Lac. Caſt. vulgare, Matth. Lugd.
Sion Matthioli & Italorum, Lob.

Hoc licet glabrum ſit, tamen caule & foliorum cauliculis villoſis habemus.

IV. Naſturtium aquaticum minus.
Siſymbrium aquaticum alterum vel minus, Cam. ep. Matth.
Cardamine quarta Dalech. Lugd.

Variat magnitudine & parvitate, forte ratione loci: nam in aquaticis major eſt: in vinetis verò Wilenſibus riguis, uti & Patavij minorem multò obſervavimus: ſic caule erecto, & penè aphyllo, in arenoſis prope Wiſam fluvium, reperitur.

Naſturtium Montanum.

I. Naſturtium montanum luteum.
Sium alterum aquaticum luteum, vel Cardamine tenuifolium montanum, Colum.

II. Naſturt. montanum luteum folijs ſativi.
Naſturtium montanum minus, Thal. quid?

III. Naſturtium alpinum trifolium.
Cardamine trifolia, Lob. Lugd. Tab. Ger.
Cardamine alpina 1. trifolia, Cluſ. pan. & hiſt.

IV Naſturtium alpinum minus reſedę folijs.

Hoc in Phytopinace, ſub Naſturtio 8. in Prod. ſub 4. deſcripſimus, quod aliquando altius, aliquando ad tres tantùm uncias exurgit.

V. Naſturt. alpin. minus fol. in orbem ſparſis.
Cardamine alpina media, Cluſ. pan. & hiſt.

VI. Naſturt. petræum folijs burſæ paſtoris.

Naſtur-

Naſturtium petræum, Tab. Ger.
VII. Naſturtium alpinum inſipidum.
Cardamine alpina inſipida, Colum.
VIII. Naſturtium alpinum tenuiſsimè diviſum.
Naſturtiolum, Geſ. in epiſt.
Cardamine alpina 3. minima, Cluſ. pan. & hiſt.
Cardamine alpina, Tab. Ger.
Thlaſpi montanum minimum, Lugd.
Cardamine puſilla ſaxatilis montana *διωκοειδής*, Colum.
IX. Naſturtium pumilum vernum, quo nomine Monſpelio accepimus.
Hoc rariùs palmare, frequenter unciam ſolùm altum reperitur.
X. Naſturtium alpinum capſulâ Naſturtij hortenſis. Hoc Cardamidij montani verni nomine D. Furerus miſit.
In Phytopinace ſub Naſturtio 9. in Prod. ſub 5. deſcripſimus.
XI. Naſturtium alpinum bellidis folio majus 6. in Prod.
XII. Naſturtium alpin. bellidis folio min.
Plantula Cardamines æmula, &
Sinapi pumilum alpinum, Cluſ. pan. & hiſt.
Folijs eſt modò longioribus, modò rotundioribus.
XIII. Naſturtium Barbareæ folijs: quod 7. in Prodr.

Naſturtium ſylveſtre.
I. Naſturtium ſylv. Oſyridis folio.
Burſa paſtoris minor, Brunf.
Thlaſpidij genus & Naſturt. ſ. Trag.
Burſa paſtoris 2. & 4. Eidem.
Thlaſpi anguſtifol. Fuch. Lug. minus, Dod. Ger.
Thlaſpi minus hortenſe vulgare, Lob. ico.
Thlaſpi minus tenuifolium, Lon.
Iberis, Tur.
Naſturtium ſylveſtre, Thal.
Thlaſpi minus Germanicum, Tab.
Luteum eſt & album, & quia acerrimum ad Naſturtium referimus.
II. Naſturtium ſylv. tenuiſsimè diviſum.
Seriphium Germanicum, Trag.
Naſturtium ſylv. Fuch. ico. Geſ. hort.
Seriphium abſynthium, Fuch. Lon.
Thalietrum, Dod. gal. Lugd.
Thalictrum, Thal. (cui Naſturt. *μυελόφυλλον*.) Tab.
Sophia Chirurgorum, Ad. Lob. Dod. Ger.
Accipitrina, Cæſ.
Folio eſt latiore, anguſtioréve; hinc
Thalictrum latifolium & anguſtifolium, Tab.
Sophia duplex, Gerardo.
Accipitrina duplex, Cæſalpino.
III. Naſturtium ſylveſtre Erucæ affine.
Naſturtium ſylv. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Eruca Naſturtio cognata tenuifolia, Lob.

THLASPI ET EJUS SPECIES.

N*Aſturtio Dioſcorides lib. 2. c. 186.* θλάσπι *ſubjungit, quod à fructus forma, quæ veluti infractus & contuſus, à* θλᾶν *infringo, nomen accepit:* ἢ θλασπίδιον, *quaſi fructum clypeatum;* ἢ σίνηπι ἄγριον.

Genera duo Dioſcoridi & Plinio lib. 28. c. 13. alterum anguſtis, alterum latis folijs, quod Perſicum Sinapi Crateva dicatur: fortè Raphanus ruſticanus.

Thlaſpi arvenſe.
I. Thlaſpi arvenſe ſiliquis latis.
Thlaſpi & Thlaſpidium vulgare, &
Burſa paſtoris prima, Trag.
Thlaſpi, quod vulgo Naſturt. tectorum, Ruel.
Thlaſpi latifolium, Fuch.
Thlaſpi cardamoides, ſive Naſturtiarium, Cord.
Thlaſpi minus latifolium, Lon.
Thlaſpi Dioſcoridis (& Scorodathlaſpi) Dod. gal. Lugd. Ger.
Thlaſpi 2. Matth. Lugd. majus, Tab.
Thlaſpi 1. Dioſc. Creticum Galeni, Ang.
Thlaſpi drabæ folio, Ad. Lob.
Thlaſpi Dioſcor. Drabæ & Chamelinæ folio, Eidem ico.
Thlaſpi latius Dod. platicarpon, Cam.
Thlaſpi, & Thlaſpi nigrum Galeni, Cæſ.
Varietas in ſiliquis: aliud majoribus, aliud exilioribus reperitur.
II. Thlaſpi arvenſe Acetoſæ folio.
Thlaſpi majus, Tab. Ger.
III. Thlaſpi Vaccariæ folio burſæ paſtoris ſiliquis: primum in Prod.

IV. Thlaſpi arvenſe Vaccariæ incano folio majus.
Thlaſpi primum, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
Thlaſpi alterum, Dod. Lugd. 3. ſive Cratervæ, Ang.
Thlaſpi minus, Cord. in Dioſc.
Thlaſpi vulgatiſsimum Vaccariæ folio, Ad. & Lobel.
Thlaſpi vulgatiſſ. Ger.
Thlaſpi verum cujus ſemine in Theriaca utimur, Camer.
Thlaſpi officinarum, Colum.

Folijs eſt aliquando leviter crenatis, aliquando ijs caret: hinc diverſa authorum figura: quare apud Matthiolum poſuimus Thlaſpi 1. & Thlaſpi ſerrato folio.

V. Thlaſpi Vaccariæ incano folio minus: quod 2. in Prodromo.

VI. Thlaſpi villoſum capſulis hirſutis.

In Phytopinace, & pro 3. in Prodr. deſcripſimus, & in Matthiolo noſtro ſub Thlaſpi villoſo figura habetur.

VII. Thlaſpi arvenſe perfoliatum majus.
Thlaſpi oleraceum, Tab. ſub Thlaſpi incano, Ger. ico.
Thlaſpi primum Dalech. Lugd.
Thlaſpi alterum mitius rotundifolium burſæ paſtoris fructu, Colum.
In Phytopinace ſub 5. deſcripſimus.

VIII. Thlaſpi perfoliatum minus.
Thlaſpi pumilum, vel Thlaſpi montanum minus, Cluſ. pan. & hiſt.
Thlaſpi minimum, Tab. minus, Ger.

Thlaſpi umbellatum.

I. Thlaſpi umbellat. arvenſe Iberidis folio.
Thlaſpidij aliud genus, vel 3. Trag.
Thlaſpi amarum, Tab. Ger.
Thlaſpi Allobrogicum Cretico, par. Cluſ. hiſt.

Flores è cæruleo alboq; communiter mixti, rarius penitus albi, vel flaveſcentes: in Phytopinace ſub 14. deſcripſimus.

II. Thlaſpi umbellatum Creticum Iberidis folio.
Draba ſive Arabis, aut Thlaſpi Candiæ, Dod. Geſ. hort. Lugd.
Thlaſpi 4. Matth. Lugd. cui & Thlaſpi 4. Dodonæi.
Thlaſpi Cappadocicum, Ang. flore incarnato & flore albo, Eyſt.
Thlaſpi Creticum, Geſn. hort. Cæſalp. Taber. Camer.
Thlaſpi Candiæ umbellatum Iberidis folio, Ad. & Lob.
Thlaſpi Candiæ, Ger.

Flore eſt purpureo, aliquando albo, luteo haberi ajunt & communiter in umbella, rarius in oblonga ſpica.

III. Thlaſpi Cretic. flore albo majus: ſive 4. in Prod.

IV. Thlaſpi umbell. Cretic. flore albo odoro, minus.
Thlaſpi quartum parvum odorato flore, Cluſ. hiſtor.
Thlaſpi Cappadocici minoris annui nomine, D. Doldius miſit.

V. Thlaſpi umbell. naſturij folio Monſpeliacum.
Thlaſpi alterum minus umbellatum Naſturtij hortenſis folio Narbonenſe. Ad. Lobel. icon.
Thlaſpi aliud umbellatum Penæ, Lugd. & Naſturtium ſylv. Dalechampij, Eidem.
Thlaſpi Narbonenſe umbellatum, Tab. Ger.

Thlaſpi montanum.

I. Thlaſpi montanum glaſti folio majus.
Thlaſpi prim. vel montanum peltatum, Cluſ. pan. & hiſt.
Thlaſpi pannonicum, Lobel. icon. Camerar. Tab. Gerard.

II. Thlaſpi montanum glaſti folio minus.

III. Thlaſpi alpinum bellidis cæruleæ folio.
Thlaſpi ſecundum & Badenſe, Cluſ. pan.
Thlaſpi montanum 2. Cluſ. hiſt.
Thlaſpi album ſupinum, Lob. ico. Tab. Ger.
Thlaſpi montanum burſæ paſtoris fructu primum, Colum.

Siliquis non nihil variat, hinc apud Tab. & Ger. figuræ duæ ad Cluſij & Lobelij imitationem: ſic & flores aliquando in umbella, ut recte Columna pinxit: communiter in modum ſpicæ diſpoſiti.

IV. Thlaſpi montanum ſemper virens.
Thlaſpi montanum candidum, Lugd.

V. Thlaſpi ſaxatile rotundifolium, quod 5. in Prodr.

VI. Thlaſpi alpinum majus.
Thlaſpi tertium, Matth. Lugd. Thal. qui tamen diverſum deſcribit.

Ut

Ut Matthiolus pingit ex Italia habemus: verùm ut in noſtris alpibus provenit, ab illo planè diverſum, in noſtro Matthiolo & Prodromo figura exhibetur.

VII. Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo.
Thlaſpi tertium ſaxatile, Cam. epit. Matth. & hort.
Thlaſpi petræum myagrodes, Ponæ.
Thlaſpi ſaxatile minore folio, in noſtro Matth. ubi figura & deſcriptio: ut & ſub 6. in Prod.

VIII. Thlaſpi alpinum repens: pro 7. in Prodromo deſcript.

IX. Thlaſpi parvum ſaxatile flore rubente.
Lithothlaſpi quartum carnoſo rotundo folio, Colum.

Ex Provinciæ ſaxoſis & hoc, & 9. & 11. à D. Burſero habemus: ſimile cum 11. ſed folijs & thecis majoribus, ex Hiſpania D. Albinus attulit.

X. Thlaſpi ſaxatile Polygalæ folijs: cauliculis eſt pedalibus, folijs polygalæ forma, ſed longe minoribus: floſculis exiguis, albidis, thecis rotundis infractis, ſemine minutiſſimo in ſaxoſis circa Monſpelium.

XI. Thlaſpi ſaxatile vermiculato folio.
Lithothlaſpi montanum fruticoſius vermiculato acuto folio, Colum.

XII. Thlaſpi montanum incanum luteum ſerpilli folio majus.
Thlaſpi ſupinum luteum, Lob. ico.

XIII. Thlaſpi ſaxatile incanum luteum ſerpillio folio minus.
Jonthlaſpi luteo flore, incanum montanum ἀλυσσοειδὲς, Colum.

Thlaſpi Alyſſon dictum, ſive Alyſſon.

I. Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre majus.
Alyſſon, Matth. Ang. Lugd. Cam.
Thlaſpi Græcum, Ad. & Lob. ico. Ger.
Thlaſpi Græcum polygonati folio, Tab.
Alyſſum minimum, Cluſ. pan. & hiſt.
Floſculis eſt albis, interdum luteis.

II. Thlaſpi Alyſſon dictum campeſtre minus.
Thlaſpi 4. Dod. gal.
Alyſſum minus Dalech. Lugd.
Thlaſpi minus clypeatum, Tab.
Polium alpinum flore luteo, Eyſt.
Si cum præcedenti non idem, ſaltem affine.

III. Thlaſpi Alyſſon dictum maritimum.
Thlaſpi Narbonenſe centunculi anguſtifolio, Ad. Lob. ico. Lugd. Tab.
Thlaſpi umbellatum Narbonenſe, Ger. ico.
Thlaſpi maritimum Dalech. Lugd.
Thlaſpi ſyriacum, vel Græcum alterum anguloſo bifori pericarpio lentifolio, Adverſaria proponunt: ſed quid?

Thlaſpi clypeatum.

I. Thlaſpi biſcutatum aſperum Hieracifolium & majus.
Thlaſpi parvum hieracifolium, ſive Lunaria lutea Monſpelienſium, Ad. Lob.
Thlaſpi clypeatum, Cluſ. pan. & hiſt.
Thlaſpi quoddam genus, in monte S. Juliani, Cæſalp.
Lunaria lutea Dalech. Lugd.
Thlaſpi biſulcatum, vel Lunaria biſulcata, Camer.
Thlaſpi majus clypeatum, Ger.
Thlaſpi minus clypeatum 1. Tab.
Leucoium montanum 1. Thal.
Leucoium aliſſoides umbellatum montanum, Colum.

Hoc ipſum ex Creta Thlaſpi nomine, Honorius Belli miſit, quod folijs minus aſperis, ſed tota planta incana eſt.

II. Thlaſpi biſcutatum aſperum minus.
Jondraba aliſſoides Apula ſpicata, Colum.

Folijs eſt brevioribus, craſsioribus incanis, totaque planta humilior: ex Hiſpania D. Albinus attulit: at multò minoribus, minusque aſperis ex montibus Tyrolenſibus habemus.

III. Thlaſpi biſcutatum villoſum flore calcari donato.
Leucoium montanum flore pedato, Colum.
Hoc ſub 8. in Prodromo deſcribitur.

IV. Thlaſpi clypeatum ſerpilli folio.
Thlaſpi alterum minus clypeatum ſerpilli folio, Ad. Lob. ico.
Thlaſpi minus clypeat. Penæ, Lugd.
Jonthlaſpi minimum ſpicatum, lunatum, Col.
Lunaria Græca quarta, Cæſ.

Aliquando thecæ veluti in longam ſpicam diſpoſitæ ſunt, quemadmodum D. Columna miſit, aliquando magis in ſummo compactæ, ut Monſpeſſuli legimus.

Thlaſpi fruticoſum.

I. Thlaſpi fruticoſum Leucoij folio latifolium: hoc 9. eſt in Prod.

Eſt majus circa Maſsiliam à D. Burſero: eſt minus pauloque anguſtioribus folijs, in Italia collectum.

II. Thlaſpi fruticoſum Leucoij folio anguſtifolium.
Thlaſpi fruticoſum folio Leucoij marini minoris, Lob. Lugd. Tab.
Thlaſpi ſemper virens, Cam.

III. Thlaſpi fruticoſum folio thymbræ hirſuto.
Thlaſpi fruticoſum alterum, Lob. Lugd. Tab.
Thlaſpi fruticoſum minus, Ger.
Thlaſpi 5. Hiſpanic. albo flore, Cluſ. hiſt.

IV. Thlaſpi fruticoſum ſpinoſum.
Thlaſpi fruticoſum ſpinoſum Narbonen. Lob. Lugd.
Thlaſpi ſpinoſum 5. Tab. Ger.

Folia habet Leucoij oblonga, incana, obtuſa, ut in monte Lupi obſervavi: at in hortum Monſpelienſem translatum, unde D. Burſerus attulit, breviora & rotundiora obtinet.

V. Thlaſpi fruticoſum incanum.
Thlaſpi incanum Mechlinenſe, Lob. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt.
an Thlaſpi incanum fruticoſum Franconicum, Cam.
an Iberis prima, Tab. quod ſub Thlaſpi fruticoſo, Ger. ico.

Thlaſpi exoticum.

I. Thlaſpi repens hederæ folio.
Thlaſpi hederaceum, Lob. Lugd.

II. Thlaſpi Alexandrinum.

Hoc in Phytopinace ſub 12. in Prod. ſub. 10. deſcripſimus.

BVRSA PASTORIS.

Thlaſpi ſpecies apud antiquos fuit, quæ nunc Burſa paſtoris, à marſupiolis compreſſis (alijs Capſella) dicitur: quibusdam Sanguinaria & Criſpula.

Burſa paſtoris folijs ſinuatis.

I. Burſa paſtoris major folio non ſinuato: in Phytopinace & Prodromo ſub prima deſcripta.

II. Burſa paſtoris major folio ſinuato.
Burſa paſtoris major, Brunf. Trag. Geſ. hor. cui & Thlaſpi fatuum.
Burſa paſtoris, Matth. Lac. Lon. Corn. (cui Medica, Dioſc.) Cord. in Dioſc Ad. Lon. Lob. Thal. Cæſ. (& Thlaſpi genus antiquorum) Lugd. Caſt. & herba Cancri, Ger.
Paſtoria burſa, Fuch. Dod. major, Tab.

Folijs variat: aliquando eleganti eſt folio, inſtar Coronopi repentis.

III. Burſa paſtoris media.
Burſa paſtoris ſexta, Trag. minor, Geſ.
Burſa paſtoria minor, Tab. minima, Ger.

IV. Burſa paſtoris minor folijs inciſis: & Thal. qui alterius, folijs integris meminit.
Paſtoria burſa minor, Dod. minima, Lob. ico

Hæc aliquando ad duas tresúe ſolùm uncias apud Monſpelienſes exurgit, aſpectu ob foliorum inciſuram elegantiſſimo, quam Thlaſpi minus nominant.

Burſa paſtoris folijs integris loculis oblongis.

I. Burſa paſtoris major loculo oblongo.
Draba minima, muralis Dioſcoridis, Colum.
Thlaſpi Veronicæ folio, Richerio.
in Phytopinace ſub 6. in Prod. ſub. 2. deſcripſimus.

II. Burſa paſtoris minor loculo oblongo.
Genſzblum/ id eſt, anſerum flos, Brunf.
Paronychia alſinefolia, Ad. Lobel. Lugdun. Camer.
Paronychia vulgaris, Dod. latifolia, Ger.
Herbula burſæ paſtoris affinis, Cæſ.
Thlaſpios minima ſpecies, Thal.
Alſine minima, Tab.
Piloſella ſiliquata minima, Cam. ad Thal.
Myoſotis parva Dalech. Lugd.

Folijs communiter integris, rariſsimè laciniatis.

III. Burſa paſtoris alpina hirſuta: quæ 3. in Prod.

IV. Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, ſeu majoribus folijs.

Piloſella

Piloſella ſiliquata major, Thal.
Aizoon telephium Dalech. Lugd.
V. Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa minor, ſeu minoribus folijs.
Paronychia altera myagri folio, Geſneri, Camer.
Piloſella ſiliquata minor, Thal. & Cam. fig. hort. D.

MYAGRVM.

Μύαγρος Dioſc. l.4. c.117. meminit, cui Rubiæ folia tribuit: & Plinio, l.27. c.12. Myagros dicitur; verùm quid ſit, nunc non decernimus. Sunt qui noſtrum Myagrum, Eryſimum Theoph. & Galeni velint: alijs Seſamum, ob ſeminis ſimilitudinem, & olei ubertatem.

I. Myagrum ſiliqua longa.
Viola lutea ſyl. Trag.
Myagrum alterum Thlaſpi effigie, Lob. Lugd.
Myagrum 2. Tab. Eryſimum 3. Eid.
Camelina, Ger. Eruca ſyl. anguſtifolia, Eid.
Ratione ſoli variat, cubitalis, folijs latis, aliquando trium quatuorúe unciarum anguſtis: & inter hæc eſt medium.
II. Myagrum ſativum.
Linaria quinta, Trag.
Seſamum, Trag. Lac. Lon. Seſamum non eſt Geſ. hor.
Myagrum Dioſcoridis, Ruel. Ang. Dod. gal Ad. Lob. Lugd. Ger.
Myagrum primum, Tab.
Pſeudomyagrum, Matth. Lugd.
Camelina ſive Myagrion, (& Eryſimum cereale) Thal. Dod. Thal.
Dorella, Cæſalp.
Aliquibus in locis ſeritur olei cauſa, & latioribus folijs eſt: multis locis ſpontè provenit & hoc ſtrigoſius, hinc figurarum varietas, ut in Matthiolo noſtro videre eſt.
III. Myagrum ſylveſtre.
Pſeudomyagrum alterum, Cam. in Matth.
Paronychia 2. Tab.
Huic ſimile minus, quod
Myagrum 3. in arvis, Cam.
IV. Myagrum fœtidum; quod 1. in Prod.
V. Myagrum monoſpermon latifolium.
Myagrum hortenſe monoſpermon, Eyſt.
Bricourres nomine ſemen miſſum fuit; Pſeudoiſaridem Alpinus nominabat.
Hoc in Phytopinace ſub 5. & in Matth. ubi & figura exhibetur, & ſub 2. in Prod. habetur.
VI. Myagrum monoſpermon minus: 3. in Prod.
VII. Myagro ſimilis ſiliquâ rotundâ.
In Phytopinace ſub Myagro 6. in Prod. ſub 4. deſcripta, Thlaſpi nomine Norinbergâ: Lepidij, Monſpelio: Myagri Montbelgardo, habemus.

DRABA.

Drabam δράβην Dioſcorides, lib. 2. cap. 186. ipſi Thlaſpi ſubjungit, unius factâ mentione.

I. Draba umbellata, vel Draba major capitulis donata.
Arabis ſive Draba, Matth. Ang. Ad. Lob. (& Naſturtium Babylon) Lugd.
Arabis, Lac. Lon. Arabis verior, Cam. Drabe, Matth.
Draba vulgaris prima, Cluſ. pan. & hiſt.
Draba Dioſcorid. Cæſ. Caſt. Colum.
Folijs dentatis obſervavimus; ſunt qui non dentatis pingant.
II. Draba tenuifolia velut ſpicata: 1. in Prod.
Drabæ ferventis vernæ nomine, Phorenia Doct. Agerius attulit.
III. Draba minor capitulis orbicularibus.
Draba minor, Cluſ. hiſt.
IV. Draba alba ſiliquoſa.
Draba ſecunda, Cluſ. pan. & hiſt.
V. Draba alba ſiliquoſa repens.
Draba altera, Lob. ico.
Draba 3. ſucculento folio, Cluſ. pan. & hiſt.
Arabis ſeu Draba altera, Lob. ob. Lugd.
Eruca muralis, Lugd.
an Thlaſpios generibus cognata ſiliquoſa, Thal.
VI. Draba Eryſimi flore & ſiliquis.
Sinapi & Thlaſpi media Provincialis planta, Ad. Lob. ico. Lugd.

VII. Draba lutea ſiliquis ſtrictiſſimis. Arabis quorundam, Cam. ep. Matth. & hor.

VIII. Draba flore cæruleo galeato: hæc 2. eſt in Prod.

ALLIARIA.

Alliaria eò quod folia digitis comminuta, Allium ſeu Porrum ſectivum cum Naſturtio redoleant: quibuſdam, Thlaſpidium ſecundum Crateuæ: alijs Alectorolophos Plinij, lib. 25. cap. 5.

Alliaria, Trag. (cui & Thlaſpidium cornutum) Fuch. Matth. Dod. (cui & Pes aſininus Pandect.) Lac. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Cæſalp. Thal. Lon. Tab. Cam. Ger.
Alliaria altera, Ama.
Alliaſtrum, Geſn. hort.
Rima marina, Euricio Cordo. Rima maria, Anguillaræ.
Alectorolophos Plinij quibuſdam, Dalech. in Plinium.

Folio latiſſimo ampliſsimoque & ſubrotundo, quandoque reperitur.

COCHLEARIA.

Cochlearia, à foliorum forma modicè cava, parvum & non valde profundum cochlear referentia, dicta: quam aliqui Telephium, alij Britannicam Plinij, lib. 25. cap. 3. volunt, (licet forma & ſapore Thlaſpi & Naſturtijs affinis ſit) eò quod ei malo, quod Stomacacen & Scelotirben vocant (Scorbutum eſſe volunt) auxilio eſſe Britannicam Plinius ſcripſerit.

I. Cochlearia folio ſubrotundo.
Cochlearia, Dod. Geſn. hor. Lugd. Cam. epit. Matth. & hor. & par. 3. Ind. orient. navig. 3.
Telephium, Lac.
Britannica, Geſn. hor.
Cochlearia Batava, Ad. & Lob.

II. Cochlearia folio ſinuato.
Cochlearia Anglica Atriplicis folio, Ad.
Cochlearia Britannica, Ad. Lob. Dod. Lugd. Ger.

III. Cochlearia minor erecta: quæ 1. in Prod.

IV. Cochlearia Danica repens: quæ 2. in Prod.

SECTIO TERTIA.

BRASSICA EJUSQUE SPECIES.

Braſſica Theophraſto 1. hiſt. 19. inter Olera eſt, quæ ἀπὸ τοῦ βράζειν à vorando. Dioſcoridi, lib. 2. cap. 14. κράμβη, quaſi κοράμβλη, quod oculorum pupillas lædat, dicitur. Theophraſto & ῥάφανον dici, in Raphano monuimus.

Genera: Dioſcoridi ſativa, ſylveſtris & maritima. At Theoph. 7. hiſt. 4. alia criſpa, alia lævis, alia ſylveſtris. Plinius, cum lib. 19. cap. 8. Braſſicæ cauliumve tria genera ex Catone, cap. 157. enarraſſet, plura adhuc eſſe refert, Cumanam, Aricinam, Pompejanam, Sabellicam, Lacuturrem. At lib. 20. cap. 9. Græcos in tres ſpecies diviſiſſe ſcribit: Criſpam, quam Selinada, à ſimilitudine foliorum apij vocarint: alteram leam, latis folijs, quæ Caulodes quibuſdam: tertiam propriè Crambem appellatum.

Recentioribus differentiæ ſunt pro foliorum colore, criſpitudine, denſitate, alijsq́ qualitatibus. Alijs enim color viridis, alijs candicans, alijs purpuraſcens. Criſpitudo & lævitas, tam in candida, quàm in viridi, quam nigram vocant, rariùs in purpurea, reperitur. Summa genera ſunt Sativa, ſylveſtris: Sativa, alba & rubra, &c.

Braſſica

Braſsica capitata.

I. Braſsica capitata alba.
Braſsica alba, Brunfelſ. quæ capitata & ſeſsilis, Cord. in Dioſc.
Braſsica alba ſeſsilis & glomerata, Lob. ico.
Caulis capitulatus, Trag.
Caputium Braſsicæ 3. genus, Cumanum Plinij, Eric. Cord.
Braſsica capitata, Matth. (& Lacuturris) Lac. Geſ. hort. Lon. Tab. Lob. Caſt. alba, Ger.
Braſsica alba ſeſsilis glomeroſa, aut capitata Lactucæ habitu, Ad.
Braſsica capitata albida, Dod. (cui Tritiana) Lugd.
Braſsicæ 4. genus, Fuch. Tur.
Braſs. capitatæ 1. genus, & Cumana Plin. Cæſ.
Hæc candida eſt, quæ Lacuturris Plinij: eſt & viridis, quæ Tritiana.

II. Braſsica alba capite oblongo non penitus clauſo.
Braſsicæ albæ 2. ſpecies, Lacuturris, Dod. gal.
Braſsica patula, Sabauda vulgo, Ad.
Braſsica Sabauda hyberna, Lob. ico.
Braſsica Sabauda, Tab. Ger.

III. Braſs. ex capitibus pluribus conglobata.
Braſsica capitata polycephalos, Lugd.
In hac aliquando quinquaginta capita ovorum magnitudine numerantur.

IV. Braſsica capitata rubra.
Braſsicæ rubræ 2. ſpecies, Dod. gal. Lugd.
Braſsica convoluta & arctè occluſa rubro colore, Ad.
Braſsica capitata rubra, Dod. Tab. Ger.

V. Braſsica gongylodes.
Braſsicæ albæ 4. ſpecies, Dod. gal.
Braſsica thyrſuta, Geſ. hor.
Caulorapa, Braſsica peregrina, medio caule turbinata & rapata, Ad.
Braſ. caule rapum gerens, Dod. rapicaulis, Cam
Braſsica rapoſa, Rapitius colis Catoni, Lugd.
Caulorapum, Matth. Scalig. Lob. ob. Cam. ep. Taber.
Rapa Braſsica peregrina, caule rapum gerens, Lob. ico.
Braſsicæ capitatæ 2. genus, Lacuturres Plinio, Cæſalp.
Variat rapo rotundiore & longiore: illa Caulorapum rotundum: hæc Caulorapum longum, Tab. & Ger.

VI. Napobraſsica, in Prodromo deſcripta.

VII. Braſsica cauliflora.
Braſ. Pompejana aut Cypria, Dod. gal. Lug. Cam
Braſsica florida, Ad. Ger.
Braſsica cauliflora, Dod. Cam. ep.
Braſsica florida botrytis, Lob.
Braſsicæ capitatæ genus 3. Cæſ.
Braſsica prolifera florida, Tab.
An hæc Theophraſti, qui nullum aut parvum ſemen producere ſcribit?

Braſsica non capitata.

I. Braſsica alba vel viridis.
Braſsica, Brunf. lævis, Matth. Cæſ. Caſt.
Braſsicæ ſativæ majoris ſpecies altera, Trag.
Braſsica candida, Geſ. hort. lata alba, Lon.
Braſsica alba vulgaris, Lugd.
Braſsica vulgaris, Ad. ſativa, Lob. Dod. Ger.
Braſsica prima, Tab.
Braſsica in India, folia ſemper hiantia ſervat, necunquam capita profert: part. 4. Ind. Or. c. 10.
Hæc eſt Braſsica lævis Theoph. & Plinij, cui & Caulodis.
Hanc altitudine arbores adæquantem Monardes Florentiæ vidit.

II. Braſsica rubra.
Braſsica 1. genus, Fuch. rubræ 1. genus, Lugd.
Braſsica Cumana ſive rubra, Dod. gal.
Braſsica prima, Tur. vulgaris, Cord. in Dioſc.
Braſsica rubra, Geſ. hort. Ad. Lon. Tab. Ger.

obſervatur, cùm in floribus folium ſit implicatum, quod in albo charactères habet occultatos, ex virgulis cæruleis duas literas. A. I. aut tres A. I. A. exprimentes. Delphinium duplex eſt Dioſcoridi, cujus altera ſpecies Romanis Buccinum dicatur. Quare ſi apud Dioſcoridem, vox δελφινοειδὴ ad flores referatur, tum Conſolida regalis hortenſis δελφίνιον erit: at Conſolida regalis ſegetum, alterum ejuſdem Delphinium.

Variat: eſt major & minor, utraque flore ſimplici vel pleno: colore cæruleo pallido, cæruleo intenſo, purpureo, incarnato, albo, variegato ex albo & cæruleo.

I. Conſolida regalis hort. flore majore & ſimplici.
Delphinium, Dod. gal.
Delphinium 4. & majus, Geſn. hort.
Conſolida regalis, Matth. ico. Ang. Caſt.
Conſolida regalis ſativa, Tab. Ger.
Cuminum ſylv. alterum, Matth. in prim. edit. Lac. Lugd.
Conſolida regia ſive Calcaris flos recentiorum, Ad. Lob.
Flos regius, Dod.
Delphinium elatius flore cæruleo, Cluſ. hiſt.
Conſolida regalis flore cæruleo majore, Cam.
Flos qui vulgo in Hetruria Fior capuccio, Cæſ.

Flores communiter cærulei elegantiſſ. aut ex cæruleo purpurei, carnei, vel ſaturati, vel diluti, nivei vel exalbidi, cineracei, purpurei ſeu violacei: hinc figuræ quatuor.

1. Delph. elatius fl. incarnato, Bry, Svvert.
2. Conſolida regalis ſimpl. fl. rubro, Eyſt.
3. Delphinium elatius purpuroviolaceum, Svvert.
4. Delphinium elatius flore albo, Bry.

II. Conſolida regalis hort. flore minore.
Calcatrippa, Cord. hiſt.
Delphinium 2. flore candido, & 3. flore roſeo, Geſn. hort.
Conſolida regalis flore rubro, Lob. ico.
Conſolida regalis ſativa, fl. albo: rubro, Tab.
Flos regius flore purpureo, Dod.
Conſolida regalis flore incarnato, purpureo albo, Cam.
Delphinium elatius ſimplici flore, Cluſ. hiſt.

Flos cæruleus, cinereus, albus, rubeus, incarnatus.

III. Conſol. regal. fl. majore & multiplici.
Delphinium elatius pleno flore, Cluſ. hiſt.
Conſolida regalis flore pleno, Cam.

Flores cærulei, albi; nullo, aut perexiguo, calcari præditi: hinc

1. Conſolida regal. fl. pleno incarnato, Eyſt.
2. Conſolida regal. fl. pleno purpureo, Eyſt.
3. Conſol. regal. multiplici fl. argenteo, Eyſt.
Delphinium elatius albo flore, Bry, Svvert.
4. Conſol. regal. fl. multiplici cineraceo, Eyſt.
5. Conſolida regal. fl. pleno albo, Eyſt.
6. Conſolida regal. fl. pleno rubro, Eyſt.
7. Conſol. regal. multiplici incarnato fl. Eyſt.
8. Conſol. regal. multiplici violaceo fl. Eyſt.

IV. Conſolida regalis arvenſis.
Conſolida regalis, Brunf. Lac. Geſn. hort. Caſt.
Conſolida regia, Trag. Fuch. Lon. Thal.
Chamæmelum eranthemum, Fuch.
Buccinum & Delphinium alterum, Dod. gal.
Segetum conſolida regia ſtrigoſior tota, Lob.
Flos regius 2. vel ſylv. Dod.
Anthemis eranthemos, ſive Conſolida regalis, Cuminum ſylv. Geſn. hort. (Lugd.
Delphinium ſylv. Eid. vulgare, Cluſ. hiſt.
Conſolida regalis arvenſis, Tab. ſylveſtris, Ger.
Conſolida regalis flore cæruleo minore, Cam.

Flore eſt cæruleo, albo, candicante, rubro & dilutius rubente, violaceo, & hoc eſt
Conſol. regal. arvenſis fl. ſimpl. violaceo, Eyſt.
Conſolida regalis fl. variegato.
Delphinium arvenſe flore verſicolore, Cluſ. ap. alt. ad l. 6.

Flores quidam tam ſimplices quam multiplices media parte cærulei: altera parte ſuaviter rubentes, vel cæruleis punctis notati: ſic partim cærulei, partim albi: & in eadem planta flores varij coloris, ita ut vix bini flores ejuſdem coloris conſpiciantur: hinc
Delphin. elatius fl. albo cæruleo diſtincto, Bry.
Delphinium elatius purpuroviol. diſtinct. Bry.
Delphinium elatius pleno variegatum, Svvert.

V. Conſolida regalis vulgaris fl. multiplici.
Delphinium humilius ſive vulgare pleno flore, Cluſ. hiſt.
Conſolida arvenſis fl. rubro pleno vel ſuaverubente, Eyſt.

VI. Conſolida regalis latifolia parvo flore.
Delphinium Dioſcoridis, Imperato.

In Phytopinace ſub 5. & in Prodromo, in Matthiolo quoque & Tabernæmontano, figura adpoſita deſcripſimus.

FUMA-

FUMARIA EJUSQUE SPECIES.

Fumaria, καπνὸς Dioſ.l.4.c.110. eò quod herbæ ſuccus oculis inditus, inſtar fumi oculos moleſtando, lacrymas moveat. Genera: Dioſc.1. flore purpureo meminit: at Plin.l.25.c.13. Capnos duplex eſt; prima, quæ pes gallinaceus vocatur, & altera Capnos fruticoſa, illam Fumariam bulboſam, hanc verò Capnon Dioſc. cenſemus.

Fumaria non bulboſa.

I. Fumaria officinarum & Dioſcoridis.
Fumus terræ, Brunf. Cam. Thal.
Fumaria, Trag. Matth. Fuch. Cord. in Dioſ. Geſ. hor. Dod. Lon. Cæſ. Lugd. 1. & 2. flore albo, Tab.
Capnos, Ang. Ad. Lob.
Fumaria major, Caſt. ico.
Fumaria purpurea & alba, Ger.

Flos coloris purpurei violacei, palleſcentis, albi: alia circa Monſpelium, folijs tenuiſsimis floribus albis reperitur.

II. Fumaria viticulis & capreolis plantis vicinis adhærens.
Fumaria phragmites, Dod. gal. Lugd.
Fumaria altera, Cæſ.

Floſculi candidi, cæruleo colore aliquando diſtincti, circa Monſpelium in ſepibus ad Frontignanum: at circa Neapolim floſculis ſubflavis, in ſummitate nigricantibus.

III. Fumaria minor tenuifolia.
Capnos minor, Ad.
Capnos tenuifolia, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob.
Fumaria minor, Caſt. ico.
Fumariæ ſpecies Myconi, Lugd.
Fumaria tenuifolia, Tab. Ger. Eyſt. *fl. niveo.*
Fumus terræ ſeu Fumaria tenuifol. Hiſp. Cam.
Fumaria rubra tenuifolia, Eyſt.

Variat floris colore, hilari purpura rubet, eſt & variegato, ex rub. albo, viridi & luteo: cauliculis modò ſurrectis, modò procũbentib. & caducis.
Similem Montiſpeſſuli obſervavimus, quam Fumariam nobilem vocant.
Fumaria minor, Ad,

IV. Fumaria minor folio oblongo capillaceo.
Fumaria altera tenerior Syriaca, Cam.
Selterays nomine ex Syria D. Paludan. attulit. an Capnos Cret. florib. candidis fuſcâ maculâ, (Cluſ. hiſt.

V. Fumaria lutea.
Fumaria corydalis, quibuſdam Split, Matth.
Fumaria montana, Geſ. hor. Tab.
Fumaria phragmitis altera, Eid.
Fumaria lutea montana, Ad. Lob. (cui & Chelidonium capnites Aëtij) Lugd. Ger.
Split vulgo, Cæſ.
Corydalis, Caſt. Cam. (hæc eſt
Florib. commun. luteis, aliquando candidis, &
Fumaria fl. albis, Ad.
Fumaria Illyrica alba, Tab.

VI. Fumaria claviculis donata.
Capnos Plinij & phragmites, Dod. gal. Geſ. hor.
Capnos alba latifolia & Splith album quorundam, Lob. Lugd.
Fumaria altera, Dod.
Capnos altera Belgica albo flore, Cluſ. hiſt.

Folijs latioribus & anguſtioribus variat, floribus eſt albis & dilutè admodum rubentibus.
Fumaria latifolia major & minor, Tab. Ger.
Fumaria Clematites & Clematis minim. Cam.

Fumaria bulboſa.

I. Fumaria bulboſa radice cava major.
Capnium ſive Fumaria phragmitis, Aëtio.
Ariſtolochia rotunda, Brunf. Eric. Cord.
Ariſtolochia rotunda vulgaris, Trag. Fuch. (cui & Piſtolochia) Geſ. hor. Cam.
Hyacinthus 3. candidus & purpureus, Trag.
Fumaria altera, Matth. Caſt.
Capnos phragmitis, Tur.
Piſtolochia Fuchſij, Apios ſpecies videtur, Lac.
Ariſtolochia phragmites, Geſ. col.
Capnos chelidonia, Lon.
Capnos ſive Capnium phragmites major, & Pes gallinaceus, Cord. in Dioſc.
Chelidonia phragmites altera, Cord. hiſt.
Radix cava major, Dod. Caſt. Cluſ. hiſt.
Radix cava herbariorum, Ad. Lob. Cluſ. pan.
Fumaria bulboſa, Lugd.
Lentopetali genus quibuſd. haud planè ineptè, (Guil.
Lentopetalon alterum, Cæſ.
Chelid. capnites quorundam rad. pertuſa, Thal.
Ariſtolochia vulgaris flos purpureo, Eyſt.

Eſt major & minor: huic folia anguſtiora, illi paulo latiora, ſed ſolùm loci ratione differunt.

Variat colore floris albo, pallido, ſubflaveſcente, rubro dilutiore, vel egregiè rubente: quod ſi flos minor ſit, ſaturatius rubet, & pro maſcula habetur: ſi major, languidioris coloris. Figuræ 8. apud Tab. & Ger.
Fumariæ bulboſæ purpureo flore nomine, quatuor: totidem flore albo.
Viridi flore Lobelius obſervavit, & nomine Radicis cavæ viridi flore, in iconib. propoſuit.

Radix

Radix cava, Caſt.

II. Fumaria bulboſa radice non cava major. Ariſtolochia rotunda vulg. radice ſolida, Trag. Ariſt. rot. altera ſpecies radice ſolida, Geſ. hort. Capnos ſive Capniũ phragmites min. Cord. in Chelid. Capnites radice integra, Thal. (Dioſc. Ariſtolochia rotunda fl. albo, Eyſt.

A prima diff. radice, quæ in illa cava, in hac ſolida: dein in illa, folia quæ flores intercedũt, integra ſunt, in hac verò inciſa: tum in illa flores pauciores & majores colore variãtes: in hac minores, copioſiores, eleganti purpura rubẽtes; alterius coloris hactenus non obſervavi: tandem, nunquam utramque eodem loco reperimus, illa enim pinguiori ſolo delectatur.

III. Fumaria bulboſa radice non cava minor. Chelidonia phragmitis 1. Cord. hiſt. Fabaceâ radice Capnos altera, Ad. Lob. Radix cava minor. Dod. Caſt. Cluſ. hiſt. Ger. Capnos fabacea radice, Lugd. Fumaria bulboſa ſeu tuberoſa minor, Tab. Ariſtol. rotunda vulgaris minima, Cam.

A majore diverſa eſt, & florum herbaceis rudimentis variat.

CHELIDONIUM.

Χελιδόνιον Dioſcoridi l. 2. c. 211. cui χελιδὼν, id eſt, hirundo avis, nomen impoſuit: vel quòd hanc primum invenerit, oculis pullorum excæcatorum, viſum hâc reſtituens, ut ex Dioſcoride, Plin. l. 25. c. 8. refert: vel ut idem l. 8. c. 27. Chelidonium viſui ſaluberrimum hirundines monſtravêre, vexatis pullorum oculis eâ medentes: quibuſdam ſic dictum, quòd in hirundinum adventu floreat, & diſceſſu marceſcat. Apud Theoph. 7. hiſt. 14. Hirundinariam Gaza vertit.

Genera duo Dioſc. & Plin. l. 25. c. 8. majus & minus, quæ cùm figurâ multum differant; de minore alibi agem.

I. Chelidonium majus vulgare. Chelidonia, Brunſ. major, Ang. Chelidoniũ majus, Trag. Matt. Fuch. Tur. Lac. Cord. hiſt. Geſ. hor. Dod. Ad. (& Hirundinaria major) Lob. Caſt. Cæſ. Lugd. Thal. Tab. Ger. vulgare, Cluſ. hiſt.

II. Chelidonium majus foliis quernis. Chelid. majus laciniato flore, Cluſ. hiſt. In Phytopinace, Mathiolo, & Tabern. deſcripſimus.

AQVILEGIA.

Aquilegia, quæ quibuſdam Chelidonia ſylveſtris, videtur dicta quaſi Aquilina, ob florum mucrones aduncos, ut ſunt aquilini ungues. Veterum Pothos Coſtæo; Jaſione Theophraſti 1. hiſt. 21. Cæſalpino: Jovis flos, Dalechampio in Athenæum: Iſopyrum Dioſcoridis l. 4. c. 121. Columnæ: at Geſnero Leontoſtomum dicitur. Variat potiſſ. flore: eſt communiter majore, rarius minore ex corniculis compoſito, colorum diverſorum, rarius roſeo eſt flore eoq; vel ſimplici vel pleno.

Aquilegia ſimplex.

I. Aquilegia ſylveſtris. Aquilegia, Trag. Fuch. Lugd. Lon. Cæſ. (columbina quibusdam) Ger. fl. cæruleo, Svvert. Aquileia, Fuch. Er. Cord. Geſ. h. Dod. ſyl. Thal. Aquileia ſimplex, Cam. Aquilina, Matth. Ad. Lob. Caſt. Tab. Iſopyrum Dioſcoridis, Colum.

Flore eſt cæruleo, & vix alterius quam punicei coloris, in ſylveſtribus reperias.

II. Aquilegia hortenſis ſimplex. Aquilina rubra, Lob. ico. Aquilina. Caſt. alba, Tab. Aquileia rubra, Ger.

1. Aquilegia fl. albo ſimplici, Bry. Eyſt. Aquilegia alba cærulea, Svver.

2. Aquilegia caſtanei coloris, Svvert.

Hæc diverſorum colorum reperitur, cæruleo, candido, incarnato, rubro, variegato ex cæruleo & purpureo: candido, nonnullis veluti lituris cæruleis aſperſis.

III. Aquilegia mont. magno fl. quæ 1. in Prod.

IV. Aquilegia montana parvo flore, Thalictri folio: quæ 2. in Prod.

Aquilegia pleno flore.

I. Aquilegia hort. multiplex flore magno. Aquileg. multiflora variegata, Lob. ico. & multiplici vario colore flore, Eid. pleno flore, Cam. Aquileia multiplici flore, Dod. multiplex, Ger. Aquilina pleno flore, Cluſ. hiſt. multiplex ſive 4. 5. 6. 7. & 8. Tab.

Flos cæruleus, violaceus, cinereus, blandè vel ſaturè rubens, albus, ex albo cæruleo, violaceóve variè mixtus, maculatus.

1. Aqui-

1. Aquilegia fl. cæruleo pleno, Eyſt.
2. Aquilegia fl. albo pleno, Eyſt.
3. Aquilegia fl. pleno incarnato, Eyſt.
4. Aquilegia flore purpureo, Eyſt.
5. Aquilegia flore rubro, Eyſt.
Aquilina flore rubro, Bry. Svvert.
6. Aquilegia variegata, Bry.
Aquilegia fl. variegato duplici, Svvert.

II. Aquilegia hort. multiplex flore parvo.
A priore floris magnitud. & pullo colore differt.

III. Aquilegia hort. multiplici flore inverſo.
Aquilina plenis multiplicib. flor. Lob. ico. Lug.
Aquilina inverſa multipl. albo colore, Lob. ico.
Aquilina pleno inverſo flore, Cluſ. hiſt.
Aquilegia inverſa, Cam.
Aquilina 9. Tab.
Aquilina carnei coloris, Bry.
Aquilegia alba, Svvert.
Aquilegia cærulea inverſo flore, Eyſt.

IV. Aquilegia flore roſeo multiplici.
Aquilina pleno roſeo flore, Cluſ. hiſt. Bry.
Floris color communiter cæruleus, eſt & albus, rariſsim. carneus ſive blandè rubens: vel albus nigris punctis aſperſis: hinc
1. Aquilegia ſtellata flore purpureo, Eyſt.
2. Aquilegia ſtellata rubeſcens, Eyſt.
3. Aquilegia ſtellata flore violaceo, Eyſt.
Aquilegia ſtellata cæruleo violacea, Svver.
4. Aquilegia ſtellata flore albo minutiſsimis nigris punctis ornata, Eyſt.

V. Aquilegia degener vireſcens: & Cam.
Aquilegia degener vireſcens. Lob. ico.
Aquilina degener, Cluſ. hiſt. Bry.
Aquilina 10. Tab.
Aquilegia ſtellata roſea, Svvert.
Flos vel viridis omnino, vel ex viridi purpuraſcens.

NIGELLA SEU MELANTHIUM, ejusque ſpecies.

Nigella, à nigro ſeminis colore communiter dicta, Dioſcorid. l. 3. c. 93. Μελάνθιον *eſt: de qua Theoph. 7. hiſt. 9. Plinio l. 20. c. 17. Gith ex Græcis, alij Melanthion, alij Melanſpermon vocant, & quod odoratiſsimum & nigerrimum, optimum eſt.*

Genera: Dioſcorides & Veteres unius meminere: nobis ſativa eſt & ſylveſtris: Sativa ſimplici & pleno, magno & parvo flore: ſemine nigro, ſubflavo, luteo.

I. Nigella arvenſis cornuta.
an Melanthium & Gith Dioſcoridis.
Nigella ſylv. & 2. Trag.
Melanthium ſylv. Fuch. Dod. Ger.
Cuminum ſyl. alterum, Fuch. ico. Cord. in Dioſ.
Melanthium ſylv. alterum, Matth. Caſt. Lugd.
Nigella ſylv. altera, Dod.
Melanthium capitulis reflexis aquilegiæ, Lob.
Nigella cornuta, Cord. hiſt.
Nigella vulgò dicta, Cæſ.
Nigella ſylv. Geſn. hort. Lon. Cam.
Melanthium agreſte, Tab. arvenſe, Cluſ. hiſt.
Meminit Tab. Melanthij agreſt. alterius, quod foliis capitulis magis reflexis, à priori differat.

II. Nigella latifolia flore majore ſimplici cæruleo: quæ 1. in Prod.
Melanthium Hiſpanicum majus, Eyſt.

III. Nigella anguſtifolia flore majore ſimplici cæruleo.
Nigella Damaſcena, Trag. Cord. hiſt.
Nigella, Cord. in Dioſc.
Nigella hort. altera, Fuch. Lon.
Melanthium ſive Nigella, Ad.
Melanthium ſylv. Matth. Lac. Lob.
Melanth. ſylv. quod Damaſcenum cognominatur, Cluſ. hiſt.
Melanth. ſylv. prius Matthioli, Lugd. qui duas figuras habet.
Melanthium Damaſcenum, Dod. Tab. Cam.
Melanthium Damaſcenum alterum, Fuch. ico.
Melanthium ſativum flore ſimplici, Eyſt.
Iſopyrum, quod Matth. Durantes, Lugd. & Taber. pingunt: nil aliud cenſemus, niſi quod folia Aniſi infernè ſint adpicta, quò Dioſcoridis Iſoporum exprimere videatur.

IV. Nigella flore majore pleno cæruleo.
Nigella flore majore & numeroſioribus folijs, Suneg Ægyptijs, Alpino.
Melanthium Damaſcenum pleno flore, Cluſ. hiſt. Eyſt.

V. Nigella flore minore ſimplici candido.
Nigella hort. Trag. ſativa, Lon.
Melanthium ſativum, Matth. Lac. Dod. Caſt. Lugd. Tab.

Melanth. 1. Fuch. ico. hortenſe primum, Eid. fol.
Melanthium ſive Nigella Romana odora, Lob.
Git ſive Nigella Romana, Tur.
Nigellæ alterum genus, Cord. hiſt.
Melanth. Ger. ſativum ſimplici flore, Cluſ. hiſt.
Nigella, Geſ. noſtra, Ang. altera, Cæſ.
Melanth. Damaſcenum ſemine pallido.

Semine eſt nigro, aliquando pallidè flavente: ſemine luteo in horto habuimus: rarius candido reperitur.

VI. Nigella flore minore pleno & albo.
Cardamomi 3. ſpecies, & Nigella citrina, Lac.
Nigella citrina, Ad. flore albo multip. Lob. Lug.
Nigella flore candido, Cæſ.

Semen ex Oriente adfertur, inter Cardamomi genera, & Nigella citrina dicitur, Cæſ.
Melanthium citrinum multiflorum, Taber. ſub Damaſceno, Ger. ico.
Melanthium pleno flore, Cluſ. hiſt.
Melanth. ſive Nigella flore pleno, albo, Cam.
Nigella peregrina flore multiplici, Eyſt.

VII. Nigella Cretica.
Melanthium ſimplici flore, Creticum, Cluſ. hiſt.

Hujus deſcriptionem in Phytopinace ſub 6. in Prod. ſub. 2. & in Matthiolo cum figura exhibuimus: in Tabern. noſtro figura ſub titulo Nigellæ flore pleno, malè poſita fuit.

VIII. Nigella Cretica folio fœniculi.
Melanthium peregrinum ſive Creticum, Ponæ in Baldo Ital.

SECTIO QUARTA.

UMBELLIFERÆ.

CUMINUM; FOENICULUM; ANETHUM; MEUM; PYRETHRUM; FERULA; THAPSIA; TURPETUM; PEUCEDANUM; Daucus; Paſtinaca tenuifolia; Gingidium; Chærophyllum; Scandix; Caucalis; Apium; Siſon; Sion.

CUMINUM.

Κύμινον Dioſcoridi l. 3. c. 68. Theoph. 7. hiſt. 4. at Plinio l. 19. c. 8. & l. 20. c. 14. & 15. Cuminum.

Genera: Dioſcoridi ſativum eſt, cui Aethiopicum, quod Hippocrates regium vocarit, præfert: ſecundum locum tenet Aegyptium, reliqua ſequuntur. Eſt & ſylveſtre: alterum, capitulis in cacumine rotundis: alterum, quod à ſingulis floribus, cornicula in ſublime erecta promit. Theophraſto genera plura ſunt: quare Plin. l. 20. c. 15. Sativum eſt & ſylveſtre, Aethiopicum & Africanum: at l. 19. c. 8. alterum ſylveſtre ruſticum vocatum, alijs Thebaicum: Aethiopico, Africoq; palma eſt: quidam huic Aegyptium præferunt.

I. Cuminum ſemine longiore.
Cuminum ſativum, Brunf. Trag. Matth. Lac. Cord. hiſt. Lob. Caſt. Lugd.
Cuminum, Tur. Lon. Ad.
Cumin. Officin. Cumini ſyl. 1. genus Dioſ. Cæſ.
Cyminum, Ang. Cord. in Dioſc. (cui & Cyminum Romanum) Tab. ſativum, Cam.
Cuminum Æthiopicum, Carnabadium Caſsi Baſsi & Myrepſij, Guil.

II. Cuminum ſemine rotundiore & minore.
Cuminum dulce Melitenſibus.

Hujus plantam non vidim⁹: at cum Dalechampij in Plin. l. 20. c. 15. notus legiſſemus, ex Melita duplex Cuminum, utpote acre & dulce adferri: & apud Megiſerũ in Melitæ deſcriptione, idem inveniſſemus, ejus nomine ut haberemus laboravimus: quare, utriuſq; ſemen è Melita inſula tranſmiſſum fuit: alterum oblongum, acuminatum, coloris ſordidi, graveolens & ſapore acri, cui Cimonagero, i. e. Cuminum ſyl. inſcriptum erat: quod cum Cymino Æthiopico officinarum convenit. Alterum verò multò minus, Aniſo ſimile, candicãs, guſtus lenioris & ſubdulce, quod nomine Cimonagero dulce, miſſum. Apud Melitenſes copioſè ſeritur, ad panem condiendum & ad mercaturam cum eo exercendam.

III. Cuminum ſylv. capitulis globoſis.
Cuminum ſylv. 1. Matth. Lugd. Caſt.
Cuminum ſylv. Ang. Dod. Ad. Lob. ico. Ger.
Lago chymeni, id eſt, leporis cubile in inſula Lemno, Bellon.
Cymin. ſyl. ſive erraticum, Tab. ſyl. globoſ. Cam.

FOENI-

FOENICULUM.

MAράθρον Dioſcoridi, l.3.c.81. ἀπὸ τοῦ μαραίνεσθαι, à marceſcendo, quod ejus cum inaruerit, ad condienda plurima, multus uſus ſit. Plinio, l.19.c.9. Fœniculum anguibus gratiſſimum, ad condienda plurima cùm inaruit: & l.20.c.23. Fœniculum nobilitavere ſerpentes, guſtatu ſenectam exuendo, oculorumq; aciem ſucco ejus reficiendo. Latinis Fœniculum, quod ſatum magno cum fœnore ſemen reddat: vel potius Græcorum imitatione, quod quaſi fœnum in hyemes arefactum ac marcidum reponatur.

Genera: Dioſcoridi eſt ſativum, ſylveſtre, quod ἱππομάραθρον & duplex eſt: alterum ſemine magno, Cachri ſimile; aliud ſemine Coriandri. Idem Plinius, l.20.c.23.

Recentioribus eſt vulgare ſive ſativum, dulce, rotundum, & erraticum, ſive Hippomarathrum.

I. Fœniculum vulgare Germanicum.
Fœnicul. Brunf. Trag. Fuch. Dod. gal. Tur. Cord. in Dioſc. Tab. commune. Geſ. hor. vulgare, Ger.
Fœnicul. ſyl. cujus ſemen exilius & acrius, Cæſ.
Fœniculum noſtrum vulgare, quibuſdam Hippomarathrum putatum, Cam. hort.

Huic accedit Mediolanenſe, quamvis vulgato Germanico gratius ſit.

Variat foliorum colore: nam commune folijs eſt virentioribus, altera ſubnigricantibus, rubentibus, aliàs non differens: quare Fœniculum 1. & 2. facit Dodonæus.

II. Fœniculum vulgare Italicum ſemine oblongo guſtu acuto.
Fœnicul. Matth. Lac. Caſt. vulgare, cujus ſemen pallidum ſive luteum oblongum, Lugd.
Fœniculum acre, Ang.

III. Fœniculum dulce.
Fœniculum dulce, Matth. Lac. Ang. Geſn. hort. Ad. Caſt. Ger. deſc.
Fœnic. 3. Dod. ſolo ſapore à primo diſtinctum.
Fœnicul. ſive Marath. vulgatius dulce, Ad. Lob.
Fœnicul. hort. ſemine craſſo in rotunditate oblongo, Cæſ. quod anno ſecundo in ſylv. tranſit.
Fœnicul. dulce ſemine majore, guſtu aniſi, Lug.
Fœniculum Romanum cujus ſemen pallidè luteum, Tab. quod tertio anno in comune tranſit.
Fœniculum Italicum fortè hort. veterum, quod etiam in noſtrum tranſit. Cam. ep. Matth.
Fœniculum majus, Eid. hort.

Hoc ſemine eſt vel rotundiore, quod Romanum & Florentinum dicitur: vel in rotunditate oblongo, quod omnium gratiſſimum & dulciſſimum, & Bononia adfertur.

IV. Fœniculum ſemine rotundo minore.
Fœniculum rotundum, Tab. vulgare, Ger. ico.

A vulgato ſapore & odore non differt, ſed humilior eſt, umbella candida, ſemenque vulgari minus & Carui forma.

V. Fœniculum ſylveſtre.
Fœniculum erraticum, Matth. Lac. ſponte virens in agris Narbonenſium, Adv.
an Hippomarathrum, Ang.

VI. Hippomar. Creticum: de quo in Prod.
an Hippomarathrum cujus ſemina magna cachry ſimilia, Hon. Belli ep. 1. ad Cluſ.

VII. Chaa, herba in Japonia, ex cujus pulvere decoctum precioſum parant, & hoſpitib. dignioribus propinant: & olla in qua hujus herbæ decoctio facta, in eo apud ipſos precio, in quo apud nos Adamantes ſunt: Linſcot. par. 2. Ind. Orient. cap. 28.

ANETHUM.

ANηθον Dioſcorid. l.3.c.67. παρὰ τὸ ἀνιθεῖν, quod cito creſcat: Theoph. 1. hiſt. 18. cui 7. hiſt. 4. plura ejus genera, quæ non recenſet. Plinio l.20.c.18. Anethum.

I. Anethum hortenſe.
Anethum, Brunf. Trag. Matthiol. Fuch. Tur. Dodon. Cord. in Dioſcorid. Geſn. hort. Ang. Lac. Ad. Lob. Caſt. Lon. Cæſalp. Lugd. Tab. Cam. Ger.
Abſinthium dulce, Pundect. Monach. in Meſ. Toxites.

II. Anethum ſylveſtre majus.
Aneth. ſyl. grandius ſativo, folijs fœniculi Cæſ.

III. Anethum ſylv. minus: in Prod. deſc.

MEUM.

MΗον ἀθαμαντικὸν ἢ μῆον, Meum Athamant. Dioſc. l.1.c.3. Similiter à Plinio, l.20.c.23. nominatum, Meu, ſcribit, in Italia non niſi à Medicis ſeritur, & ijs admodum paucis. Duo genera ejus (Macedonicum ſcilicet & Hiſpan. non quidem ea duo diverſa genera ſunt: cæterum ijs in locis plurimum gignitur: hæc

addit ex Dioſcoride Dalechampius in notis) nobilius, Athamanticum vocant, illi, tanquam ab Athamante inventum ; hi, quoniam laudatiſſimum in Athamante (monte Phthiotidis Theſſaliæ) reperiatur.

I. Meum folijs anethi.
Daucus Creticus, Trag. Fuch. vel alpinus, Geſ. col. Lob. ico.
Meum, Matth. Ang. Geſn. hort. Lac. (cui & Anethum ſylv.) Dod. Ad. Lob. Caſt. Cæſalp. Lugd. Tab. Cam. Ger.
Libanotidis 1. genus, & Fœniculus porcinus, Dod. gal.
Seſeli Creticum, Fuch. ico. Lon.
Tordylion, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Daucus, Caſt. ico.
Meum vulgare tenuifolium, Cluſ. hiſt.

II. Meum Dauci Cretici facie.
Meum aliud, Lugd.

III. Meum alpinum umbella purpuraſcente.
Muttellina vulgo in alpibus, Caros vel Daucus alpin. videtur, Geſ. hor. & frac. Cam. ep. Matth. an Daucus montanus, Cluſ. pan. & hiſt.

IV. Meum latifolium adulterinum.
Meum ſecundum, Matth. ed. ſecunda.
Meum ſpurium alterum Italicum, Lob. Lugd.
Meum adulterinum, Tab.

PYRETHRVM.

Πύρεθρον Dioſc. l.3. c.86. ab igne nomen habet, ob radicis ejus fervorem igneum. Salivaris Romanis, quod manſa Salivam eliciat. Apud Plin. l.28. c.9. Pyrethri nomen ſolum habetur.

I. Pyrethrum flore bellidis.
Pyrethrum, Brunſ. Trag. Fuch. Tur. Dod. Lac.
Pyrethum Germanicum, Geſn. hort.
Pyreth. alter. Matth. Lugd. Cæſ. Cam. primum, (Tab.
Pyrethrum majus, Lon. verum, Caſt.
Pyrethrum Officinarum, Ad. Lob. Ger. Eyſt.
Pyrethrum Italicum, Geſn. hort. ap.
Pyreth. alterum, Ad. Lob. Caſt. Tab. ſylv. Ger. an Pyrethrum, Cæſ.
Saxifragæ ſpecies, Dod. 8.
Pyrethrum Dioſcoridis 1. Cam.
Umbella variat, quæ alba : at Patavino in horto luteâ, longioribusque folijs, collegimus.

II. Pyrethrum umbelliferum.
Fœniculum montanum, Trag.
Pyrethrum verum, Matth. Lugd.

III. Pyrethrum folijs anethi.
Pyrethrum Geſneri, Lugd.

FERVLA.

Νάρθηξ Dioſc. l.3. c.91. νάρθηξ καὶ ναρθήκιον, Theoph. 6. hiſt. 2. id eſt, Gaza interprete, Ferula & Ferulago. Plin. lib.13. cap.22. Ferula.

Genera duo Ferulæ Plinio: Nartheca Græci vocant, in altitudinem aſſurgentem. Nartheciam verò ſemper humilem: & Ferula ſine dubio eſt Thapſia, ſed ſui generis &c. Et l.20. c.23. Ferula, quæ ab uno caule dividitur in cacumine, fœmina putatur.

I. Ferula fœmina Plinij.
Ferula, Matth. Ang. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Lon. Ad. Lob. Dod. Caſt. Lugd. Tab. (Cam.
Ferula mas, Cæſ.
Libanotis prima Dioſc. ferulacea, Geſn. hort.
Ferula galbanifera, Lob. Lugd. Tab.
Ferula fœmina, Cæſ.
Quibusdam Narthecia Theoph. & Thapſia Dioſcoridis.

II. Ferulago latiore folio.
Ferulago, Geſn. Dod. Cam.

III. Ferulago tenuiore folio.
Narthecium Theoph. Ferulago Gazæ, Lugd.
Ferulago, Tab.

THAPSIA.

Θάψια, quòd in Thapſo, ejus nominis Inſula primum inventa, Dioſc. lib.4. cap.157. quæ tota natura Ferulæ ſimilis: meminere Thapſiæ Theoph. 9. hiſt. 8. & Plin. l.13. c.22.

I. Thapſia maxima latiſſimo folio.
Thapſia 3. Cluſ. hiſp. & hiſt.

II. Thapſia latifolia villoſa.
Thapſia latifolia, Cluſ. hiſp. Tab.
Tapſia 1. Cluſ. hiſt.
Seſeli Peloponenſe majus, Lob. peloponenſe ut putatur, Dod.
Seſeli peloponeſiacum 1. Tab.
Seſeli peloponenſe folio cicutæ, Ad. Lugd.

III. Thapſia folijs libanotidis fœtidiſsima.
Tuero, Cluſ. hiſp.
Thapſia 4. Cluſ. hiſt.

IV. Thapſia fœniculi folio.
Thapſia Dioſc. Ad. Lob. Lugd.

Thapſia

Thapſia 2. vel tenuifolia, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Thapſia anguſtifolia, Tab. tenuifolia, Ger.
V. Thapſia carotæ folio.
Thapſia, Matth. Ang. Lon. Lug. Caſt. Cæſ. cui & Turbit album Meſuei.
Thapſia major, Cord. hiſt.
Thapſia vera & Turbith montis Gargani, Geſ. hort.
Thapſia vulgaris carotæ effigie, Ad. Lob.
An hæc Ferula Sagapenifera.
Huj. radix ſæpè pro Coſto, magno errore venditur, uti ſupra inter Coſti genera oſtenſum fuit.

TVRPETVM.

Turbith vox Arabica eſt, ab Avicenna & alijs uſurpata, quámvis aliqui à turbando deducant, quòd propter magnam violentiam, purgando corpus turbet. Duplex eſt, aliud Arabicum, aliud Indicum: Arabicum, Meſueo 2. ſimpl. eſt radix herbæ, folia Ferulæ minora ferentis & latteo ſucco turgentis: quæ ſanè cauſa, cur alij Pityuſæ, alij Alypi, nonnulli Tripolij Græcorum radicem eſſe voluerint: cujus genera varia Meſueo, domeſticum, ſylveſtre, magnum, parvum, album, nigrum & flavum. Indicum, radice non eſt magna, nec longa, caule hederæ modo per ſolum extenſo, digiti craſſitudine: folijs & floribus Altheæ ſimilibus, cujus tantum caulis pars inferior juxta radicem gummoſa, utilis eſt, Acoſta, Frag. Dodonæo ex Garzia monentibus. Quare hoc ab eo, quo in Officinis vulgo utuntur, longe aliud eſt, monente etiam Cluſio in Garziam. Idcircò inter ſe differre volunt, Turbith Avicennæ, & Turbedh aut Tarbadh.

I. Turpetum Arabum, ſeu Turbit Officin.
Turbit Meſuæi, Matth.
Turbitum ſive Turbit Arabum, Cord. hiſt.
Turbith Alexandrinum, Ad. Lob. ico. Ger. Caſt.
Tripolium Dioſc. ſi Serapioni credimus, nil aliud eſt quam Turbith, Cord. in Dioſc.
Turpetum Meſues, tithymalli myrſinitis radix, Braſ. at Fuch. Thapſiæ radix.
Turbith. Off. & Hiſpaniæ officinæ, Thapſiæ radice pro Turpeto legitimo utuntur, & multis per Europam locis, Scammoneæ radicem concisam pro Turpeto legitimo oſtendunt, Cluſ. in Garz.
Turpetum, Tab.
Addit Fragoſus Turbit aliud genus, à paucis annis in Officinis uſitatum, quo vocitent de la Tierra, quod quarundam arundinum radicem eſſe dicant.
II. Turpetum repens folijs Altheæ, vel Ind.
Turbith Garziæ, Acoſtæ, Trag. Dod.
III. Pſeudoturpetum Garganicum.
Turpetum, quod potius Pſeudoturpetum dixeris, ex Gargano Apuliæ monte duplex, unum de Thapſiæ, alterum de Pityuſæ radicibus, impoſtores concinnant, Garz.
Turbith ex Apulia, turbith non eſt, ſed ex lactarijs, & ſecundum aliquos Thapſia, Acoſtæ.

PEVCEDANVM.

Πευκέδανον Dioſcorid. l. 3. c. 92. Theoph. 9. hiſt. 14. etſi ſint qui velint, nomen ab amaritudine ſortitum eſſe, tamen à πεύκῃ, quæ Lat. Pinus, dictum videtur, cùm hujus folia cum Pini folijs ſimilitudinem quandam habeant: unde & Pinaſtellum aliquibus nominatur. Peucedanum Plin. lib. 25. c. 9.

I. Peucedanum majus Italicum.
Peucedanum, Matth. Ang. Lac. Lugd. Cæſ. Caſt. & hiſt. Geſn. hort. Tur. Ad. Lob. (cui & Fœniculum porcinum) Lon. deſc. Lugd. Ger. Tab. cui & cauda porcina.
Peucedanum Italicum, Tab.
Peucedanum majus Italicum, Lobel. Lugd. majus, Ger.
Peucedanum folijs longioribus, Dod.
II. Peucedanum Germanicum.
Peucedanum, Trag. Fuch. Dod. Cord. in Dioſc.
III. Peucedanum minus.
Saxifraga 3. Matth. Lugd. Caſt.
Saxifragum, Lac.
Peucedani facie puſilla planta, Lob. ico.
Peucedanum Pannonicum, Cluſ. pan. & hiſt.

DAVCVS.

Δαῦκος Dioſc. lib. 3. cap. 83. Daucus, Daucum, & Daucium Latinis.

Genera tria Dioſc. primum Creticum folijs fœniculi: alterum apio ſylveſtri ſimile: tertium folijs Coriandri. Diocles verò, l. 3. de ſalub. quartum addidit nempe Staphylinum. Plin. l. 25. c. 9. ait. Dauci genera quatuor, Petronius Diodotus fecit, cùm ſint differentiæ duæ: probatiſſimum in Creta fœniculi ſimilitudine: alterum

folijs Coriandri: ſi tertium genus facere libeat, eſt ſimile Staphylino, quod Paſtinacam erraticam appellant. Idem, lib.19. cap.5. Paſtinacæ quartum genus, quam noſtri Gallicam vocant, Græci verò Daucon, cujus genera etiam quatuor fecere. De Dauco Theophraſti capite ſequenti.

I. Daucus folijs fœniculi tenuiſsimis.
Daucus 1. Matth. Lugd.
Daucus, Lac.
Daucus Cretenſis verus Dioſ. Ad. Lob.ico.Ger.
Daucus Creticus, Caſt. deſc. Geſn.Tab.

II. Daucus alpinus multifido longoque folio, ſive montanus umbella candida.
Daucus Creticus, Geſn. hort. Cam. ep. Matth. & hort. Cluſ. pan.
Daucum montanum, Cæſ.

Variat aliquantum: nam qui in Baldo, folijs eſt brevioribus compactioribus: qui verò in Helvetiorum alpib. & monte Waſſerfall/ longioribus & rarioribus: & hujus Geſn. in ap. meminit, quem cum eo in Baldo eundem, aut certè ſimilem, & earundem virium ſcribit.

III. Daucus mont. multifido breviq; folio.
Saxifraga Pannonica, Cluſ. pan. & hiſt.

IV. Daucus montan. multifido folio Selini ſemine.
Selinum mont. pumilum, Cluſ. pan. & hiſt.
Oreoſelinum, Tab. ico. Ger. tertium, Tab. fol.

V. Daucus mont. apij folio major.
Daucus 2. Trag. (cui & Seſeli 2.) Matth. Lugd.
Dauci 3. genus, Fuch.
Libanotidis alterum genus, Dod. gal. Lugd.
Libanotis nigra Dodonæi, Geſn. hort.
Seſeli peloponenſe, Fuch. ico. Geſn. hort. Cam.
Elaphoboſcum nigrum, Lob.
Saxifragia Venetorum, Ad.
Daucus Selinoides 2. Ad. Lob.
Seſeli pannonicum 2. Cluſ. pan. ico. 2. montanum, Eid. hiſt. ico.
Libanotis nigra, communiter Cervaria nigra, Thal.
Libanotis Theoph. nigra, Tab. Ger.

Varietas: 1. eſt folijs pallidè virentibus & ſplendentibus. 2. folijs latioribus, forte ob culturam, quam Pſeudo-coſtum Cortuſus nominabat. 3. folijs minus diviſis, ſupina parte dilutius virentibus & aliquantulum ſplendentib. prona ſubcinereis, quam Cervariæ nigræ nomine, Lipſiâ D. Jungermannus miſit.

VI. Daucus mont. apij folio minor.
Apium mont. & Oreoſelinum nigrum, Geſ. hor.
Dauci ſecundi Selinoidis varietas, ſive Selinoides Cordi, Lob. obſ.
an Daucus Selinoides latifolius, Cord.
an Apium ſylvaticum, Thal.

VII. Daucus mont. apij folio albicans.
Seli 2. mont. pannonicum, Cluſ. hiſt. deſc.
Seſeli peloponenſis Jenenſium nomine, D. Jungermannus miſit.

VIII. Daucus mont. apij folio flore luteo: qui 1. in Prodromo.

IX. Daucus prat. apij folio: qui 2. in Prod.

X. Daucus campeſtris apij folio.
Dauci 2. genus Dalechampij, Lugd.
An fortè Pimpinella Saxifraga.

XI. Daucus petroſelini vel coriandri folio.
Bunium Dalechampij, Lugd.

XII. Daucus Cret. nodoſus umbella lutea.
Daucus 3. Cret. Belli, Ponæ & ep. 1. ad Cluſ.

XIII. Daucus pratenſis millefolij paluſtris folio.
Daucus prat. Dalechampij, Lugd.

Hic folijs & umbellâ, quæ tamen alba eſt, cum Millefolio aquatico Matthioli convenit, folijs tamen inferioribus, Coriandro ſimilibus, exceptis.

PASTINACA.

Σταφυλῖνος Dioſc. l. 3. c. 59. fortè à colore uvæ nigricantis, cujus coloris, unius radix eſt: qui ſylveſtris, in cujus umbellæ candidæ medio, exiguum quid coloris purpurei, cernitur: & etiam ſativi meminit. Δαῦκος Theophraſto (Paſtinacam Gaza vertit) 9. hiſt. 15. cui Daucus ſpecie Lauri, colore croci apud Archades naſcitur: & in Patrenſi agro præſtantior cæteris: huic vis calefactoria eſt, radix nigra: & c. 22. Daucum agro Spartenſi Achajæ laudatiſsimam referunt: naturâ calefactoriam, radice nigram.

Paſtinacæ (quæ à paſcendo dicta videtur, cum corpus alat) nomine, Latinis quatuor plantas ſignificari, Plin. l. 19. c. 5. oſtendit; Paſtinacæ, inquit, unum genus agreſte, ſponte proveniens Staphylinus Græcè dicitur: alterum ſeritur radice, vel ſemine: eſt & quartum genus in eadem ſimilitudine Paſtinacæ, quam noſtri Gallicam vocant, Græci verò Daucon: at l. 20. c. 5. Staphylinus, paſtinacam erraticam appellant.

Duplex

Duplex eſt Paſtinaca; tenuifolia & latifolia: de tenuifolia tam ſativa, quàm ſylveſtri nunc: de latifolia, ſectione quinta.

I. Paſtinaca tenuifolia ſyl. Dioſcoridis, vel Daucus Officinarum.
Daucus agreſtis, Gal. de alim.
Paſtinaca erratica, Plinio, Fuch. Cord. in Dioſcorid. Tab.
Staphylinus ſylv. Trag. Dod. gal. Cæſ.
Paſtinaca ſylv. Matth. Lac. Lon. Caſt. Lugd. ſyl. tenuifolia, Dod. Ger.
Daucum Officin. uſitatius, Ad.
Paſtinaca ſylv. genuina Dioſc. Lob.
Paſtinaca 2. Tur. 4. Plinij, Cam.
Dauci 3. genus, Dod. gal. Thal.
Daucus vulgaris, Cluſ. hiſt.

Differt magnitudine & parvitate: ſic & ratione umbellæ, in cujus medio aliquando macula purpurea, ſubnigráve, aliquando crocea: folijs etiam, aliquantum latioribus, in altera multò tenuioribus: quare Thalius illam, Daucum 3. Dodonæi, hanc verò Daucum 3. tenuifolium nominat.

II. Paſtinaca tenuifolia ſyl. umbella majore.
Paſtinaca ſylv. daucoides Apula, Col.

Umbella eſt majore, obſcure purpuraſcente, quæ non in totum, ut in priore, conglobatur.

III. Paſtinaca ſylv. hirſuta echinato fructu.
an Daucus anguloſus, Cordi hiſt.
Daucus λασιόκαυλος. id eſt, hirſuto caule, Thal.

IV. Paſtinaca ſyl. anguſtifol. fructu echinato.
Paſtinaca echinophora Apula, Colum.

Hanc ad D. Columna accepimus.

V. Paſtin. tenuif. ſativa radice lutea, vel alba.
Staphylin. ſativus & Daucus domeſticus, Gal.
Staphylinus 1. & 2. Trag. luteus, Dod. gal.
Siſer, Lac. alterum, Matth. Tab.
Carota crocea malè Siſer, Guil.
Paſtinaca ſativa 1. Fuch. ſativa flava, Lon.
Paſtinaca ſativa 1. & 2. Tab.
Paſtinaca radicibus luteis, vel albis, Geſ. hor.
Paſtinaca ſativa Dioſc. Lob. Cord. in Dioſc.
Paſtinaca tenuifolia ſativa, Dod. Ger.
Carotta vulgaris radice flava, Ad.
Carota radice buxei coloris, Cæſ. ex albo flaveſcens, Caſt. noſtra lutea, Cam.
Paſtinaca 3. Daucus Staphylinus altilis & hortenſis, vulgo Carotta, Cam. hor.

Variat ſolùm radicis colore, quæ vel alba, vel pallidè lutea, vel lutea eſt.

VI. Paſtinaca tenuifolia ſativa, radice atrorubente.
Staphylinus ſativus Dioſcoridi.
Daucus radice nigra, Theophraſti.
Paſtinaca ſativa, Plinij.
Staphylinus 3. Trag. niger, Dod. gal.
Carota, Matth. altera, Lugd. radice ſanguinei coloris, Cæſ. radice rubra, Caſt.
Paſtinaca ſativa altera, Fuch. prima, Tur. ſativa rubens, Dod. Tab. atrorubens, Lob.
Daucus niger Theoph. Carotta vulgaris, Ad.
Paſtinaca radicibus purpureis, Geſ. hor.
Been rubrum & album, an Daucus ſativus & ſylv. Galeni, Ang.
Carota Italis radice rubra & alba, Been rubri & albi ἀντιδιαλλόμενα eſſe volunt aliqui, non malè, Camer.

GINGIDIUM.

Γιγγίδιον, Dioſcorides lib. 2. cap. 167. herbam ſylveſtri Staphylino ſimilem dicit: & Plin. lib. 20. cap. 5. Gingidium ſimillimum Staphylino.

I. Gingidium folio fœniculi.
Gingidium Dioſcoridis, Ravv. Lugd. ap.
Gingidium Syriacum, Cam.
Dauci genus tertium, Fuch. ico.
Cumini ſativi alterum genus, Cæſ.
Gingidium alterum, Dod. tertium, Tab.
Gingidium Hiſpanicum, Ger.

II. Gingidium umbella oblonga.
Seſeli, Trag. ico.
Viſnaga, Matth. Ad. Lob. Lugd. Caſt. & Paſtin. ſylv. major.
Gingidium, Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt. Dod. gal. Cluſ. hiſt. cui & Biſnaga.
Seſeli Maſſilienſe, Fuch. Dod. gal. ico.

III. Gingidium folijs Chærefolij.
Gingidium, Matth. Lugd. Caſt. primum, Tab.

IV. Gingidium folijs Paſtinacæ latifoliæ.
Gingidium folijs Dauci, æ Syriacum, Lob. Lugd.
Gingidium primum, Dod. ſecundum, Tab. (& latifolium) Ger.

CHÆRO-

CHÆROPHYLLUM.

CHærophyllum Columella habet: an Plinij l.19. c.8. ſit Cærephyllum, quod Pæderota Græci vocitent, propter brevitatem aſſerere non licet: & potius ejuſdem Anthriſcus, lib. & cap. 22. fortè Theophr. 7. hiſt. 7. σίθαισιὸν, Enthuſicum Gaza vertit. Ὀρεοσέλινον Dioſcoridis quibuſdam videtur.

I. Chærophyllum ſativum.
Cherefolium, Brunf. Dod. ſativum, Trag.
Cerefolium, Matth. Caſt. Lugd. vulgare, Ger.
Cerefolium, Ang. Dod. gal. Geſ. hort. Lon. Ad. Lob. (cui Gingidij ſpecies) Cæſ. Cam. Tab.
Oreoſelinum, Ang. & Cæſ. putant.
Gingidium, Fuch. Tur. Lac.

II. Chærophyllum ſylveſtre.]
Dauci ſylv. genus, Geſ. ap.
Daucus ſepiarius, Geſ. col.
Anthriſcus Plinij, Lugd.
Cerefolium ſylv. Tab. Apium ſylv. Ger. ico.

III. Cærophyllo nonnihil ſimilis.
Perchepier (i.e. Saxifraga) Anglorum, Ad. Lob.
Scandix minor, Tab. (Lugd.
Alchimilla montana minima, Col.

SCANDIX.

ΣΚάνδιξ Dioſcoridi lib. 2. cap. 168. ſylveſtre olus eſt, quod Gingidio ſubjungit: Theophraſt. 7. hiſt. 8. Plinio lib. & cap. 22.

I. Scandix umbella ex apicibus coagmentata.
Scandix, Lugd.

II. Scandix ſemine roſtrato vulgaris.
Pecten Veneris, Matth. Ang. Geſ. hor. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Cam. Ger.
Scand. Dod. Lac. Cord. in Dioſ. Geſ. h. Cæſ. Tab.
Pecten Veneris, ἀγελονκαύτζικα vulgo dicitur, Hon. Belli ep. 1. ad Cluſ.

III. Scandix Cretica major: quæ 4. in Phytopin. prima in Prod.

IV. Scandix Cretica minor: quæ 3. & 5. in Phytopin. at. 2. in Prod.
Anthriſcus Plinij, Cluſ. hiſt.
Antriſcus vulgo τζιλιμονίδια, quod vulvæ purgamentum ſignificat, cum Venerem excitet, Hon. Belli ep. 1. ad Cluſ.
an Scandix legitima quæ καύτζικα ἢ σκανδινὶ quæ comeditur, Eid. l. 1.
Aniſomarathrum Apulum, Colum. & Cluſ. hiſtor. ap. alt.
an Apium ſylv. Dalech. Lugd.
Duplex eſt odora & inodora.

CAUCALIS.

ΚΑυκαλὶς apud Dioſcorid. lib. 2. c. 169. Scandicem ſequitur, quam aliqui Daucum ſylv. nominent. Plin. lib. 21. c. 15. ſecutus Dioſcoridem, inter Olera recenſuit.

I. Caucalis maxima Sphondilij aculeato ſemine.
Caucalis major, Cluſ. hiſt.

II. Caucalis lato apij folio.
Caucalis, Matth. Lac. Caſt. Lugd.
an Caucalis, Cord. in Dioſc.
Daucoides majus, Cord. hiſt. Thal.
Caucalis vulgatior, Ad.
Caucalis flore rubro folio latiore, Lob.
Caucalis rubello flore, Cluſ. hiſt.
Gingidium, Cæſ.

III. Caucalis arvenſis echinata latifolia.
Echinophora major platyphyllos purpurea, Colum.
an Caucalis ſaturè rubente flore, Cluſ. hiſt.

IV. Caucalis arvenſis echinata magno flore.
Lappa agreſtis, Trag.
Lappula canaria Plinij, Ang.
Caucal. Dod. (& Daucus ſyl.) Geſ. hor. Tab. Ey.
Caucalis alia vulgaris, Lugd.
Caucalis albis flor. vulgaris, Lob. Ger. albo flore proximè ad Dioſcoridis accedens, Cluſ. hiſt.
Caucalis coronata umbella, Cam.
Tribulus ſylv. & Lappa campeſtris, Lon.
Myrrhis lappa Dalechampij, Lugd.
Dauci genus arvenſe, Geſ. cat.
Daucus ἀκανθόκαρπος ſeu ἐχινόκαρπος, ſive ξανθιόκαρπος minor, Thal.
Echinophora πυκνόκαρπος, an Gingidium Dioſcor. Col.

V. Caucalis arvenſis echinata parvo flore & fructu.
Caucalis flore minuto, Cam.
an Echinophora 3. leptophyllon purpurea, Col.

VI. Cau-

VI. Caucalis Monſpeliaca echinato magno fructu.
Lappa boaria Plinij, Lugd.
Caucalis ſecunda, Tab.
Daucus ἐχινόκαρπος, aut ξανθιόκαρπος major, Thal.
Echinophora alt. aſperior πλατύκαρπος, Col.
VII. Caucalis ſemine aſpero floſculis rubentibus.
Daucoides minor, Cord. hiſt. Thal.
VIII. Caucalis nodoſo echinato ſemine: quod 7. in Phytopin. at. 1. in Prod. & in Matth. noſtro depictum.
Scandix, Colum.
IX. Caucalis peregrina ſemine rugoſo.
Caucalis Hiſpanica, Cam. Cluſ. hiſt.
Gingidio congener, Cæſ.
X. Caucalis tenuifolia montana: quæ 2. in Prodr.
XI. Caucalis pumila maritima.
Caucalis pumila, Cluſ. cur. poſt.
XII. Caucalis folio peucedani.
Caucalis, Anguil. Ad. Lob. tertia, Tab.
Caucalis Anglica, Eid.
Caucalis Penæ, Lugd.

APIUM.

Σέλινον Dioſcorides l. 3. capitibus ſex 74. & ſeq. propoſuit; hortenſe, ἐλαιοσέλινον, in humidis: ὀρεοσέλινον in montoſis: πετροσέλινον in Macedonia: ἱπποσέλινον: tandem σμύρνιον in Cilicia proveniens. Theophr. 1. hiſt. 4. de Selino egit, cujus plura eſſe genera 6. cauſ. 22. ſcribit: hæc 7. hiſt. 4. inter ſe cùm folijs, tùm caulibus differunt: aliud enim folio ſpiſſo, criſpo, denſoq́ue: aliud rariore, latioreq́ue, cauleq́ue majore: horum iterum aliud candidi caulis, aliud purpurei, aut verſicoloris. Plinius lib. 20. cap. 11. de Apio, Hippoſelino, Eleoſelino, & Oreoſelino: & cap. ſeq. de petroſelino & buſelino egit.

I. Apium hortenſe, ſeu Petroſelinum vulgo.
Selinon ſeu Apium, Theoph. & Dioſc. Apium mas, Plinij.
Petroſelinum, Brunf. Trag. Cord. in Dioſcor. Anguil.
Petroſelinum vulgare ſeu ſativum, Lon.
Petroſelinum ſylv. Fuch. ico. vulgo Apium veterum, Geſ. hort.
Oreoſelinum, Fuch.
Apium hortenſe, Matth. Lac. Dod. Ad. Lobel. Caſtor. Ger. (hor.
Apium commune, non rectè Petroſelinum, Geſ.
Petroſelinon vulgi, petroſelinum verum priſcorum, Guil.
Apium domeſticum, Cæſ. ſativum, Tab.
Apium ſativum vulgare ſive Petroſelinum, Col.
II. Apium vel Petroſelinum criſpum.
Petroſelinum criſpum, Cam.
Apium hortenſ. criſpatum, Ad. Lugd.
Apium criſpum vel multifolium, Tab. Ger.
Apium ſativum Sardum, Col.
III. Petroſelinum Creticum.
Agriopaſtinaca vulgo in Creta, Belli ep. 5.
Duplex eſt, colore corticis radicum tantum differens: nam unius rufus, alterius niger conſpicitur.
Buſelinon fortè Plinij l. 20. c. 12.
IV. Apium hortenſe latifolium.
an Apium verum, Ang.
an Apium ſativum Anglicanum, Col.
Hoc in Phytopinace, Matth. & Prodr. deſcripſimus.
V. Apium montanum folio tenuiore.
Petroſelinum Dalechampij, Lugd.
an Petroſelini ſuccedaneum, quod in Apulia Anethum ſylv. dicitur, Col.
VI. Apium montanum folio ampliore.
Oreoſelinum ſive Veelgutta, id eſt, multibona, Dodon.
Oreoſelinum, Ad. Lobel. (ſive Petroſelinum) Cluſ. hiſt. Ger.
Oreoſelinum primum, Tab.
Apium montanum, Caſt. Lugd.
Variat ratione loci, nam folijs tenuius diviſis, in noſtris pratis udis Michelfeldæ reperitur.
VII. Apium ſylv. lacteo ſucco turgens.
Apium ſylv. Dod. Lugd.
Daucus paluſtris, Geſn. hort.
Olſenichium, Cord. hiſt. Thal.
Thyſſelinum Plinij, Lob.
VIII. Apium montanum nigrum.
Oreoſelinum Pariſienſium, Lugd.
IX. Apium peregrinum folijs ſubrotundis.
Selinum peregrinum 1. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Saxifraga tertium, Cæſ.
Daucus tertium Dioſc. 2. Plinij, Col.
X. Apium peregrinum cicutæ folio.
Selinum peregrinum 2. Cluſ. hiſp. & hiſt.

Oreo-

Oreoſelinum aliud, Lugd.

XI. Apium paluſtre, & Apium Officinarum.
Apium, Brunſ. Fuch. Lon. vulgare, Trag.
Apium paluſtre, Matth. Fuch. ico. Geſ. hor. Lac. Caſt. Lugd.
Apium ſativum & paluſtre, ſola cultura differens, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Eleoſelinum, Tur. Dod. Lob. Ger. ſpontan. Col.
Paludapium, Ad. Tab.
Apij aliud genus, Cæſ.

XII. Apium Macedonicum.
Petroſelinum Macedonicum, Matth. Ad. Lob. Dod. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Apij alterum genus peregrinum, Cæſ.
Daucus ſecundus Dioſcoridis, Col.

XIII. Hippoſelinum Theophr. vel Smyrnium, Dioſcor.
Petroſelinum Alexandr. Trag. Macedonicum verum, Ger.
Smyrnium, Matth. Cord. in Dioſ. Geſ. hor. Caſt. Lugd. Cam. Col. qui Dioſcoridis vult.
Hipposelinum, Ang. Dod. Fuch. Lac. Cord. hiſt. Geſ. hor. Ad. (ſive Oluſatrum) Lob. Tab.
Alexander, Tur.
Oluſatrum, Cord. in Dioſc. Geſ. hort. (quibuſdam Petroſelinum Macedonicum) Lon. Cæſ. & Macerone vulgi.

XIV. Smyrnium peregrinum rotundo folio.
Smyrnium Creticum, Matth. Caſt. Lugdun. Camer. Ger.
Smyrnium Creticum putatum, Col. cui Hippoſelinum aliud Dioſc.
Smyrnium, Dod. gal. Ad. Lob. Tab. verum, Geſ. hort. Lugd.
Smyrnium Amani montis, Dod.
Oluſatri alterum genus peregrinum, Cæſ.
Perfoliata altera, Lugd.

XV. Smyrnium peregrinum folio oblongo: hoc in Prodromo deſcripſimus.
Pingit Columna ſub titulo an Hippoſelinon.

S I S O N.

Σίσων Dioſcoridi lib. 3. cap. 64.

Siſon, quod Amomum Officinis noſtris.
Amomum Germanicum, Trag.
Amomum Officin. falsò dictum, Geſ. hort.
Siſon, Ang. Tur. Geſ. hort. Lugd. Tab. Cam.
Sinon ſive Siſon, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Petroſelinum Macedonicum, Fuchſij, Dodon. Lon.
Ammi parvum, Geſ. hort.

S I O N.

Σίον Dioſc. lib. 2. cap. 154. ἀπὸ τῦ σείειν, quod in aquis vacillando, ab aquis præterlabentibus ſuccutiatur: vel potius ab excutiendis calculis. Plinio l. & c. 22. Sion fortè ejuſdem l. 26. c. 8. Laver.

I. Sion ſive Apium paluſtre folijs oblongis.
Sion odoratum, Trag.
Sium, Cord. hiſt. Geſ. hort. Dod. primum minus, Taber.
Sium verum, Matth. Thal. Lugd. cui & Sium Cratevæ majus.
Sij primum genus quod Laver, Fuch.
Laver, Dod. gal. Tur.
Apium paluſtre, Fuch. ico. Geſ. col. Lon. Lugd.
Silaum Plinij, Ang.
Sium ſive Laver Dioſ. Oluſatri folio, ſive aquatica paſtinaca, Ad. Lob.
Creſcione vulgo, Cæſ.

II. Sium latifolium.
Sium majus latifolium vel 3. & Sium medium, vel 2. Taber.
Sium majus, Ger.

III. Sium erucæ folio.
Sium alterum, Dod. Oluſatri facie, Lob.
Sium alterum erucæ folio, Lugd.
Sium majus anguſtifolium, Tab.
Cicuta maxima quorundam, Eyſt.
an Creſcionis alterum genus, Cæſ.

SECTIO

SECTIO QUINTA.

PASTINACA LATIFOLIA; SISARUM; ANGELICA; IMPERATORIA; LASERPITIUM; PANAX; SPONDYLIUM; LIBANOTIS; CARVI; CORIANDRUM; ANISUM; AMMI; PIMpinella; Myrrhis; Cicuta & Cicutaria; Seſeli; Liguſticum; Bulbocaſtanum; Oenanthe & Filipendula; Pedicularis ſeu Fiſtularia, & Barba Capræ.

PASTINACA LATIFOLIA.

Ἐλαφόβοσκον Dioſcoridi, lib.3. cap.80. & Plinio, lib. & cap. 22. id eſt, pabulum cervi, hoc enim pabulo cervos ſerpentibus reſiſtere fama eſt, Dioſc. & Plinio auctoribus.

I. Paſtinaca ſativa latifolia.
Paſtin. ſativa, Trag. Lac. ico. Lug. Geſ. hor. Cam.
Paſtinaca vulgaris, Dod. gal. Cæſ.
Paſtinaca domeſtica, Matth. Ang. Caſt. Ad. Lob.
Paſtinaca latifolia ſativa Dod. latifolia ſyl. Ger.
Siſarum ſativum magnum, Fuch. Tur.
Siſer Dioſcoridis, Col.
Elaphoboſum ſativum, Tab.
II. Paſtinaca ſylv. latifolia.
Paſtinaca, Brunf. ſylv. Trag. Ang. Cord. Geſn. hort. Thal. Cam. ſpontè nata, Cæſ.
Siſer ſylv. Fuch. Tur.
Elaphoboſum, Matth. Dod. gal. Caſt. ſyl. Lac.
Baucia, Paſtinaca ſyl. Arabum, an Elaphob. Ad.
Elaphoſum erraticum, Tab.
Paſtinaca ſylv. gallica, Cord. in Dioſc.
Paſtinaca latifolia ſylv. Dod.
Spondylium, Ger.

SISARUM.

Σίσαρον Dioſc. l.2.c.139. vulgo cognitum, cujus radix elixa, ori grata eſt. Siſer Plinio, l.19.c.5. quod olim in Germania cibi cauſa ſerebatur, quare eam quotannis à Germanis Tib. Cæſar, Plinio ſcribente, flagitavit.

I. Siſarum Germanorum.
Siſer, Brunf. Matth. Cord. in Dioſ. Geſ. hor. Lon. (Cam.
Siſer alterum, Lac.
Siſer ſativum, Fuch. minus, Tur.
Siſarum, Trag. (& Rapunculus hortenſis) Dod. Ang. Ad. Lob. Tab. Ger. majus, Lugd.
Siſer Germanicum, Cæſalp. cui Elaphoboſum Dioſc. & Plinij.
Elaphoboſum Dioſcoridis, Col.
II. Siſarum Syriacum.
Secacul Arabum & Maurorum ſive Paſtinaca Syriaca, Rauvv. Lugd. ap.

ANGELICA.

Angelica, quam aliqui ad Smyrnium, alij ad Laſerp. ſive Silphium Cyrenaicum referunt: etiam S. Spiritus radix dicitur, vel à radicis ſuaviſſimo odore, vel à facultate ſingulari, qua contra venena valet.

I. Angelica ſativa.
Angelica, Brunf. Ang. Geſn. hort. Lac. Ad. Lob. Caſt. Tab.
Angelica major, Dod.
Angelica ſativa, Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. Lon. Lugd. Cæſ. Ger.
Angelica odorata, Geſn. col. Cam.
Smyrnium, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Laſerpitium, Lac.
Variat radice; noſtra enim craſſior, Bohemica minor & nigricans: illa citius, hæc tardius corrumpitur.
Huc referenda eſt Angelica Scandiacæ, ſive Archangelica Tabernæmontani, quæ umbella eſt flava, ſemine rotundiore, & ex Norvegia ac Pomerania adfertur.
II. Angelica ſylveſtris major.
Angelica ſylv. Trag. Matth. Fuch. Dod. Lon. Ad. Lob. Lugd. Thal. Cam. Tab. Ger.
In locis humidioribus, folijs eſt tenuioribus.
III. Angelica ſyl. minor ſive erratica.
Pycnocomos, Brunf.
Angelicæ vitium (& Oſteritium ſylv.) Trag. Lon. Herba Gerardi, Dod. Ger.

Elaphoboſco ſimilis, Cord. in Dioſ.
Corchorus quibuſdam, Geſn. hort.
Podagraria, Ad. Lob. Caſt.
Angelica erratica, Thal. ſylv. communis, Cam.
Ægopodium, Tab.
Foliorum inciſuris mirè variat.
IV. Angelica ſylveſt. hirſuta inodora: in Prodr. deſcripta.
Herba Podagrariæ cognata, Franco.

V. Angelica ſylv. montana.
Archangelica, Cluſ. pan.
Angelica, Cæſ. Huc etiam referenda
Angelica minor montana, Tab.
VI. Angelica aquatica.
Archangelica, Lob. Dod. Cluſ. pan. & hiſt. Caſt. Lugd. Cam.
Angelica aquatica, Geſn. hort. & col.
Angelica altera, Cæſ.

IMPERATORIA.

Imperatoria, quæ ob raras & præſtantes facultates, ſic nominata fuit, inter Laſerpitium & Panacem media videtur.

I. Imperatoria major.
Aſtrantia, Brunſ. Geſ. hor. & col. Dod. Cluſ. hiſt.
Smyrnion hortenſe, Trag. Geſn. hort.
Laſerpitium Germanicum, Fuch.
Laſer ſive Laſerpitium, Tur.
Struthion, Cord. hiſt.
Oſtrutium, Dod. gal. Lon.

Imperatoria, Matth. Geſn. hort. & fra. Lac. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Liguſticum, Ang.
Herba rena vulgi, Cæſ.
Magiſtrantia, Cam.
II. Imperatoria minor.
Imperatoria vel Aſtrantia alpina, Cam. ep.

LASERPITIVM.

Laſerpitium, σίλφιον Dioſcoridi, lib. 3. cap. 94. cujus caulis ferulaceus μάσπετον appellatur; folia ſunt apio ſimilia, ſemen verò latum: ex cujus caulibus & radice inciſis, ὀπὸς, i. e. ſuccus colligitur: quibuſdam caulis σίλφιον: radix, μαγύδαρις, & folium μάσπετα dicuntur: ſic Theoph. 6. hiſt. 3. Silphium cujus folium maſpetum vocant: Et Plin. lib. 19. cap. 3. Laſerpotium, quod Græci Silphion vocant, in Cyrenaica provincia repertum, cujus ſuccum Laſer vocant: Avicennæ planta Laſerifera Altiht dicitur, interpretum aliqui Aſam reddunt, fortè voce ex Laſer corrupta.

I. Laſerpitium veterum.
Silphion, Dioſcoridis & Theophraſti.
Laſerpitium, Plinio.
Altiht Avic. Aſa quibuſdam.

II. Laſerpitium Gallicum.
Laſerpitium, Ad. Lob. (ſive Silphium) Lugd.
Laſerpitium Maſſilioticum, Tab.

PANAX.

Πάναξ, quaſi πᾶσιν ἄκος, omnibus remedium adferens, cujus Theoph. 9. hiſt. 10. genera quatuor: 1. Syriacum: 2. Chironium: 3. Aeſculapicum: 4. Herculanum: Chironium, folio rumici ſimili: Aeſculapium, folio Thapſiæ: Herculanum, folio magno & amplo, ut quoquoverſus tres palmos perficiat. Dioſcoridi, lib. 3. cap. 55. 56. 57. tria genera ſunt: πάνακες ἡράκλειον, ex quo Opopanax colligitur, folijs ficulneis, quinquepartitis: πάνακες ἀσκληπιεῖον, folijs fœniculi: πάνακες χειρώνιον, folio amaraci.

I. Panax Paſtinacæ folio, an Syriac. Theoph.
Sagapenum exiſtimatum, Geſn. hort.
Panaces peregrinum, Dod.
Panax altera recentiorum Oluſatri aut Paſtinacæ folio, Ad. Lob.
Panax Chironium, Lugd. Herculeum 2. Tab.
Panax herculeum majus, Ger.
an Panacis heraclei alterum genus, Cæſ.
Σαγάπηνον Sagapenum & Serapinum in Officinis, an hujus fortè lachryma, cum ſit plantæ ferulaceæ in Media provenientis, medio inter ſuccum Silphij & Galbanum colore, Dioſcor. lib. 3. cap. 95.

II. Panax coſtinum.
Flos trinitatis major violaceus, &
Flos trinitatis pallidus major, Eyſt.
VI. Viola bicolor arvenſis.
Herba Trinitatis ſylv. Trag.
Jacea altera, Matth.
Jacea minor, Caſt.
Violæ nigræ ſimilis arvenſis minor, Geſ. hor.
Viola ſylveſtris, Lob. ico.
Viola flammea minor, Lugd.
Viola trinitatis minor petræa, Tab.
Viola tricolor petræa, Ger.

Hactenus trium colorum non obſervavimus, ſed candido & luteo, cæruleo & luteo, cæruleo & candido: aliquando tamen vel totus luteus, vel totus albus occurrit: Alia eſt valde parva, Auguſto florens.
VII. Viola montana lutea grandiflora: & Camer.
Violæ nigræ perſimilis mont. lutea, Geſ. hor.
Violæ mont. 3. aliud genus, Cluſ. pan. & hiſt.
Viola flammea lutea, Lugd.
Viola Martia arboreſcens lutea, Tab.
Viola flamea major pallido colore mixta, Eyſt.
Flore eſt luteo, ſed magna ex parte lineis purpureis intermiſtis: aliquando ſine lituris: rarius flore albo reperitur.
VIII. Viola montana lutea folijs non crenatis.
Viola ſylv. longifolia, Tab.
Viola martia lutea, Ger. deſc.

LEUCOIUM NON BULBOSUM.

Λευκόϊον Dioſcoridi l. 3. c. 138. id eſt, Viola alba, non ratione florum, ſed potius à canitie cinericeóve foliorum colore: quámvis differentiam in floribus oſtendat, ſiquidem aut cærulei, aut albi, aut purpurei, aut lutei reperiantur. Plin. l. 21. c. 6. Violas luteas & albas agnoſcit.

Leucoium incano folio hortenſe.
I. Leucoium incanum majus.
Viola candida, Trag.
Leucoium album, Matt. Lob. ob. Lug. Tab. Ger.
Leucoion, Dod. gal. Geſ. hor. Ad.
Viola matronalis alba, Fuch. Tur.
Viola domeſtica, Ang.
Leucoium candidum majus, Dod.
Viola alba, Lob. ico.
Viola alba, quæ & matronalis, Cæſ.
Leucoium album hortenſe fruticoſum, Cam.
Leucoium flore albo ſimplici, Eyſt.
Flore eſt albo, vel cinericeo.
II Leucoium purpureum vel rubrum.
Viola purpurea, Trag. Lob.
Viola matronalis purpurea, Fuch. Tur.
Leucoium purpureum, Mat. Dod. gal. Lug. Tab.
Leucoium rubrum & purpureum, Cam.
Viola matronalis floribus rubentibus, aut ad purpuram inclinantibus, Cæſ.
Leucoium flore rubro ſimplici, Bry. Eyſt.
Flore eſt rubente, ex purpura puniceo, violaceo, ex cæruleo purpureo, in ſumma ob colorem dilutiorem & ſaturatiorem differentiæ aliquot ſunt: hinc
Viola matronalis purpurea, alia punicea, Fuch. Tur. Lugd.

Leucoium purpureũ, & aliud violaceum, Tab.
At cærulei coloris in hoc genere hactenus non vidimus, licet Dioſcorides author ſit, niſi forte id verbum ſuperfluum fuerit.
III. Leucoium incanum minus.
Viola alſioſa & minor, Trag.
Leucoium candidum minus & annuum, Dod.
Floribus eſt candidis, rubentibus, punicantibus, à prioribus magnitudine differentibus, & quod hoc annuum ſit.
IV. Leucoium incanum majus multiplex.
Leucoion duplis floribus, Ad.
Leucoium ſive Viola purpurea, fl. pleno, Lob. ic.
Leucoium multiplici flore, Dod.
Flos eſt vel ſaturatioris, vel dilutioris purpuræ, vel purpuroviolacei, vel albi: hinc
1. Leucoium flore rubro pleno, Eyſt.
2. Leucoium flore purpureo pleno, Eyſt.
3. Leucoium ſive Keyri purpuroviolaceum pleno flore, Svvert.
4. Leucoium flore albo pleno, Bry. Eyſt.
V. Leucoium incanum majus variegatum ſimplici flore.
Hoc varium eſt & permixtum maculis in albo rubris, vel purpureis, aut quaſi ſtrijs inæqualibus notatum: hinc
1. Leucoi. varieg. alb. rubris maculis, Bry. Eyſt.
2. Leu-

2. Leucoium varieg. purpureis maculis, Eyſt.

VI. Lecoium incanum majus variegatum pleno flore.

Leucoium ſive Keyri viola purp. variegata, Svv.

Et hoc varium eſt:

1. Leucoium purpureum variegatum ſanguineis maculis ſignatum, Bry.

Leucoium purpureū variegat. flore pleno, Eyſt.

2. Leucoium ſive Keyri violaceo purpureum pleno flore, lineis viridibus diſtinctum, Svver.

3. Leucoium pleno flore album, ſanguineis maculis ſignatum, Eyſt.

4. Leucoium pleno flore album purpureis maculis ſignatum, Eyſt.

VII. Leucoium lividè rubente colore.

Leucoium melancholico colore, Eyſt.

Leucoium incanum maritimum.

I. Leucoium maritimum latifolium.

Tripolium, Ang.

Leucoium marinum alterum latifol. Lob. Lug.

Leucoium marinum cæruleo purpureum, Tab.

Leucoium marinum latifolium, Ger. marinum aliud, Cam.

an Leucoium maritim. minus, Heſperis quorundam, Lugd.

II. Leucoium maritimum ſinuato folio.

Leucoium marinum purpureum, Geſ. hor. Ger.

Leucoium maritimum majus, Ad. Lob. ic. Cluſ. hiſp. & hiſt. deſc. Lugd. Cam.

Leucoium marinum majus purpureum, Tab.

Flos dilutioris purpuræ, ad vini rubri fæcem tendente.

III. Leucoium maritimum anguſtifolium.

Leucoium marinum minus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Ad. Cam. Tab. Ger.

Leucoium anguſtifolium, Lob.

Leucoium ſylv. anguſtifolium, Dod.

Flores ſunt dilutè purpurei, quandoq; rubri: & luteos reperiri Lob. & Tab. ſcribunt: hinc

Leucoium marinum minus luteum, Tab.

Leucoium marinum minus, Ger.

IV. Leucoium maritimum repens.

Viola marina repens, Eyſt. ico.

An ex ſemine prioris in horto natum: cum in hortis ſatum longioribus quidem ſit cauliculis, ſed in terram reflexis, folio latiore, flore purpureo, totaque æſtate floreat.

V. Leucoium maritimum candidum.

Keiri marinum flore candido, Lob. ico.

Leucoium marinum majus, Cluſ. hiſt. ico.

VI. Leucoium maritimum minimum, quod 6. eſt in Prodr.

VII. Leucoium ſaxatile thymi folio hirſutum cæruleo-purpureum.

Lithoreoleucoion minimum ſupinum, Col.

Leucoium Creticum.

I. Leucoium Creticum thlaſpifolium.

Leucoium marinum Creticum 1. Cluſ. hiſt.

Flos rubet mox ex cæruleo purpuraſcit.

II. Leucoium Cretic. folijs oblongis crenatis.

Leucoium marinum Creticum 3. Cluſ. hiſt.

III. Leucoium Creticum floribus minoribus.

Leucoium marinum Creticum 2. Cluſ. hiſt.

In hoc flores prioris dimidio minores, prorſus albi, paulatim purpureum contrahentes.

IV. Leucoium Creticum ſpinoſum incanum luteum.

Leucoium Creticum ſpinoſum, Cluſ. hiſt.

Glaſtivida Cretenſium, Belli, ep. 3. & 4. ad Cluſ. Cluſ. hiſt. ap. alt. ad.

Glaſtivida prima Cretica, Ponæ.

V. Leucoium Creticum minimum folio ſubrotundo.

an Leucoium Creticum, Ponæ Ital.

Hæc quinto loco in Prod. deſcribitur.

Leucoium luteum folio hirſuto.

I. Leucoium alyſſoides clypeatum majus.

Lunaria aſpera, Geſ.

Alyſſon Dioſcoridis, Dod. Cam. Lugd. cui & Alyſſum Dalechampij fig. duplici.

Alyſſon Dioſc. putatum, Lob.

Alyſſos, Geſ. hort. & Lunariæ Græcæ ſimilis.

Lunaria Græca tertia, Cæſ.

Leucoium montanum lunatum, Col.

Minoris & congeneris plantæ Columna meminit.

II. Leucoium alyſſoides clypeatum minus

Leucoium peltatum Romanum minus, Col.

III. Leucoium incanum ſiliquis rotundis.

Eruca peregrina, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.

Leucoium marinum Patavinum, Lob.

Leucoium marinum luteum majus, Tab. Ger.

IV. Leucoium luteum erucæ folio.

Leucoium terreſtre majus, Col.

V. Leucoium luteum ſylv. hieracifolium, quod 3. in Prodromo.

Leucoij lutei ſylv. ſpecies, Thal.

Leucoium ſyl. inodor. fl. parvo pallidiore, Eyſt.

VI. Leucoium luteum montan. ſerrato folio.

Leucoium luteum montanum, Ponæ Ital.

Leucoium folio viridi.

I. Leucoium album odoratiſsimum folio viridi: quarto loco in Prod. deſcriptum.
Leucoium rarius flore albo odorato, Cam.
Leucoium fruticoſum fol. viridi, flore albo odorato Camerarij, Eyſt.

II. Leucoium luteum maxim. folijs tuberculis obſitis.
Flos Cheyri Eyſtettenſis maximus, Eyſt.
Flores amplitudine thalerum Philippicum ſuperant.

III. Leucoium luteum magno flore 1. loco in Prodr. deſc.
Flos Cheyri ſimplex medius, Eyſt.

IV. Leucoium luteum ſerrato folio fl. grandiore: 2. in Prodr.

V. Leucoium luteum vulgare.
Leucoium, Brunf. Cord. in Dioſc. Lac.
Viola lutea, Trag. Fuch. Dod. gal. Cæſ. Ger.
Viola petræa lutea, Tab.
Leucoium aureum, Matth. Lugd.
Leucoium luteum, Fuch. ico. Dod. Ad. Lob. Caſtor. Camer.
Leucoium ſativum luteum, Cluſ.
Keiri vel Cheiri, Geſ. hor. Lon.
Flos Cheiri ſimplex minor, Eyſt.
Quibuſdam φλογιον Theophr. quod totus flos flammei, id eſt, lutei coloris ſit: luteum enim colorem flammeum dici, ex Plin. lib. 22. cap. 8. colligunt.

VI. Leucoium luteum pleno flore majus.
Viola lutea multiplex, Lugd. Ger.
Leucoium flore luteo pleno majus, Eyſt.

VII. Leucoium pleno flore minus.
Leucoium ſive Keiri duplici flore, Ad. Lob. ico.
Leucoium luteum flore multiplici, Dod.
Viola petræa lutea multiplex, Tab.
Leucoium flore luteo pleno minus, Bry. Eyſt.

VIII. Leucoium luteum ſyl. anguſtifolium.
Viola lutea ſylv. Trag.
Leucoium ſylv. minus, Geſ. hort.
Leucoium ſylv. Cluſ. pan. & hiſtor. Cam. Taber. Ger.
Leucoium ſylv. flore luteo, Bry.

IV. Leucoium paluſtre flore ſubcæruleo.
Gladiolus paluſtris, Cluſ. cur. poſt.

VIOLA MATRONALIS SEU HESPERIS.

Viola Matronalis, quod à Matronis in hortis colatur dicta, apud Plinium l. 21. c. 7. Heſperis cenſetur, cum hæc Viola noctu magis oleat, quod ſuæ Plinius tribuit, addens, inde nomen inveniſſe.

I. Heſperis hortenſis.
Viola alba, perſica Hermolai, Trag.
Leucoium & Viola purpurea, Fuch.
Leucoium Dioſc. album, purpureum, Fuch. ico.
Viola alba, Tur.
Viola matronalis, Geſ. hor. Dod.
Viola purpurea & alba, Lugd.
Viola matronalis ſive Damaſcena, Ad. Lob.
Viola ſylv. alba & purpurea, Cæſ.
Heſperis 3. Cluſ. hiſt. ico. noſtra, Cam.
Viola Damaſcena flore purpureo, Swert.
Variat colore floris, candido, dilutè purpureo, rubro: habetur & tota minor floribus albis & ſuaviſsimi odoris: hinc
1. Viola hyemalis flore purpureo, Tab. Ger.
Viola matronalis flore purpureo, Eyſt.
2. Viola hyemalis alba, Tab. Ger.
Viola matronalis flore albo, Eyſt.

II. Heſperis hort. flore viridi: hæc magnitudine, quoad omnes ſui partes, à vulgata differt, flore eſt viridi & inodoro.

III. Heſperis montana pallida odoratiſsima.
Heſperis prima & montana, Cluſ. pan. & hiſt.
Violæ ſylv. ſpecies, Cæſ.
Heſperis pannonica, Cam.
Variat ex ſemine nata, nonnulli flores maternum colorem retinent, alij aut dilutius pallescunt, aut magis obſoletum acquirunt, crebris venis ex atro purpuraſcentibus diſcurrentibus.

IV. Heſperis ſylv. inodora.
Heſperis 2. vel altera pannonica, Cluſ. pan.
Heſperis tertia, Eid. hiſt. deſc.

V. Heſperis ſylv. flore parvo: 1. in Prod.

VI. Heſperis peregrina ſiliquis articulatis.
Heſperis Syriaca, Cam. Cluſ. hiſt.
Leucoium Syriacum, Cam.
Leucoium melancholicum quibuſdam.
Heſperis Syriaca Rauwolfij, ab hac non videtur aliter differre, quam quod ſtrigoſior ſit, quod fortè loci ratione contingit.

VII. Heſperis ſiliqua corniculata fl. obſoleto.
Leucoium corniculatum ſaxatile, Col.

VIII. Heſperis villoſa flore obſoleto ſiliqua brevi.

IX. Heſperis ſylveſtris hirſuta folijs Hieracij: 2. in Prodr.

VIOLA LUNARIA.

Viola ratione florum, Lunaria verò à ſiliquarum forma dicitur, quæ lata, plana & propemodum rotundæ ſunt, & Lunam non falcatam, ſed prope completam referunt: vel à ſiliquarum ſplendore, quæ per ſiccitatem nitent.

I. Viola Lunaria major ſiliqua rotunda.
Viola latifolia, Dod. Cluſ. pan. Lugd.
Bulboſa folliata, Officinarum Bolbanac, Ad.
Lunaria Græca, Lon. Cæſ. Lob. Caſt. rotunda, Geſ. h.
Lunaria major, Cam.
Bulbonach (à radicibus bulboſis) Geſn. hort.
Viola lunaris 1. Tab. Ger.
Thlaſpi montanum, Geſn. hort.
Lunaria Græca annua, Eyſt.
Thlaſpi alterum Cratevæ quibuſdam.

Variat florum colore & odore: colore purpureo, ſubcæruleo: odore, uni flores odorati, alteri inodori ſunt.

II. Viola Lunaria major altera: & Cam.
Viola latifolia altera, Dod. Lugd.
Præcedente minor & flore albo eſt.

III. Viola Lunaria major ſiliqua oblonga.
Lunaria Græca ſiliquis longis, Geſ. hor. Thal.
Lunaria Græca ſiliquis oblongioribus, Thal.
Lunaria odorata, alijs Lunaria Græca major, Geſn. hort.
Lunaria Raphanitis, ſive Bolbonac, radice rediviva, Lob. ico.
Lunaria Græca altera, Cæſ.
Viola latifolia, Cluſ. hiſt.
Viola lunaris 2. Tab. longioribus ſiliquis, Ger.
Lunaria Græca perennis, Eyſt.

Flores ex albo ſubcærulei: ſiliquæ longiores, laminoſæ, ita ut aliquando tres membranulæ ſeparatæ ſuis ſeminib. annexæ divelli poſsint.

LYCHNIDES.

Λυχνὶς, id eſt, Lucernula. Dioſcoridi, l. 3. c. 114. & 115. duæ ſpecies, altera λυχνὶς ϛεφανωματικὴ, Lychnis coronaria, altera λυχνὶς ἀγρία. Lychnis ſylveſtris dicitur. Primam, Lychnidem coronariam à recentioribus nominatam, videtur Theoph. 6. hiſt. 7. Lychnidem vocaſſe: & Plinij, l. 21. c. 4. Lychnis & Roſa Græca cenſetur: cujus Lychnis agria, Antirrhinum eſt. Recentiores, Lychnidis nomen plurimis impoſuere, de quibus ordine.

Lychnis flore coccineo.

I. Lychnis hirſuta flore coccineo major.
Ocymoides peregr. Geſn. hort. vel flos Hieroſolymitanus, alijs Creticus: vel Croceus, Eid. ap.
Flos Conſtantinopolitanus, Dod. Lugd. miniatus, Eyſt.
Lychnis Chalcedonica ſive Conſtantinopolitana miniata, Ad. Lob.
Lychnis fortè aliquorum coccineo colore ſplendens, Cæſ.
an Flos Scarlati, Lon.
Lychnis Chalcedonica, Tab. Ger.
Lychnis Conſtantinopolitana, Caſt. ap. Cam.
Lychnis byzantina minuto flore, Cluſ. hiſt.

Colore variat, communiter coccineo colore ſplendet; vel croceo eſt floris Calendulæ colore, vel lilij purpurei, ſubinde candidi: etiam incarnatus: hinc
Flos Conſtantinopolitanus albus, &
Flos Conſtantinopolitanus incarnatus, Eyſt.
Aliquando variegato: rarius flore pleno. Alia eſt flore ex puniceo purpuraſcente, folijs lævibus ac mollibus: eſt & miniato, quæ
Lychn. Chalcedonica colore orengiaca, Swvert.
Flos Conſtantinopolitanus miniatus, Eyſt.

Hæc quibuſdam veterum eſt λυχνὶς: alijs φλὸξ Theoph. 6. hiſt. 6. Alijs πόθος apud Theoph. 6. hiſt. ult. cujus duo genera: unum cui flos hyacintho ſimilis: alterum decolor, album. Idem & Plin. lib. 21. cap. 6. habet: ſunt etiam qui Roſam Græcam Plinij velint.

II. Lychnis flore coccineo minor.
Ocymoidis peregrini ſpecies minor, Geſn. hor.
Flos Conſtantinopolitanus minor, Dod.
Flos coccineus, Lugd.

Lychnis coronaria.

I. Lychnis coronaria Dioſc. ſativa.
Roſa mariana ſativa, Trag.
Lychnis, Matth. Lac. Cam.
Verbaſcum montanum, Cord. in Dioſc.
Lychnis ſativa, vel coronaria, Dod. gal. Geſ. h.
Lychn. coronaria, Lon. Ad. Lob. Dod. Cæſ. Lug.
Flamma vel Flammula Jovis, Geſn. hort.
Jovis flos Theoph. Eidem.

Flos colore variat: eſt rubro veluti flammeo fulgens, eſt dilutè rubente: habetur & albo: Item floribus albis, lineis vel punctis rubris variegatis: & incarnatis punctatis: hinc

1. Lychnis candida, Lob. ico.
Lychnis coronaria alba, Tab. Ger.

Lychnis coronaria fl. albo ſimplici, Eyſt.
2. Lychnis coronaria rubra, Tab. Ger.
Lychnis coronaria flore rubro ſimplici, Eyſt.
Lychnis rubra, Lob. ico.
3. Lychnis coronaria flore incarnato punctato, Eyſt.
4. Lychnis coronaria flore incarnato non punctato, Eyſt.
II. Lychnis coronaria ſativa multiplex.
Lychn. altera rubra, Lob. ico. flore pleno, Cam.
Lychnis coronaria floris foliolis multiplicatis, Dod.
Lychnis flore rubro pleno, Bry.
Lychnis, Svvert.
Lychnis coronaria flore rubro pleno, Eyſt.
Solum eam quæ flore rubro eſt multiplicem notavimus.
III. Lychnis coronaria ſylveſtris.
Lychnis ſylveſtris, Matth.
Lychnis coronaria ruri nata, Ad.
Lychnis ſylv. urbanæ ſimilis, Caſt.
Jovis florem ſylv. reperiri ait Matth. Geſ. hort.
Hanc in Rhætiæ alpibus, flore hortenſi odoratiore inveniri, Geſn. hort. meminit.
IV. Lychnis ſylveſtris alba ſimplex.
Roſæ marianæ ſimilis tertia, Trag.
Ocymaſtrum ſeu ocymoides, Matth. Lac. Tab. Caſt.
Ocimoides, Geſn. hort.
Ocimoides majus, Cæſ. Lugd.
Lychnis ſylv. alba, Dod. gal. Cam.
Lychnis ſylv. altera, Ad.
Struthio ſimilis Walckenkraut / Lon.
Baſilicum ſylveſtre, Caſt. ap.
V. Lychnis alba multiplex.
Lychnis ſylv. multiflora, Ad.
Lychnis multiflora Anglica, Penæ, Lugd.
Lychnis alba ſylv. Lob. ico.
Ocymaſtrum multiflorum, Ger. Tab.
Lychnis flore albo, Bry & Svvert.
Lychnis ſylv. flore pleno albo, Eyſt.
VI. Lychnis prolifera flore viridi.
Lychnis agreſtis abortiva, multiplici viridi flore, Lob. ico.
Ocymaſtrum fl. pleno viridi, Cam. ep. Matth.
VII. Lychnis ſyl. ſive aquatica purp. ſimplex.
Roſæ marianæ ſimilis quarta, Trag.
Ocimoides purpureum, Geſ. hor. rubrum, Thal.
Ocymaſtrum rubrum, Tab.
Lychnis ſyl. purpurea, Dod. Lugd. rubra, Cam.
Lychnis ſylv. rubello flore, Ad. Lob.
Melandryum Plinij genuinum, Cluſ. hiſt.
Lychnis ſylveſtris, Eyſt.
Mas in hoc genere, cui apices è medio flore prominent: fœmina cui nulli, idque in utroque colore: nam & mas albus purpureuſque reperitur, & fœmina ſimiliter, Geſn. hort.
VIII. Lychnis purpurea multiplex.
Lychnis ſylv. in hortis plantata flore pleno, Dod. & Geſn. in Ocimoide.
Lychnis agreſtis multiflora, Ad. Lob. ico.
Ocymoides flore pleno, Cam. ep. Matth. & Hort.
Lychnis flore rubro pleno, Svvert.
Lychnis ſylv. flore pleno rubro, Eyſt.

Lychnis ſegetum.

I. Lychnis ſegetum major.
Nigella, Brunſ. vulgaris, Lac.
Githago Roſæ marianæ 6. genus, Trag.
Lolium, Fuch.
Lolium quibuſdam flore parvæ roſæ, Cord. in Dioſc.
Anthemon, Dod. gal.
Pſeudomelanthium, Matth. Lac. Lon. Ad. Lob. Caſt. Lugd. Thal. Ger.
Nigellaſtrum, Dod.
Lychnis alia inter triticum, Cæſ.
Lychnis arvenſis, Tab.
Flore eſt communiter rubeſcente, rariſsimè albo: hinc
Pſeudomelanthium flore rubeſcente, &
Pſeudomelanthium flore albo, Eyſt.
Nec Lolium, nec Melanthium eſt: quibuſdam ἀνθεμον φυλλῶδες Theoph. 7. hiſt. 9.
II. Lychnis ſegetum minor.
Alſine corniculata, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
III. Lychnis ſegetum rubra folijs perfoliatæ.
Polygonaton ſive Lydweich / Trag. ico.
Thamecnemon, Cord. hiſt.
Vaccaria, Dod. Geſn. hort. Ger.
Lychnis quibuſdam, nonnullis perfoliata rubra, Geſn. hort.
Glaſtum, Ang.
Glaſto ſimilis inter ſegetes, Cæſ.
Iſatis ſylv. Vaccaria dicta, Ad. Lob. Lugd
Vaccaria rubra major & minor, Lugd.
Myagrum, Vaccaria quorundam, Tab.
Condurdum Plinij quibuſdam, l. 26. c. 5.
Variat magnitudine; folijs item latioribus & anguſtioribus: floris colore rubro, pallido: hinc tres figuræ apud Lugdunenſes.

Lychnis ſylveſtris.

I. Lychnis ſylv. quæ Been album vulgo.
Lupinus & Smilax hortenſis, Brunf. ico.
Polygonaton & Roſa mariana 5. Trag.
Polemonium, Dod. gal. Lac. Caſt. Lugd. Thal.
Polemonia, Cæſ.
Polemonium pratenſe noſtrum, Geſn. hort.
Been album, Geſn. hort. Dod. Ger.
Lychnis ſylv. Lon. Eyſt. ico.
Papaver ſpumeum (propter aſperginem ſputo ſimilem) Ad. Lob. (cui & Ocymaſtrum alterum,) Cam.
Herba articularis, Tab.
Melandrium Plinij quorundam, Cluſ. hiſt.

Duum generum: 1. in pratis albicante flore: 2. in montibus, flore ex viridi purpuraſcente. Eſt etiam alia folijs latioribus, alia anguſtioribus & acutioribus.

II. Lychnis ſyl. latif. caliculis turgidis ſtriatis.
Lychnis ſylv. 3. Cluſ. pan. at 2. in hiſt.
Lychnis ſyl. 3. cauliculis ſtriatis, Lob. Lug. Tab.
Lychnis cauliculis ſtriatis, Ger.

III. Lychnis ſylv. anguſtifol. cauliculis turgidis ſtriatis.
Lychnis ſylv. altera incana cauliculis ſtriatis, Lob. Lugd.

IV. Lychnis flore obſoleto autumnalis caliculis turgidis.

V. Lychnis fruteſcens myrtifolia, Been albo ſimilis.
Ocimoides fruticoſum, Cam.
Lychnis ſylv. ſemper virens, ſive Ocymoides arboreum ſemper virens, Cluſ. hiſt.

VI. Lychnis noctiflora.
Ocimoides noctiflorum, Cam. quod noctu tantum florem odorum explicet per æſtatem: autumno verò inodorum.
Ocimaſtrum noctiflorum, flore albo, Eyſt.

VII. Lychnis ſyl. pluribus folijs ſimul junctis.
Lychnis ſylv. prima, Cluſ. hiſp. Lobel. Lugd. Tab. Ger.
Lychnis ſylv. octava, Cluſ. hiſt.

VIII. Lychnis maritima repens.
Lychn. marina Anglica, Ad. Lob. Lug. Tab. Ger.

Lychnis viſcoſa.

I. Lychnis montana viſcoſa alba latifolia.
Floris cuculi ſyl. genus, Trag.
Hoher ſteinbrech/ id eſt, Saxifraga elatior, Lon.
Polemonium petræum, Geſn.
Lychnis ſylv. 2. vel albo flore. 1. Cluſ. pan. at ſylv. 9. in hiſt.
Lychnis ſyl. Tab. flore albo, Eyſt.
Ocymoides minus ſive album, Lugd.
ἰξόκαυλον album, Thal.
Odontis quorundam flore candido, Cam.

II. Lychnis viſcoſa alba anguſtifolia major.
Caryophyllus minimus humilis alter exoticus, flore candido amœno, Lob. ico.
Lychnis ſylv. 3. vel albo flore 2. Cluſ. pan. at ſylv. 10. in hiſt.

III. Lychnis viſcoſa alba anguſtifolia minor.
Lychnidis ſylv. tertiæ ſecunda ſpecies, Cluſ. pan. vel 10. alba ſpecies, Eid. hiſt.

IV. Lychnis ſyl. viſcoſa rubra anguſtifolia.
Lychnis ſylv. 1. vel flore rubro, Cluſ. pan. ſylv. 4. Eid. hiſt.
Lychnis ſylv. purpurea, Tab.
ἰξόκαυλον Heſperis quorundam, Thal.
Lychnis viſcoſa ſylv. flore incarnato, Eyſt.

V. Lychnis ſylv. viſcoſa rubra altera.
Muſcipula, Adv. Lobel. cui & Silene Theoph. Aldroandro.
Lychnis ſylv. 4. Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Lychnis ſylv. 3. Cluſ. hiſt.
Viſcaria, Caſt.
Viſcago major, Cam.
Lychnis ſylv. incana, Ger. ico.

VI. Lychnis viſcoſa purpurea latifolia lævis.
an Flos Conſtantinopolitan' alter minor, Geſ.
Armerius flos 3. Dod. 8. at in folio 4.
Lychnis ſylv. 2. Cluſ. hiſp. Lugd.
Lychnis ſylv. 1. Cluſ. hiſt.
Muſcipula, ſive Armoraria altera, Lob. Lugd.
Alſine purpurea, Lugd.
Lychnidis fortè antiquorum 3. genus, Cæſ.
Muſcipula, Cam.
Viſcaria ſativa, Tab.
Alijs Been rubrum; alijs Centaurium minus purpureum viſcoſum: rectè ad Lychnidem refertur, cum Dioſc. lib. 3. cap. 9. Centaurium dicat flore Lychnidis.

Variat floris colore, communiter eſt purpureo, rarius albo reperitur: hinc
Muſcipula flore rubro, &
Muſcipula flore albo, Eyſt.

VII. Lychnis viſcoſa folijs brevi lanugine aſperſis.
Lychnis ſyl. 1. ex ſemine nata, Cluſ. hiſt.

VIII. Lychnis viſcoſa floribus foris purpuraſcentibus, intus albis.

Lychnis ſylv. 2. ex ſemine nata, Cluſ. hiſt.

IX. Lychn. viſcoſa fol. lanuginoſis, fl. carneis.

Lychnis ſylv. 3. ex ſemine nata, Cluſ. hiſt.

X. Lychnis viſcoſa flore muſcoſo.

Muſcipula ſive Viſcaria altera flore muſcoſo, (Ad.

Muſcipula altera flore muſcoſo, Lob. Lugd.

Muſcipula ſive Armoria altera, Lob. ico.

Seſamoides magnum Salmanticum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab. Cam. Ger.

Κραυγόφιλον, Thal.

Viſcago, Cæſ. major, Cam.

Otites, Lychnidis ſylv. genus, Tab.

Eodem ſemine duæ naſcuntur: 1. flore majuſculo, quæ ſterilis: 2. ſeminifera, minore flore.

XI. Lychinidi præcedenti affinis folijs lini.

Seſamoides Salmanticum parvum, Eyſt.

an Seſamoidis Salmantici ſecundum genus, quod Behen floris parvi appellatione accepit, Cluſ. hiſt.

XII. Lychnis plumaria Tab. quid? an Muſcipula flore muſcoſo.

XIII. Lychnis auriculæ Urſi facie: 1. in Prod.

Lychnis ſylv. latifolia, Cluſ. hiſt.

Lychnis hirſuta.

I. Lychnis ſylv. campanulæ flore.

Lychnis ſylv. ſpecies Myconi, Lugd.

II. Lychnis ſylv. lanuginoſa major.

Lychnis ſylv. 5. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.

Lychnis ſylv. hirta, Lob. Ger.

III. Lychnis hirta anguſtifolia Cretica.

Lychnis ſylv. 7. Cluſ. hiſt.

Ocimoides minus flore rubro Candiæ à Caſabona.

IV. Lychnis ſylv. lanuginoſa minor.

Lychnis ſylv. 6. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.

Lychnis ſylv. hirta minima, Lob. Ger.

Lychnis ſylv. minima, Tab.

V. Lychnis ſylv. minima exiguo flore: pro 2. in Prod. deſcribitur.

VI. Lychnis incana repens.

Ocymoides Lychnitis, Col.

Lychnis alpina.

I. Lychn. vel Ocimoides repens montanum.

Cneoron, Matth. cui & Cneoron album.

Cneoron aliud Theoph. Matth. Lugd.

Myuros Aëtij, Ang.

Ocimoides alpinum, Geſn. hort.

Ocimoides repens, Cam. polygoni folio, Adv. Lob. Lugd.

Ocymoides alterum genus parvum, Cæſ.

Saponaria minor, Dalech. Lugd.

II. & III. Ocimoidis anguſtifolij flore rubello: & alterius flore ſuaverubente, ex monte Arba meminit Cam. ſed quid?

IV. Lychn. alpina pumila folio gramineo, ſive Muſcus alpinus Lychnidis flore.

Muſcus floridus, Geſn. epiſt. & Fracto.

Caryophyllus pumilio alpinus, vel 7. Cluſ. pan. at in hiſt. ſylv. 9.

Ocimoides muſcoſus, Ponæ.

Flos colore variat, eſt carnei ſive rubri dilutioris: reperitur & totus niveus.

SAPONARIA.

Saponaria dicta, quod Saponis vicem præbeat ad pannos purgandos: Quibuſdam Struthium Dioſc. l.2. c.193. qui vulgo notum ſcribit, quo fullones purgandis lanis utantur. Plin. l.19. c.3. Radicula lavandis lanis ſuccum habet, mirum quantum conferens candore mollitieq;: addit Struthion Græcos vocare, florere æſtate, gratam aſpectu: verum ſine odore, ſpinoſam, & caule lanuginoſo: ſemen ei nullum eſſe (cui Columellæ verſus repugnat: à Syrioq; venit quæ ſemine radix) radicem magnam, quæ concidatur ad dictum uſum. Et l.24. c.11. tingentibus & Radicula ramos præparat, quam Struthium vocari diximus à Græcis. Hæc Saponaria quartæ convenirent, niſi ſpinoſam diceret. Nonnullis Urceolaris Plinij, l.22. c.16. Sunt qui Aliſma Dioſc. l.3. c.169. cenſeant, cum multas Aliſmatis notas habeat.

I. Saponaria major lævis.

Saponaria, Trag. Lac. Geſn. hort. Dod. Ad. Lob. Cæſ. Tab. Cam. Ger. Eyſt.

Viola agreſtis, Trag.

Struthium, Fuch. Lon. Thal. Lug. ſativũ, Fuch.

Saponaria major, Lugd. (ico.

Floris color communiter dilute purpureus, aliquando ex roſeo rubet: nonnunquam candidus eſt; interdum pro floribus ſunt copioſiores ramuli foliacei, paucis floribus intermixtis.

II. Saponaria concava Anglica: in Prod. deſcripta.

Gentiana concava, Ger.

III. Saponaria fruteſcens oleæ folio.

Saponaria altera fruticoſior ex Sicilia, Cæſ.

an Saponaria Apula, Claudino.

IV. Saponaria Lychnidis folio floſculis albis, an Condiſi Arabum.

Struthion Dioſ. ſive Radicula & Lanaria vulgo Neapoli, quia ſucco foliorũ & radicũ ad lanas purgandas utuntur, Imperato, qui ad nos miſit.

SECTIO

SECTIO SECUNDA.

DE CARYOPHYLLEIS FLORIBUS SIVE ARMERIIS.

CAryophylleum florem ab odore Caryophyllorum, recentiores nominarunt: Hunc alij Cantabricam Plinij l.25.c.8. quæ in Hiſpania à Cantabris Divi Auguſti tempore reperta fuit, eſſe volunt. Alijs eſt Vetonica ſive Betonica altera, inter notha Dioſcoridis: nec fortè ineptè. Alijs herba tunica; quibuſdam Iphium Theoph. 6.hiſt.2. & 7. ejuſd.12. ſed malè. Quidam inter Saxifragias numerant, præſertim ſylveſtre genus, quam Gal. 5. tuend. ſanit. Sarxiphagon appellaſſe videtur: nam & ſylveſtris noſtra calculum frangit & educit, quod Galenus de Ceſtri ſeu Betonica in Gallia proveniente, teſtatur, Hermolao notante. Fortè & Theoph. 6.hiſt.1. & 6. per Jovis florem, inter coronarios frutices minutis folijs conditum, cujus flos ſine odore tantum in coronarum uſu, ſylveſtrem Caryophyllæam intellexit. Armerij flores dicuntur, à Gallico nomine Armoires & Armoiries.

Genera ſumma duo ſunt: Altilis & Sylveſtris. Altilis ſpecies multæ, magnitudine, colore & foliorum numero differentes: flores namq; ſunt vel minores vel medij, vel majores, vel maximi: vel multiplici, vel ſimplici florum textura, majoribus vel minoribus foliolis conſtantes. Sunt colore nivei, dilutâ purpurâ candicantes, croceo rutilantes, miniati: aut verſicolores, ut candidi & crocei, candidi & rubei, candidi rubris punctulis aſperſi: rubentes, aut violaceo admixto purpurei, aut rubei lacteis notis aſperſis, ſicq; guttati, aut roſæ ſylveſtr. colore. Sic ex uno caule duo florum genera, partim candidi, rubriſq; maculis aſperſi, partim crocei: ſæpè etiam uno pediculo, flores diverſi colores videas: aliquando unus ex alio medius excreſcere conſpicitur: aliquando in una plantæ flores trium colorum: in ſumma mangonio & arte in his floribus magna varietas fit. Sylveſtrium quoq; magna diverſitas exiſtit, & in magnitudine, & coloris, & floris, & calycis figura, pleriq; tamen ſimplici flore ſunt.

Caryophyllus pleno flore.

I. Caryophyllus maximus ruber.
Caryophyll. maximus plenus flore rubro, Eyſt.

II. Caryophyllus maximus variegatus.
Caryophyllus major rub. & albicans flore pleno, Lob. ico.
Caryophyllus multiplex maximus, Tab. Ger.
Caryophylli, Caſt. ap.
Caryoph. multiplex max. variegatus, Eyſt.

In hoc varietates:

1. Caryophyll. maxim. & pleniſſimus, colore mixto carneo, quibuſdam cornicul. lacteis, Bry.

2. Caryophyllus maxim. & pleniſsim. colore vario in diverſis folijs, Scarlatino, dilutius rubente, albo, Bry.

3. Caryoph. max. & pleniſſ. colore rubro ſaturatiore, ſtaminulis tribus niveis in medio, Bry.

III. Caryophyllus altilis major.
Garyophyllæa, Trag.
Betonica altilis, Fuch. Geſ. col. coronaria, Lac.
Veronica altilis, Dod. gal. coronaria, Geſ. hor.
Viola flammea Scaligero, Geſ. hor.
Cantabrica, Tur.
Caryophyllus domeſticus, Matth. Cam. Caſt.
Flos garyophyllorum, Lon.
Caryophylli noſtrates, an Cantabrica Plin. Ad.
Caryophyll. Lob. multiplex; Lob. ico. Tab. Ger.
Caryophyllus altilis, Lugd.
Flos Gariofilus, alijs Viola Damaſcena, Cæſ.
Caryophyllus flore majore, Eyſt.
Caryophylli flores etiam in Senarum regione, ſed non ita odore grati, Garz.
Herba tunica quibuſdam.

Varietas multiplex.

1. Caryophyllus multiplex flore albo, etiam rubro & carneo, Eyſt. & apud Svvert.
Caryophyllus totus albus.
Caryophyllus rubeus & ſanguineus.
Caryophyllus incarnatus.

2. Caryophyllus pleno flore coloris albi, mixta & ſparſa rubedine, Bry.
Caryoph. albus lineis & notulis rubris diſtinctus, Svvert.

3. Caryoph. alb. flammulis ruberrimis, Svve.

4. Caryophyll. albus lineis rubris ſubtiliſſimè diſtinctus, Svvert.

5. Caryoph. multiplex flore ex purpura rubeſcente, Eyſt.

6. Caryophyll. flore majore partim carneus partim albus, rubris ſtrijs ac punctulis variegatus, Eyſtet.

7. Caryoph. multiplex ſingulis florum folijs è rubro & albo colore dimidiatim diviſis & punctatis, Eyſt. qui

Caryo-

Caryoph. hortorum multiplex major, Lob. ico.
8. Caryoph. plenus colore umbilicotenus rubeſcens inſtar florum Perſici mali, folijs latioribus, Eyſt.
9. Caryoph. plenus purpuraſcens, punctatis folijs, Eyſt.
10. Caryoph. purpureus punctulis intensè purpurei coloris, Swer.
10. Caryophyllus ſubviridi flore, Swer.
IV. Caryophyllus altilis medius.
1. Caryoph. albus lineis cremeſini coloris, & Caryophyl. minor albus lineis purpuroviolaceis diſtinctus, Swer.
2. Caryoph. miniatus medio albeſcens, Eyſt.
3. Caryoph. pleno flore colore violaceo, Bry.
V. Caryoph. pleno flore mali arantij colore.
Caryoph. pleno fl. Sileſiacus miniatus, Cl. hiſt.
Caryoph. plenus miniato colore, Eyſt.
Varietas.
1. Caryophyllus dimidia parte arantij colore, altera candida & permiſta, Bry.
2. Ex ſemine libenter provenit, ſed alij flores nativum eumque ſaturatiorem aut dilutiorem retinent: alij albi, alij rubri fiunt: nonnulli ſimplici quoq; foliorum ſerie conſtant, Cl. hiſt.
VI. Caryophyllus pleno flore minor.
Caryoph. hortorum multiplex minor, Lob. ico.
Caryophyl. pleno flore ſpecies exigua, coloris carnei, Bry.
VII. Caryophyllus ſupinus flore pleno rubro argenteis micis aſperſis.
Caryophyllus 7. pleno flore, Cluſ. hiſt.
Caryophyllus flore minore pleno rubeſcens punctus, Eyſt.
VIII. Caryophyllus multiplex laciniatus.
Caryophyllus purpureus flore multiplici profundè laciniato, Lob. ico.
Varietas.
1. Caryophyl. multiplici laciniat. flore incarnato, Eyſtet.
2. Caryoph. purpureo flore multiplici profundè laciniato, Eyſt.
3. Caryoph. purpureo flore multiplici laciniato, Eyſtet.
Caryoph. purpur. flore multiplici, Bry. & Swer.

Caryophyllus hortenſis ſimplex.

I. Caryophyllus hortenſis ſimplex flore majore.
Caryoph. ſylv. major vulgatior, Lob. ico.
Caryophyllæi flos ſimplex, Dod.
Caryophyllus ſimplici flore, Swert.
Varietas magna in colore: eſt enim ſimplex miniatus, eſt pallidè purpuraſcens, vel incarnatus: eſt verſicolor, ob guttarum & rubrarum macularum aſperginem: eſt variegatus, cujus folia albeſcentia ſtigmatibus rubris aſperſa ſunt: duo poſteriores in Eyſt. proponuntur, nomine Caryophylli ſimplicis hortenſis verſicoloris, & Caryophylli majoris ſylv. variegati.
II. Caryophyl. arboreſcens Cret. in Prod. deſcriptus.
III. Caryophyllus ſimp. fl. minore pallidè rubente.
Caryophyllus ſylv. 3. flore pallido ſuaverubente, Lob. ico.
Caryophyllus hortulanus, Tab.
Caryoph. ſyl. ſimplex ſuaverubens, Ger.
IV. Caryoph. ſimp. minor flore punctato.
Caryoph. alter minimus, flore ſimplici micis aureis aſperſo, Lob. ico.
Habetur & repens flore parvo punctato.
V. Caryoph. ſimplex ſupinus latifolius.
Caryophyll. minimus pulchellus ſupinus, maculis aureis argenteiſve aſperſus, Lob. ico.
Caryophyllus ſylv. 7. Cluſ. hiſt.
VI. Caryoph. ſimp. ſupinus anguſtifolius.
Caryophyllus virgineus, Tab. Ger.

Caryophyllus barbatus & prolifer.

I. Caryophyllus barbatus flore multiplici.
Armeria alba & rubra multiplex, Lob. ico. Bry. Swert.
Armerius pleno flore, Cluſ. pan. & hiſt.
Caryophyllus Carthuſianorum 3. Tab.
Armeria rubra latifolia, Ger.
Armerius pleno rubro flore, Eyſt.
Duplex eſt: vulgatior rubro flore, rarior albo: Hujus præter rubrum & album adhuc differentia apud Swertium, quæ Armeria alba multiflora.
II. Caryophyllus barbatus flore roſeo.
Armeria multis & ſeparatim poſitis floribus duplicibus & magnis, coloreque rubentim Swert.
III. Caryophyl. barbatus hortenſis latifolius.
Lychnis monachorum, Geſ. hort.
Armeria altera, multis in latum orbiculum congeſtis floribus, Lob. ico.
Viola barbata latifolia, Lugd.
Caryophyllus Carthuſianorum 1. Tab.
Armeria ſuaverubens, Ger.

an Lychnis fortè antiquorum altera, Cæſ.
Flos Scarleti, Lon. Geſ. ap.
Flore eſt communiter rubro, habetur albo maculis lactei coloris notato: eſt & diverſicolor, ex albo rubro & medio: hinc
1. Armeria ſimplex flore rubro, Bry, & Svver.
Flos armerius ruber, Eyſt.
2. Armeria flore albo, Bry, Svver.
Flos armerius albus, Eyſt.
3. Flos armerius variegatus, Eyſt.
IV. Caryoph. barbatus hortenſ. anguſtifolius.
Armeria altera ſuaverubente flore, Lob. ico.
Armerius flos alter, Dod.
Armerius ſimplici flore pannonicus, Cluſ. hiſt.
Caryophyllus Carthuſianorum 2. Tab.
Armeria rubra, Ger.
Hujus differentiæ quinq;: 1. eleganti eſt flore, eoq; aut planè rubro, aut lactei candoris maculis aſperſo, aut niveo, oris carnei coloris: 2. omninò niveo: 3. flores pauciores dilutius rubentes & carnei coloris: 4. flos purpuraſcens, oris albis: 5. flores die primo & ſecundo quo aperti ſunt, lactei prorſus candoris, ſequentibus paulatim albedine evaneſcente, tandem omnino purpuraſcunt, ſic ut in eadem umbella flores lacteos, alios exalbidos, & media ex parte purpuraſcentes, alios omnino purpureos conſpicere liceat.
V. Caryophyllus barbatus ſylveſtris.
Armeria ſylv. altera, Lob. ico.
Viola barbata anguſtifolia, Lugd.
Caryophyllæa ſylv. prima, Thal.
Flos Gariofilus ſyl. minimi floris ſaturatæ purpuræ, Cæſ.
VI. Caryophyllus ſylv. prolifer: & Eyſt.
Caryophyllæa ſylv. quarta, Thal.
Armeria prolifera, Lob. ico.
Armerius flos proliferus, Cam.
Caryophyllus ſylv. minimus, Tab.
Viſcaria, Ger. ico.
Huic ex capitulo ſæpè ſeptem, octo, aliquando novem flores prorumpunt.
VII. Caryophyllo prolifero affinis, unico ex quovis capitulo flore.
Caryophyllææ ſyl. quartæ, alia ſpecies, Thal.

Caryophyllus ſylveſtris.

I. Caryophyllus ſylv. vulgaris latifolius.
Dondernaegelin, Brunſ.
Caryophyllæa ſylv. Trag.
Caryophyllæa ſylv. Matth. Lugd. Caſt.
Betonica ſylv. prima, Fuch.
Vetonica, Dod. gal.
Cantabrica ſylv. Tur.
Tunica ſylv. Lon.
Caryophyllæa ſylv. 3. Thal.
Armerius flos primus, Dod. Lugd.
Armeria ſive Caryophyllus minor ſylv. minùs odorus folijs latioribus, Ad. Lob.
Flos gariofilus ſylv. Cæſ.
Caryophyllus montanus primus, Tab.
Armeria alba, Ger. ico.
Caryoph. minor ſylv. flore ſimplici, Eyſt.
Flore eſt odoro & inodoro purpureo: ſimplici & pleno: hinc
Caryophyllus minor ſylv. flore pleno, Eyſt.
Caryophyllus montanus multiflorus, Tab.
Caryophyllus montanus purpureus, Ger.
II. Caryophyllus ſyl. vulgaris anguſtifolius.
Caryophyllus montanus albus, Tab. Ger.
III. Caryophyll. ſylv. biflorus: 3. in Prod.
IV. Caryoph. pumilus latifolius: 4. in Prod.
V. Caryoph. ſyl. flore magno inodoro hirſuto.
Caryophyllus ſylv. 2 Cluſ. pan. & hiſt.
VI. Caryophyllus ſylv. humilis flore unico.
Armerius flos tertius, Dod.
Caryophyllus repens humilis minimus vulgatiſsimus rubellus, Lob. ico.
Caryophylli ſylv. Caſt. ico.
Caryophyllus ſylv. 1. Cluſ. pan. & hiſt.
Singuli cauliculi unicum florem, diluta purpura rubentem odorum ſuſtinent.
VII. Caryophyll. albus parvus repens, Cam.
Oſteocallon Abſyrti Italis, Eidem.
VIII. Caryoph. cæruleus Monſpelienſium.
Aphyllanthes Monſpelienſium, Ad. Lob. ico.
Caryophyllus cæruleus, Tab. Ger.
Rarius flore niveo reperitur.
IX. Caryophyll. ſylv. repens multiflorus: 2. in Prodr.
X. Caryophyllus ſylv. Carinthiacus ruber.
Caryoph. ſyl. 4. vel Tauricus, Cluſ. pan. & hiſt.
XI. Caryoph. alpinus calyce oblongo hirſuto.
Caryophyllæus pumilio Tauricus, ſive 8. Cluſ pan. ſylv. 7. Eid. hiſt.
Caryophyllus montanus tertius, Tab.
Caryophyll. mont. Cluſij, Ger.

Caryophyllus ſimplex laciniatus.

I. Caryophyllus flore tenuiſsimè diſſecto.
Superba, Trag. Lon. Thal. Cam.
Dioſanthos Theophraſti, Ang.

Vetonica altilis minor, Dod.gal.
Vetonica ſylv. tertia, Geſ.hort.
Betonica ſylv. altera, Fuch.
Caryophyllatæ genus, Geſ.col.
Caryophyllæus minor, Dod.
Superba recentiorum, Ad.
Superba alba media corolla purpuro violacea, Bry: obſoleta cincta, Lob. ico.
Armeria, Vetonica coronaria, Lugd.
Caryophylli ſylv. 5. ſpecies 3. Cluſ.pan.& hiſt.
Caryophyllus plumarius albus, Tab. Ger.
Caryophyllus ſylv. flore albo picto, Eyſt.
Superba alba, corollâ purpureo rubrâ, Svver.

Flos nunc alb. nunc dilutius rubens & carne.

II. Caryoph. ſyl. flore laciniato albo inodoro.
Superba major flore albo, Lob.ico.Svvert.
Caryophyllus ſylv. plumarius albus, Tab. Ger.

III. Caryop. ſyl. alter fl. laciniato odoratiſſimo.
Armerius flos quartus, Dod.
Caryophyllus minor alter, Eid.
Caryophyllus ſextus, Cluſ.pan.& hiſt.
Superba Auſtriaca, Lob. ico.
Carioph. ſylv. flore laciniato carneo, Eyſt.
Caryoph. ſpecies altera flore carneo, Bry.
Carioph. ſylv. flore purpuraſcente, & alter flore incarnato, Eyſt.

Flos aut candidus, aut purpuraſcens, ſuavis odoris.

IV. Caryoph. ſyl. tertius flore laciniato, ſtaminulis corniculatis odoratis.
Caryophyllus 5. vel ſylv. 1. albo flore, Cluſ.pan. ſylv. 5. Eid.hiſt. (odoro.

V. Caryoph. ſyl. fl. laciniato, ſine corniculis,
Caryophyllæus ſyl. 3. fl. rubro, Cluſ.pan.& hiſt.
Caryop. ſyl. fl. ſimplici, laciniato rubro, Lob.ic.

VI. Caryop. ſyl. floribus lanuginoſis hirſutis.
Superba altera & ſuaverubens, Lob. ico.
Caryophyllei ſyl. 5. ſpecies alt. Cluſ.pan.& hiſt.
Caryoph. plumarius purpuro cærul. Tab. Ger.
Caryophyllus ſylv. flore albo, Eyſt.

Flos candidus eſt: alterius flores purpuraſcente lanugine hirſuti.

VII. Cariophyllus pratenſis flore laciniato ſimplici, ſive Flos cuculi.
Flos cuculi prat Trag. Flos cuculi, Lon. Geſ.col.
Vetonica ſylv. Dod.gal. (Tab.
Odontitis Plinij, Geſ.hor. quorundam, Cam.
Odontitis ſimplici flore, Cluſ.hiſt.
Armerius ſylv. Dod.
Armeria prat. ſylv. Lob. 2. ſylv. Lugd.
Armoraria ſylv. pratenſis, Ad.
Cariophyllus pratenſis, Tab.
Armeria pratenſis mas & fœmina, Ger.
Ἰζόπαυλος altera, Thal.

Flore eſt rubello, rarius albo.

VIII. Caryophyllus pratenſis flore pleno.
Odontitis flore pleno, Cam. Cluſ.hiſt.
an Caryophyllus mont. multiflorus, Tab.
Odontitis Plinij, Eyſt.

Caryophyllus holoſtius

I. Caryophyllus arvenſis hirſutus fl. majore.
Caryophyllus holoſtius, Lob.ico. Ger.
Holoſtium caryophyllæum, Tab.

II. Caryophyllus holoſtius tomentoſus latifolius: qui 9. in Prodr.

III. Caryophyllus holoſtius tomentoſus anguſtifol. hic 10. in Prod.

IV. Caryop. arvenſis umbellatus folio glabro.
Holoſtæum caryophyllæum arvenſe, Tab.
Caryophyllus holoſtius arvenſis, Ger.
Alſine verna Dalechampij, Lugd.

Caulis aliquando ruber, aliquando viret, ramulis aliquot erectis, aliquot verò cum floribus reflexis: communiter flos albus, aliquando ſubpurpuraſcens.

V. Caryophyll. arvenſis glaber flore majore.
Euphraſia gramen, Trag.
Cratæogonum fortè, Dod.gal.
Gramen, Fuch. Lac. leucanthemon, Dod. Thal. Lugd. Ger.
Gramen alterum, Matth.
Holoſteum Dioſ. fl. albis vel ὀλόστεον Æginet. Ad.
Holoſtium Ruellij, Lob.
Euphraſia major, Lon.
Gramen floridum, Cam. in Matth. majus, Tab.

VI. Caryophyllus arvenſis glaber fl. minore.
Holoſtij Ruellij diverſitas, Lob.ico.
Gramen floridum minus, Thal. Tab.
Gramen leucanthemum alterum, Ger.

Quandoq; è medio florũ ſtaminula rubra exeũt.

VII. Caryophyllus arvenſis glaber minimus: hic 11. eſt in Prodr.

Caryophyllus holoſtius alpin.

I. Caryoph. holoſt. alpinus latifol. 5. in Prod.

II. Caryophyll. holoſtius alpinus anguſtifolius purpuraſcens: 6. in Prodr.

III. Caryoph. holoſt. alpinus gramineus: 7. in Prodromo.

IV. Caryophyllus holoſtius montanus anguſtifolius alter: 8. in Prodr.

Caryo-

Caryophyllus montanus.

I. Caryophyll.mont.major flore globoſo.
Gramen polyanthemum majus, Dod.
Gramen marinum majus, Cluſ.pan.Tab.
Caryophyllo marino ſimilis, Ad.
Caryophyllus mont. Lob. mediterraneus, Ger.
Sta[illegible], a ſiſtendo ſanguine, Lugd. Cam. cui vi-
[illegible]ar Britannica, Ang.
[illegible]merius mont. tenuifol. major, Cluſ.hiſt.

II. Caryophyllus montanus minor.
Pl[illegible]y, Do[illegible] Geſn.hort.Lugd.
Gramen polyanthemon minus, Dod.
Gramen marinum minus, Cluſ.pan.Tab.
Caryophyllus marinus minimus, Ad.Lob.Ger.
Armerius mont. tenuifol. minor, Cluſ.hiſt.
Hic caule eſt aliquando prolifero.

Caryophyllus ſaxatilis.

I. Caryophyllus ſaxatilis folijs gramineis, umbellatis corymbis.
Symphytum petræum, ſive Gypſophyton majus, Thalio.

II. Caryoph. ſaxatilis folijs gramineis minor.
Symphytum petræum ſive Gypſophyton minus, Thalio.

III. Caryophyllus ſaxatilis ſiliquoſus: qui Caryophyllus 14. in Prod.
Gypſophyti ſiliquoſi nomine à D. Fürero acce(pimus.

IV. Caryopyhllus ſaxifragus.
Saxifraga magna, Matth. Lob. Lugd. Cam.
Saxifraga 5. Caſt.
an Saxifraga Bavarica, Cam. Ponæ.

V. Caryophyllus ſaxifragus ſtrigoſior, vel Caryophyll. ſylv. flore minimo. (ico.
Saxifragia ſive Saxifraga antiquorum, Ad Lob.

VI. Caryophyllus ſaxatilis Ericæfolius umbellatis corymbis: 12. in Prod.

VII. Caryophyllus ſaxatilis Ericæfolius ramoſus repens: 13. in Prod.

VIII. Caryophyllus ſaxatilis floribus rubris: 13. altera ſpecies in Prod.

IX. Caroophyllus minimus muralis.
Tunica minima, Lugd.

SECTIO TERTIA.

ANTIRRHINUM; LINARIA; LINUM; POLYGALA; ONOBRYCHIS; GLAUX; STOECHAS; LAVENDULA; ROSMARINUS.

ANTIRRHINUM.

Lychnidem agriam Plin. l.25. c.10. ipſum Antirrhinum ex Galeno (cui λυχνὶς ἀγρία & βουκράνιον) vocavit, quia flore ſit Leucoij, minore tamen ut Dioſc. l.4. cap.133. loquitur. Quare poſt Lychnides & Caryophyllæos flores, Antirrhinum (cum & ipſum flore placeat) ſubjungere voluimus.

Ἀντίῤῥινον ἢ ἀνάῤῥινον Dioſcoridi, l.4. c.133. dictum, quod fructu ſit vituli narium ſimili. Theophraſto 9. hiſt.21. ἀντίῤῥινον, fructum tanquam nares vituli parit. Plinio loco citato Antirrhinon ſive Anarrhinon, ſive Lychnis agria. Sunt qui velint ab eodem, l.30. c.2. Cynocephalium herbam dici, id eſt, canis caput, quod ſeminis conceptaculum canis calvam, cute & carne exutam repreſentet. Veteres unius tantum meminiſſe videntur, at recentioribus plures ſunt differentiæ.

I. Antirrhinum majus rotundiore folio.
Cynocephalus Plinij, Lugd.
Antirrhinum majus flore roſeo, Cam.hort.

II. Antirrhinum majus alter. folio longiore.
Antirrhinum 2. Matth. Lugd. (Cam.
Antirrhinum magnum, Dod. gal. Lugd. majus,
Antirrhinum, Geſn. Dod. Ad. (vulgo caput canis & caput vituli) Lob. Tab. cui Antirrhinũ &
Antirrhinum album: at Ger. purpureum & al(bum.
Os Leonis vulgo, Cæſ.
Antirrhinum flore rubro & flore albo, Eyſt.
Flore habetur roſeo, rubente, aliquando maculato, ex candido dilutè purpuraſcente; candido: an hoc, quod flore eſt albo, ſit Antirrhinum 4. Matth. Lugd.
Eſt & flore albo, oris tantum rubris, vel rubentibus, vel luteis, & dicitur
Antirrhinum flore albo oris rubentibus, &
Antirrhinum flore albo oris rubris.
Antirrhinum flore albo oris luteis, Eyſt.
Folijs quoq; variat latioribus & anguſtiori(bus.

III. Antirrhinum luteo flore.
Antirrhinum flore luteo, Geſn. hort, Ad. Lob. ico. ſubluteo, Dod luteo grandi, Cam.
Antirrhinum luteum, Tab. Ger.
Hoc à priore & floris colore & folio variat: quod verò flore eſt albo non item.

IV. Antirrhinum folio diſſecto; hoc inter

plantas ſiccas Monſpeſſuli collectas apud fratrem Joh. Bauhinum p. m. vidimus.

V. Antirrhinum arvenſe majus.
Antirrhinum, Eric. Cord. (cui & Rhinoceros) Tur. Lac. Lon.
Antirrhinum 1. Matth. 4. Lugd. Cam. ep. Matth.
Orontium, Dod gal.
Antirrhinum Cynocephalæa & Bucranion, Cord. in Dioſc.
Antirrhinum minus, Geſn. hort. (vel folijs hyſſopi E.d. col.) Tab. Ger.
Antirrhin. minimum, Ad. (forſan Archigenis Orontium, vel Aurantium) Lob. medium, Cam.
Antirrhinum parvum, ſive caput ſimiæ, Lugd.
Antirrhinum ſylv. (ſive Phyteuma) Dod. Eyſt.
Phyteuma χαμαία Cydoniæ, Belli ep. 12. ad Cluſ.
Os leonis alterum, Cæſ.
Antirrhinon rubrum arvenſe, Thal.

Hoc quibuſdam Phyteuma Dioſcoridis, l. 4. c. 130. alijs Orontium Archigenis, quaſi Aurantium, quod auriginem morbum levet: quod aliquando procerius, aliquando brevius pro ratione ſoli reperitur.

VI. Antirrhinum arvenſe minus.
Antirrhinum 3. Matth. Lugd.
Antirrhinum arvenſe, Cæſ. ... ol.
Antirrhinum minimum, Thal. Cam.
Antirrhinum alterum minimum repens, Lob. icon.
Antirrhinum ſylv. Caſt.
Os leonis in vineis, Cæſ.

VII. Antirrhinum ſaxatile, folijs ſerpylli: quod in Prodr. deſcribitur.

LINARIA EJUSQUE SPECIES.

Cum Linaria quibuſdam Antirrhini ſpecies videatur, & an Antirrhinum Plinij ſit quidam dubitent, hic proponemus. Quibuſdam Oſyris cenſetur ex qua, Galeni ſeculo, ut & nunc in Italia, ſcopæ conficiebantur. Ὄσυρις folijs eſt lini initio nigris, dein rubeſcentibus, &c. Dioſcoridi, l. 4. c. 143. & Plin. l. 27. c. 12. Oſyris folijs eſt nigris ceu lini, ſemine initio nigro, dein rubeſcente, &c. Linaria latinis, quod folijs lini ſit.

Linaria erecta latifolia.

I Linaria latifolia Dalmatica magno flore: quæ 1. in Prod.

II. Linaria Americana, parvo flore luteo: quæ 2. in Prod.

III. Linaria latifolia triphylla major: 3. in Prodr.
Linaria Cretica latifolia, Cluſ. hiſt.

IV. Linaria triphylla minor lutea.
Linaria Valentina, Cluſ. hiſp. Dod. Lob.
Linaria Hiſpanica 1. Cluſ. hiſt.

V. Linaria triphylla cærulea.
Linaria cærulea Apula, Col.

VI. Linaria tenuifolia, æruginei coloris.
Linaria Hiſpanica 2. Cluſ. hiſt.

VII. Linaria bellidis folio.
Linaria odorata, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lugd.
Linaria purpurea, Ad. odorata, Lob. Ger.
Oſyris odorata purpurea, Tab.

Linaria erecta anguſtifolia.

I. Linaria ſcoparia.
Belle videre, Geſn. hort.
Scoparia, Geſn. hort. Ad. Lob. Lugd. Ger.
Oſyris, Ang. Dod. Caſt. Cam.
Linaria magna, Lugd.
Herba ſtudioſorum, Tab.

Oſyris græcorum quibuſdam ... gantibus, quamvis hodie in Græcia ἀσύρις nominetur: alij an Chamæcypariſſus Plinij ſit dubitant.

II. Oſyris fruteſcens baccifera. (ep.
Caſia poëtica Monſpelienſium, Ad. Lob. Cam.
Caſia quorundam, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab.
Caſſia lignea, Cæſ.
Caſsia lignea maritima, Lugd. (Plin.
Polygonum 4. Plinij quibuſdam, Dalech. in

Variat: communiter atrovirens, aliquando tota rubet & ramis & folijs, ideo quidam Geniſtam rubeam vocant, Cæſ.

Oſyris Plinij, lib. 27. cap. 12. videtur, quæ ut habet ramulos fere nigros, tenues, lentos, & in ijs folia nigra ceu Lini, ſemenq; in ramulis nigrum initio, dein colore mutato, rubeſcens: ſmegmata mulieribus faciunt ex his: Galenus 8. ſimpl. ex Oſyride κορήματα fieri tradit, quæ alij interpretantur ſmegmata, ut Plinius, ... ſcopas, alij κόσμημα καὶ καλλωπίσματα.

III. Linaria vulgaris lutea flore majore.
Linaria (& Pſeudolin.) Brunf. Ger. 1. Dod. Lon.
Linaria vulgaris, Trag. Cam. Eyſt. vulgo Geſn. hort. Cæſ.
Oſyris, Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Tur. Lac. Ad. Lob. Lugd. Caſt. major, Tab.

Floris

Floris color luteus, luteopallidus, rarius albus: flore minore etiam, in agris reperiri Tragus aſſerit.

IV. Linaria lutea montana Geniſtæ tinctoriæ folio: hæc ad montem S. Bernhardi, floribus luteis, mediæ magnitudinis, reperitur.

V. Linaria lutea flore minimo: hæc in agris Provinciæ Galliæ, brevibus & anguſtis folijs & minimis floribus luteis, occurrit.

VI. Linaria folioſo capitulo luteo major.
Linaria 3. & Heliochryſos, Trag. quarta, Lon.
Linaria aurea Tragi, Lobel. Lugdun. Tab. Ger. Eyſtett.
Linaria Auſtriaca, Cam.
Oſyris Auſtriaca, Cluſ. pan. & hiſt.
Chryſocome Dioſc. & Plinij, Guil. Col.
Linoſyris nuperorum, Lobel. recentiorum, Lugd.

VII. Linaria folioſo capitulo luteo minor.
Linaria aurea minor, Tab.
Oſyris purpuro cærulea, Ger. ico.

VIII. Linaria flore pallido rictu aureo.
Linaria Hiſpanica 1. Cluſ. pan. & hiſt. Tab.
Linaria purpurea altera, Ger. ico.
an Oſyris alba, Lob. ico.

IX. Linaria flore pallido rictu purpureo.
Linaria flore albicante inodoro, Cam.
Linaria flore albicante, Eyſt.

X. Linaria purpurea major odorata.
Oſyris altera, Dod. gal.
Linaria altera purpurea, Dod.
Linariæ purpureæ varietas, Lob.
Linaria cærulea, Caſt. Lugd. Cam.
Linaria purpurea elatior, Eyſt.
Variat floſculis purpureis, purpuroviolaceis albis & cæruleis: folijs etiam magis minúſve anguſtis.

XI. Linaria capillaceo folio odora, quæ 4. in Prod.
Linaria caryophyllata, Cam.
Flore eſt albicante: ex cæruleo & albo mixto, rictu flaveſcente diſtincto.

XII. Linaria capillaceo folio altera.
Linaria tenuifolia, Lugd.
Flos nunquam hiat, ruber; cum apertus eſt ex rubro albicat: eſt & coloris varij ex albo, cæruleo & luteo mixtis.

XIII. Linaria folijs anguſtis ex viridi caneſcentibus.
Linaria Hiſpanica 3. Cluſ. hiſt.
Flos utcunque odoratus: externè exalbidus, internè purpureus, rictu ex flavo albicante, labio purpureo.

XIV. Linaria arvenſis cærulea: 5. in Prodromo.
Flore eſt cæruleo, eſt & violaceo.

XV. Linaria montana floſculis albicantibus.
Anonymos tenuifolia, Cluſ. pan. & hiſt.
Anthyllis montana, Lugd.
Linaria montana ſive ſylvatica, Thal.
Linaria adulterina, Tab.
Linoſyris nuperorum, Ger. ico.

XVI. Linaria quadrifolia exiguis floſculis cinereis.
Linaria Cretica anguſtifolia, Cluſ. hiſt.

XVII. Linaria quadrifolia lutea.
Linaria tetraphylla lutea minor, Col.

XVIII. Linariæ aureæ affinis: quæ 6. in Prod.

Linaria pumila ſeu repens.

I. Linaria pumila ſupina lutea.
Linaria pumila, Cluſ. hiſp.
Linaria Hiſpanica 5. Cluſ. hiſt.
Oſyris flava ſylv. Lob. ico.
Oſyris minor, Tab.
Linaria Valentina, Ger. ico.

II. Linaria pumila foliolis carnoſis, floſculis minimis flavis.
Linaria 2. Moravica 1. Cluſ. hiſt.

III. Linaria folijs carnoſis cinereis.
Linaria Hiſpanica 4. Cluſ. hiſt.
Flos cærulei dilutioris ad cineraceum tendentis, rictu flavo.

IV. Linaria cærulea repens.
Oſyris purpurocærulea repens, Ad. Lob. ico.
Linaria altera floribus purpuraſcentibus, Cæſ.
Linaria minor Dalechampij, Lugd.
Linaria parvo flore cæruleo, Cam.
Linaria 4. Moravica 2. Cluſ. hiſt.
Floris color cæruleus, ex violaceo purpuraſcens.

V. Linaria quadrifolia ſupina.
Linaria alpina, Geſn. hort. & ep.
Linaria pannonica 2. Cluſ. pan.
Linaria alpina pumila, Tab.
Linaria 3. Styriaca, Cluſ. hiſt.
Linaria Styriaca repens, Eyſt.

LINUM EJUSQUE SPECIES.

Λίνον Dioſcoridi, lib. 2. cap. 125. Theophr. 8. hiſt. 7. qui 3. cauſ. 22. in Lolium mutari ſcribit. Linum Plinio, lib. 19. cap. 1. cujus genera ratione loci natalitij recenſet.

Linum latifolium.

I. Linum ſativum.
Linum, Brunf. Matth. Fuch. Cord. in Dioſcor. Tur. Lac. Lon. Cæſ. Lugd. Caſt.
Linum ſativ. Trag. Dod.
Linum vulgare cæruleum, Ad. Lob.

II. Linum arvenſe.
Linum ſylveſtre, Trag. Tur.
Auricula urſi 9. Eid. cur. poſt.

Sanicula folijs non ſerratis.

I. Sanicula alpina rubeſcens, folio non ſerrato.
Auricula urſi 4. Cluſ. pan. & hiſt. 7. Tab.
Auricula urſi rubeſcens, Ger.
II. Sanicula alpina alba folijs non crenatis.
Auricula urſi 6. Cluſ. hiſt.
Similis flore pallido, quæ
Auricula urſi pallido flore, Cluſ. cur. poſt.
III. Sanicula alpina minima piloſa: quæ pro 2. in Prodromo deſcripta.

Sanicula rotundifolia.

I. Sanicula montana latifolia laciniata.
Cortuſa, Matth. Caſt. Lugd. Cam.
Caryophyllata Veronenſium fl. Saniculæ urſinæ, Ad. Lob.
Sanicula montana, Cluſ. hiſt. altera, Eid. pan.
Sanicula alpina, Tab. Ger.
Duplex figura apud Cluſium, Tab. & Ger.
1. Sanicula montana, Cluſ. hiſt.
Sanicula alpina Cluſij, Tab. Ger.
2. Cortuſa Matthioli, Cluſ. hiſt. & cur. poſt.
Saniculæ alpinæ icon verior, Tab.
Cortuſæ rarior icon, Ger.
In figura Saniculæ Cluſij malè averſa parte puncta aſperſa ſunt.
Flore eſt eleganter rubro, & ad purpureum tendente: habetur & violaceis, rariùs albis floribus.
II. Sanicula montana rotundifolia major.
Sanicula alpina alia, Geſn. hort.
Caryophyllata, ſive Geum alpinum recentiorum folio hederaceo, Ad. Lob. ico. Lugd.
Sanicula montana 1. Cluſ. pan. altera, Eid. hiſt. Eyſtett.
Sanicula alpina, Cam. ep. guttata, Eid. hort.
Cotyledon 3. Dalechampij. Lugd.
III. Sanicula montana rotundifolia minor.
Sanicula montana minor, Cluſ. pan.
Saniculæ montanæ alterius ſpecies 2. Eid. hiſt.
IV. Sanicula montana longifolia ſerrata.
V. Sanicula montana flore calcari donato.
Pinguicula (vel Liparis) Geſ. h. Cl. pan. & hiſt.
Cucullata, quibuſdam Criâs Apuleij, Lugd.
Pinguicula vel ἰόνυγρον, Viola humida aut paluſtris: Dodecatheon Plinij, Geſnero, Cam.
Variat floris colore, qui albus, purpureus & cæruleus.

DIGITALIS.

Digitalis, quod flores digitale referant, nomen habet. Sunt qui ad Verbaſcum, alij ad Aliſmatis genus alterum Plinij referant. At Doctiſſ. Fabius Columna, Ephemerum Dioſcoridis lib. 4. cap. 85. cenſet.

Digitalis folio Verbaſci.

I. Digitalis purpurea folio aſpero.
Campanula ſylv. Trag.
Digitalis rubra, Dod. gal. purpurea, Fuch. Ang. Geſn. hort. & ap. Lon. Dod. Ad. Lob. Lugd. Cam. Tab. Ger.
Aralda Bononienſibus, Geſn. hort.
Verbaſcum digitale, Coſtæo.
Virga regia major flore purpureo, Cæſ.
Ephemeri alia ſpecies major, Col.
Flos purpureus, nigris punctulis inſignitus, ruber, incarnatus, ſive ex purpureo candidus, intus punctatus: aliquando flores in rotundam ſpicam in gyrum coli effigie in ſummo diſpoſiti rufeſcunt ex luteo, intus guttis purpureis aſperis, hinc

Digitalis flore rubro, & flore incarnato, Eyſt.

II. Digitalis alba folio aſpero.

Digitalis 2. Dod. alba, Lob. Lugd. Eyſt.

Virga regia major flore pallido, Cæſ.

Ephemeri altera ſpecies major candida, Col.

Flos nivei candoris, intus nigris punctis intercurſantibus.

Digitalis folio vireſcente.

I. Digitalis lutea magno flore.

Campanula ſylv. flore luteo, Trag.

Digitalis lutea, Fuch. Anguil. Lon. Thal. Lugd. Cam. Tab. Ger. flore luteo, Eyſt.

Digitalis minor, Geſ. hor. flore minore, Eid. col.

Digitalis lutea flore amplo, Ponæ.

Digitalis 3. Dod.

Calathiana viola Plinij, Dalech. in Plin.

Ephemeron Dioſcoridis, Col.

Flore eſt luteo pallido, rariſsimè albo: & intus vario.

II. Digitalis major lutea vel pallida, parvo flore.

Digitalis major, Geſ. hor. 4. Dod.

Digitalis flore minore albidiore, Geſn. col.

Digitalis lutea, Ad. parva, Lob. ico. ſub ramo minore exprimitur.

Virga regia: Aliſma & Damaſonium Dioſcoridis, & Fiſtula paſtoris Avicennæ, Cæſ.

III. Digitalis minor luteo parvo flore: in Prodromo deſcripta.

IV. Digitalis anguſtifolia lutea.

Digitalis lutea parva, Lob. ico.

V. Digitalis anguſtifolia flore ferrugineo.

Digitalis gilvo flore, alias ferrugineo, Lob.

EPHEMERON.

Cum doctiſſimus Fabius Columna, Digitalem cenſeat eſſe Ephemeron Dioſcoridis, pauca aſpergamus. Ἐφήμερον ſive ἴρις ἀγρία caulem & folia lilij habet ſed hæc tenuiora: flores candidos, amaros, ſemen molle, radicem unam digitali craſſitudine, longam aſtringentem, odoratam, &c. Dioſc. l. 4. c. 85. Ephemeron folia habet lilij, ſed minora, caulem parem, florem cæruleum, ſemen ſupervacuum, radicem unam digitali craſſitudine, Plinio l. 25. c. 13. Subjiciamus & Matthioli & Lobelij Ephemeron utrumque nobis incognitum.

I. Ephemeron quod aliqui ſylveſtrem Irin appellant, Matth. Lacunæ, Caſt. deſc.

Ephemerum non lethale Matthioli, Lug. Tab.

Ephemerum Matthioli, ex ſpurijs appoſitis plantis eſſe videtur, Colum.

II. Ephemerum Matthioli, vel potius Ephemerum ſpurium, Lob. Dod.

Has duas eaſdem eſſe vix credimus: cum illi folia lilij & radix unica digitalis craſsitudine tribuatur: huic verò folia & radix Iſatidis adſcribatur: imò figurarum nulla eſt ſimilitudo: & Lobelij potius Lyſimachiam aliquam referat.

CASPARI BAVHINI PINACIS THEATRI BOTANICI LIBER SEPTIMVS.

SECTIO PRIMA.

LYSIMACHIA; VERONICA; TEUCRIUM; SCORDIUM; CHAMÆDRYS; CHAMÆPYTIS; ALSINE; SPERGULA; ANAGALLIS; ELATINE.

LYSIMACHIA.

Λυσιμάχιον ἢ λύθρον Dioſcoridi l. 4. c. 3. caules emittit cubitales fruticoſos, folia ſalignis ſimilia, flos flavus aureúſve, &c. Sic dicta à Rege Lyſimacho Agathoclis filio, ejus inventore: folia habet Salicis viridia, florem purpureum (aureum habet vetus) fruticoſa, &c. Plinius l. 25. c. 7. addit tantam ei vim eſſe, ut jumentis diſcordantibus jugo impoſita, aſperitatem cohibeat. Unde videtur innuere, παρὰ τὸ τὰς μάχας λύειν dictam eſſe. Salicaria etiam, à foliorum cum ſalicis folijs ſimilitudine vocatur. Hujus ſpecies eſt ſiliquoſa, quæ à ſiliquato fœtu præcoci, qui auctu & incremento florum eruptioni antevertit, quaſi proles parente prior, Filius ante patrem vocitatur.

Lyſima-

Lyſimachia lutea.

I. Lyſimachia lutea major: quæ Dioſcoridis. Centaurium majus quibuſdam, Hermol. Mánard. Ruel.
Lyſimachia lutea, Trag. Fuch. Tur. Ang. Adv. Lob. Cæſ. Tab. Cam. Ger. Eyſt. lutea communis, Cluſ. hiſt.
Lyſimachia, Matth. Lac. Lugd. 1. Lon.
Lyſimachia vera, Cord. in Dioſc. falſa, Caſt.
Lyſimachium verum, Dod. gal. legitimum, Eid.
Lyſimachium luteum, Geſn. hort. Thal.
Salicaria, Geſn. hort.

Folijs nunc ternis, nunc quaternis, nunc binis reperitur.

II. Lyſimachia lutea minor, folijs nigris punctis notatis.
Lyſimachia lutea in alis foliorum florens, Cæſ.
Lyſimachia lutea altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Lyſimachia flore luteo majore, Cam.
Lyſimachia lutea Pannonica major, Eyſt.

Folijs eſt quaternis, etiam ternis.

III. Lyſimachia trifolia lutea ſpicata.
Lyſimachia lutea altera ἑτέρα, Col.

IV. Lyſimachia bifolia flore globoſo luteo.
Lyſimachia lutea altera, Lob. Cluſ. hiſt.
Lyſimachium aquatile, Dod. belg.

Addit Cluſius Lyſimachiam luteam 3. ſive minorem, quæ à priore ſolùm radice & caule, quæ melius exprimuntur, differt.

V. Lyſimachia lutea corniculata.
Lyſimachiæ Virgineæ nomine ipſum ſemen Patavio miſſum quod anno 1619. in horto eleganter crevit & ex ſemine deciduo ſe facilè hactenus propagavit.

Lyſimachia ſiliquoſa.

I. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta magno flore.
Lyſimachia ſeu Salicaria altera, Trag.
Lyſimachia purpurea, Fuch. (Tur.
Lyſimachiæ purpureæ primum genus, Eid. ico.
Lyſimachium purpureum 1. Dod. gal. Lugd.
Antoniana major hirſuta, Geſn. hort.
Epilobij 4. ſpecies, Geſn. ad Cord.
Lyſimachia ſiliquoſa, Ger. 1. Tab.
Lyſimachia 2. & 3. fl. purpureo vel rubro, Lon.
Lyſimachij majoris purpurei 1. ſpecies, Thal.
Onagra campeſtris hirſuta, Cæſ.

Flore eſt majore violaceo, purpureo.

II. Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta parvo flore.
Lyſimachia ſiliquoſa 2. Tab.

Major eſt & minor, utraq; in Prod. deſcripta.

III. Lyſimachia ſiliquoſa glabra major.
S. Antonij herba 3. Geſ. ad Cord. cui & filius ante patrem. (hiſt.
Lyſimachia ſiliquoſa, Ad. Lob. Caſt. major, Cl.
Pſeudolyſimachium purpureum 1. Dod.
Onagræ genus alterum, Cæſ.
Lyſimachia ſiliquoſa flore albo, Tab.
Lyſimachia campeſtris, Ger.
Lyſimachij majoris purpurei 2. ſpecies, Thal.

Flore eſt parvo pallidè rubente, rarius albo: quibuſdam Delphinium Dioſcoridis cenſetur.

IV. Lyſimachia ſiliquoſa glabra minor.
Filius ante patrem minor, Geſn. col.
Lyſimachiæ ſiliquoſæ varietas, Ad.
Lyſimachiæ medium genus, Thal.
Lyſimachia minor, & 3. Tab.

Floſculi rubicundiores: alij ex rubicundo pallidiores: alij prorſus candidi.

V. Lyſimachia ſiliquoſa glabra anguſtifolia.
Lyſimachiæ mediæ altera ſpecies, Thal.
Lyſimachia ſiliquoſa minor, & 7. Tab.
Chamænerion, Ger. ico.

VI. Lyſimachia Chamænerion dicta latifolia.
Antoniana, ſive S. Antonij herba maxima, Geſ. hort. ap.
Chamænerion & Epilobion, Geſn. ad Cord. Eyſt. Thal. cui &
Lyſimachia omnium maxima.
Filius ante patrem maximus, Geſn. col.
Onagra, Lugd. Cæſ.
Lyſimachia vulgo altera, Cam.

Sub Chamædaphne malè in Matth. meo Typographi errore poſita, cum ad Onagræ caput p. 816. reponi debuiſſet, ut ex ſynonymijs, quilibet tantillũ in plantis verſatus, colligere poteſt. Onagra Dioſcoridis l. 4. c. 118. & Oenothera Plinij l. 26. c. 11. & 14. cenſetur: flore eſt cæruleo, rarius albo, ut & ſubſequens. (ſtifolia.

VII. Lyſimachia Chamænerion dicta anguſtifolia.
Epilobium (id eſt ἴον ἐπὶ λόβῳ viola ſuper ſiliquâ) ſextum, Geſn. ad Cord.
Pſeudolyſimachium purpureum minus, Dod.
Lyſimachiæ ſiliquoſæ varietas altera, Ad.
Chamænerion Geſneri, ſeu Delphinium buccinum, Dioſc. Lob.
Lyſimachia ſiliquoſa alia, Lugd. 3. Cluſ. hiſt.
Lyſimachiæ ſpecies in uliginoſis, Thal.
Linaria rubra, Lugd.

VIII. Lyſimachia Chamænerion dicta alpina: quæ in Prodromo deſcribitur.

Lyſimachia ſpicata.

I. Lyſimachia ſpicata purpurea, fortè Plinij.
Solidaginis Sarracenicæ alia ſpecies, Trag.
Lyſimachia altera, Matth. Lac. Lugd. Caſt. Eyſt.
Lyſimachium purpureum, Geſn. hort. Thal.
Lyſimachium purpureum alterum, Dod gal.
Lyſimachia 3. Tur.
Lyſimachia fortè Pliniana, Ad.
Lyſimachia purpurea, Lob. Cæſ. Cam. Tab.
Lyſimachia flore purpuraſcente, Ang.
Pſeudolyſimachium purpureum alterum, Dod.
Lyſimachia purpurea communis major, Cluſ. hiſtor.
Lyſimachia purpurea ſpicata, Ger.

Folia bina communiter, aliquando terna, rarius quaterna, ſimul caulem ambiunt.

II. Lyſimachia ſpicata cærulea.
Lyſimachium cæruleum, Dod. gal.
Lyſimachij 3. genus, Dod. Geſn. hort.
Pſeudolyſimachium cæruleum, Dod.
Lyſimachia cærulea hortenſis, Ad. Lob. Lugd.
Lyſimachia cæruleo flore, Cluſ. hiſt.
Veronica recta cærulea, Eyſt.

Lyſimachia non ſpicata.

I. Lyſimachia rubra non ſiliquoſa.
Lyſimachia 2. vel minor rubro flore, Cluſ. pan.
Lyſimachia purpurea 2. ſive minor, Eid. hiſt.

II. Lyſimachia linifolia purpurocærulea.
Lyſimachia rubra minima, Cluſ. hiſt.

III. Lyſimachia cærulea galericulata, vel Gratiola cærulea.
Lyſimachia galericulata, Lob. Lugd. Cluſ. hiſt.
Lyſimachia flore cæruleo galericulato, Cam.
Sideritis cærulea, Thal.
Gratia Dei, Cæſ.
Tertianaria, Tab.
Herba Judaica altera, Dod. belg.

Hæc in Anglia flore albo quoque reperitur.

EXOTICA.

I. Poutiou ex Malacca ad febres abigendas: par. 4. Ind. Orient. 8.

II. Sary flos ſeu pollen, quo corpus inungentes contra ventorum vim ſe tutos aſſerunt, l.c.

III. Sodouvaya in Java oblinendo corpori idonea, l.c.

IV. Surahan, vili pretio venditur, l.c.

VERONICA.

Veronica, apud recentiores herba eſt celebratiſſima, Græcis & Latinis ſcriptoribus fortè incognita, quamvis Dodonæus velit eſſe Betonicam Pauli lib. 7. Cæſalpinus verò ad Myoſotidem Dioſcoridis lib. 2. cap. 214. at Columna ad Alyſſon Dioſcoridis lib. 3. cap. 105. referendam cenſet. Germanis Ehrenpreiß *&* Grundheil/ *ob mirificam facultatem ulcera ac vulnera ſanandi.*

I. Veronica mas erecta.
Veronica mas, Matth. Ang. Lugd. Caſt.
Veronica aſſurgens, Dod.
Veronica recta mas, Lob. vulgaris recta, Cluſ. hiſt.

Duplex eſt: major & minor: illa latiore folio & longiore ſpica: hæc anguſtiore folio & breviore ſpica.

II. Veronica mas ſupina & vulgatiſſima.
Teucrium, Trag.
Veronica mas, Fuch. Lon. Lugd. Thal.
Veronica mas ſerpens, Dod.
Betonica Pauli, Dod. gal.
Veronica vulgo dicta, Geſn. hort.
Veronica vera & major, Ad.
Veronica major ſeptentrionalium, Lob.
Veronica, Tab. vera & major, Lob. ico. Cam. Ger.
Veronica vulgaris ſupina, Cluſ. hiſt.
Veronica humicaulis & ſupina, Col.
Auricula muris 3. Cæſ.

Floribus eſt ſubcæruleis, rarius candidis, reperitur nonnunquam folijs vulgatæ forma quidem ſimilibus, ſed triplo minoribus.

III. Veronica ſpicata latifolia.
Veronica prima, vel major latifolia, Cluſ. pan.
Veronica erectior latifolia, Eid. hiſt.

Alia eſt folijs atrovirentibus & ſplendentibus: in altera nec ſplendent, nec adeò atra ſunt: ſpica etiam in alia oblongior.

IV. Veronica ſpicata anguſtifolia.
Veronica recta herbariorum, Lob. Lugd.
Veronica recta vulgaris major, Cluſ. hiſt.
Auricula muris 4. Cæſ.
Veronica recta 1. & 2. Tab. aſſurgens, Ger.
Veronica ſpicata cærulea, Cam.

Variat folijs latiorib' & paulò anguſtioribus: ſpica floſculorum cæruleorū, & ſpica dilutiore.

Addit

Addit Cluſius in hiſt. alterius figuram, quam à priore non diſtinguo, nomine
Veronicæ ſecundæ erectioris anguſtifoliæ.
V. Veronica ſpicata minor.
Veronica recta minima, Lobel. Lugdun. Ger. Cluſ. hiſtor.
Veronica recta minor, Cluſ. pan. Tab.
Flore eſt cæruleo, rarius albo.
VI. Veronica pratenſis ſepillifolia.
Eufragia, & Eufragia nobilis, Brunſ.
Teucrium alterum, Trag.
Veronica fœmina, Dod. gal. Lugd. Thal.
Betonica Pauli, Turn. Geſn. hort. quorundam, Camer.
Veronica pratenſis, Dod.
Veronica minor ſerpillifolia, Ad. Lob.
Auricula muris prima in pratis, Cæſ.
Folijs eſt communiter integris, rariſſimè crenatis: floribus cæruleis, frequentius pallidis & dilutis: hinc
Veronica minor, Tab. Ger.
Veronica minor fœmina flore candido, Tabernæmont. ſub
Veronica mare, apud Ger.
VII. Veronica alpina fruteſcens.
Veronica tertia fruticans, Cluſ. pan. & hiſt.
Veronica alpina ſerpillifolia, Ponæ.
VIII. Veronica alpina bellidis folio hirſuta, in Prodr. deſcripta: quæ duplex eſt major & minor.

TEUCRIUM.

Τεύκριον Dioſcoridi l. 3. c. 111. (eò quod Teucer ejus inventor exiſtimetur, Plinio l. 25. c. 5. auctore) & χαμαίδρυς ex aliorum ſententia. Plinio l. c. & l. 26. c. 8. Teucrium.

I. Teucrium.
Teucrium ſecundum, Matth. Lugd. 1. Tab.
Teucrium, Fuch. Ang. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. verum, Geſner. hort. Eyſt.
Chamædris altera ſeu aſſurgens, Dod.
Teucrium vulgare fruticans, ſive 1. Cluſ. hiſt.
Teucrium latifolium, Ger.
II. Teucrium folijs Scorodoniæ.
Teucrium verum, Cam.
III. Teucrium Creticum incanum.
Teucrium Creticum, Cluſ. hiſt.
IV. Teucrium peregrinum folio ſinuoſo. an Pæderota, Pauſaniæ?
Teucrium Boeticum, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab. Ger.
Teucrium fruticans Boeticum, Cluſ. hiſt.
Camerarius, Teucrij Boetici, quod à Cluſij diverſum ſit & Teucrij Belgici, ſolo nomine meminit: ſed quid utrumq;?
V. Teucrium alpinum inodorum magno flore: in Prodromo deſcriptum.
VI. Teucrium alpinum coma purpurocærulea.
Clinopodium alpinum, Ponæ.
VII. Teucrio affinis, Chamærops.
Chamærops, Plinij l. 26. c. 7. Lugd.

SCORDIUM.

Σκόρδιον Dioſcoridi l. 3. c. 125. quod Allium aliquantum redoleat: at Galenus 8. ſimpl. propter acrimoniam Scorodo, id eſt, Allio adſimilem, nomen ſortitum putat: quibuſdam, Crateva auctore, μιθριδάτιον, ab inventore dicitur: Plinio l. 25. c. 6. Scorodotis ſive Scordion.

Genera: Græci unius meminère: at Plinius l. c. duplex habet: alterum folijs lanuginoſis, quernæ ſimilitudine. Eſt & alterius generis latioribus folijs mentaſtro ſimilibus, &c.

I. Scordium.
Scordium, Trag. Matth. Dodon. Lac. Tur. Lon. Ad. (cui & Trixago paluſtris) Lob. Caſt. Lugd. Cam. Eyſt.
Scordium verum, Geſ. hort.
Scordium commune, Ang.
Scordium, Tab. minus, Ger.
Magnitudine variat: hinc figuræ tres apud Tabernæmontanum.
Scordij majoris & medij nomine.
Scordium majus & minus, Ger.
II. Scordium lanuginoſum.
Scordium Creticum lanuginoſum. Cam.
III. Scordium alterum, ſive Salvia ſylveſtris.
Salvia ſylv. Trag. (& Nepeta altera) Lon. Tab.
Sphacelus ſylv. Dod. gal.
Scorodonia, Cord. in hiſt. Thal. Ger.

Salvia montana & Ambroſia quibuſdam, Geſner. hort.
Scordium majus Plinij, Eid.
Scordium alterum Plinij, Ad. Lob. Cam.
Salvia agreſtis ſive Sphacelus, Dod. Lugd.
Melinum alterum brevius, Cæſ.

Scordium 2. folijs amplis inſtar Meliſſæ, vel Calaminthæ primæ, in Samnitibus ad ripas Piſcaræ naſci, Anguillara ſcribit: idemq; in Græcia reperiri, quod odore & qualitate à primo diſsimile non ſit.

IV. Scordium alterum lanuginoſius verticillatum.
Scordotis Plinij, Hon. Belli, epiſtola quinta ad Cluſ.
Scordotis legitimum Plinij, Ponæ.

V. Scordio affinis, Elephas ob florem.
Elephas Campoclarenſium, Col.

CHAMÆDRYS.

Χαμαίδρυς Dioſcoridi l. 3. c. 112. quaſi humilis quercus, quod folia Quercus habeat, & hujus reſpectu quaſi humi repat: cui & χαμαίδρωψ: & quibuſdam τεύκριον, propter ſimilitudinem cum Teucrio. Triſſaginem Gaza vertit apud Theoph. 9. hiſt. 10. Sic Plinio l. 24. cap. 15. Chamædrys quæ latinè Triſſago, quam aliqui Chamædropem alij Teucrion appellavere. Sic alijs Serrata, à folijs ſerratis, à qua ſerram inventam dixêre, & Quercula minor.

Unius ſolùm apud Dioſcoridem & veteres mentio fit.

I. Chamædrys arborea Ægyptiaca.
Chamædrys arborea in Inſula Cocyræ, Alp.

Ad cubitos duos exurgit, folijs duplo aut triplo, quàm in Italica majoribus.

II. Chamædrys major repens.
Triſſago, ſeu Chamædrys, Matth. Lugd.
Triſſago, Lac. Trixago, Caſt.
Chamædrys, Ang. Ad. Lob. Cæſ. major primus, Cluſ. pan.
Chamædrys major repens, Dod.
Chamædrys mas, Cam.
Chamædrys major 1. & 2. Tab.
Chamædrys major, & Chamædr. latifolia, Ger.

Folio majore & minore variat: floribus item albis ac rubellis in eadem planta.

III. Chamædrys minor repens.
Chamæpitys, Brunf.
Chamædrys, Dod. gal. Cord. hiſt. Geſn. hor. Tabern. Eyſt.
Chamædrys vera, Trag. Tur. Cord. in Dioſc.
Chamædrys vera mas, Fuch.
Chamædrys vulgaris mas, Lon.
Chamædrys major, Lob. ico. Lugd. minor, Ger.
Chamædrys repens minor, Dod.
Chamædrys major, vel 2. Cluſ. pan.
Chamædrys vulgaris, vel 2. Eid. hiſt.

Flore eſt purpuraſcente, rarius niveo.

IV. Chamædrys ſpinoſa: in Phytop. Matthiolo & Prodromo deſcripta.

V. Chamædrys alpina Ciſti flore.
Cervaria, Geſn. hort.
Herba cervi quibuſdam, Eid. fracto.
Chamædrys montana fruteſcens durior, Ad. Lobel.
Chamædrys 3. ſive montana, Cluſ. pan. & hiſt.
Chamædrys montana, Lugd. Tab.
Chamædrys alpina Simleri, Cam.
Argentina Mompelliaca, Tab.
Teucrium alpinum Ciſti flore, Ger.

VI. Chamædrys alpina ſaxatilis.
Teucrium 3. Cluſ. pan. 6. pumilum, Eid. hiſt.
Veronica petræa ſempervirens, Ponæ.

VII. Chamædrys alpina minima hirſuta, quarto loco in Prodromo deſcripta.
an Teucrium minimum, Cluſ. hiſt.

VIII. Chamædrys unicaulis ſpicata.
Trixago Apula unicaulis, Col. cui fortè Verbena recta Dioſcoridis.

IX. Chamædrys Auſtriaca folijs tenuiſsimè laciniatis: quæ 2. in Prodromo.

X. Chamædrys Hiſpanica folijs tenuiſsimè diviſis: 3. in Prodromo.

XI. Chamædrys ſpuria major latifolia.
Veronica maxima, Lugd.
an Chamædrys mas altera, Cam.

XII. Chamædrys ſpuria major altera, ſive fruteſcens.
Teucrium 1. vel Teucrium majus pannonicum latifolium, Cluſ. pan. at in hiſt. Teucrium quartum.

Hujus duæ ſpecies: altera virgis erectis caulibus quadrangulis, nonnunquam rotundis, magis minuſq; hirſutis ligneſcentib⁹, & ex una ala communiter cauliculis 4. prodeuntib. folijs latiori-

coloribus: altera virgis humi diffuſis, frequentibus, ut interdum magnos ceſpites latè tegant, folijs minoribus & flore dilutiore: & hæc eſt Teucrij quarti ſpecies ſecunda, Cluſ. hiſt.

XIII. Chamædrys ſpuria hederacea repens, ſive Scutellata repens.

Chamædrys hederacea, in Cat. Altorff.

XIV. Chamædrys ſpuria major anguſtifolia.

Chamædrys altera, Trag.

Teucrium primum, Matth. Lugd. 2. Tab.

Chamædrys vulgaris mas, Fuch. Tur. Lugd.

Hierobotane fœmina, Dod. gal. Lugd.

Pſeudochamædrys, Geſ. hort.

Chamædrys ſylv. Dod.

Veronica ſupina facie Teucrij pratenſis, Lob. ic.

Auricula muris quinta, Cæſ.

Teucrij quarti ſpecies tertia, Cluſ. hiſt.

XV. Chamædrys ſpuria minor rotundifolia.

Chamædrys, Brunf. falſa, aliquibus Teucrium, Geſn. hort.

Chamædrys vulgaris fœmina, Fuch. Tur. Lon. Lugdun.

Hierobotane mas, vel Verbenaca ſupina mas, Dodon. gal. Lugd.

Teucrij ſpecies, quam Chamædryn vocant, Cord. in Dioſc.

Teucrium pratenſe, Ad. Lob. & Teucrium ſpurium Chamædryoides, Lob. ico.

Pſeudochamædrys, Thal.

Auricula muris ſexta, Cæſ.

Teucrium tertium minus, Tab.

Chamædrys ſylv. Ger. Cluſ. hiſt.

Alia caulibus altioribus, folijs rotundioribus, amplioribus, flore cæruleo: alia folio rotundiore, ſed minore, hiſpidiore, dentato.

XVI. Chamædrys ſpuria minor latifolia.

Teucrium ſecundum, vel Teucrium pannonicum minus, Cluſ. pan. at. 5. Eid. hiſt.

Teucrium pannonicum, Tab. Ger.

Flos aut cærulei ſaturati coloris aut dilutioris & quaſi cinerei: ſic ex carneo candicantis.

XVII. Chamædrys ſpuria latifolia minima.

Veronica tetragona mont. recta minima, Col.

XVIII. Chamædrys ſpuria minor anguſtifolia: pro quinta in Prodrom. deſcripta: quam Treucrij quarti ſpeciem 3. Cluſ. hiſt. ſecundum deſcriptionem diceremus, niſi figura ejus aliam oſtenderet.

XIX. Chamædry ſpuriæ affinis rotundifolia ſcutellata.

Alyſſum Dioſcoridis montanum, Col.

CHAMÆPITYS.

Χαμαίπιτυς Dioſcoridi lib. 3. c. 175. & 176. quaſi humilis picea, quòd folia Piceam oleant. Plinio l. 24. c. 6. Chamæpitys, Latinis Ajuga appellatur, diciturq; propter abortus, ab alijs Thus terræ.

Genera tria Dioſcor. 1. herba eſt quæ humi ſerpit incurvæ ſimilis, folijs ſempervivi minoris: at multò tenuioribus pinguioribusq; & hirſutis: floribus luteis, vel candidis: 2. cubitalibus ramis in anchoræ ſpeciem incurvatis flore candido: 3. mas eſt, herbula lævis, foliolis tenuibus, albis, piloſis: caule ſcabro, candido: puſillis floribus luteis, &c. Plin. l. c. cubitalibus ramis flore pinus & odore: altera brevior & incurvæ ſimilis: tertia eodem odore, & ideò nomine quoq;, parvulo cauliculo, craſſitudine digitali, folijs ſcabris, exilib. albis, in petris naſcens.

I. Chamæpitys incana exiguo folio.

Chamæpitys prima, Fuch. Ang. Lon. (qui flores purpureos tribuit.)

Chamæpitys tertia, Dod. Matth. Ital. Lac.

Ajuga 1. Tur. ſive Chamæpitys altera, Matth.

Chamæpitys 1. Dioſcoridis odoratior, Ad. Lob.

Chamæpitys tertia, ſive altera, Matth. Lugd.

Folijs eſt incanis, hirſutis floſculis luteis diſtincta ab Echio ſcorpioide, Chamæpityde vermiculata, & Anthylloide, Thalij.

II. Chamæpitys moſchata, folijs ſerratis: an prima Dioſcoridis?

Chamæpitys ſpecies Monſpelij, Geſ. hor.

Iva moſchata Monſpelienſium, Ad. Tab. Ger.

Anthyllis altera, Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt. Lugd.

Anthyllis Chamæpitides minor, Lob.

Chamæpitys ſpuria prior, ſive Anthyllis altera, Dodon.

Chamæpitys altera & major, Cæſ.

III. Chamæpitys lutea vulgaris, ſive folio trifido.

Chamæpitys tertia, Trag. Fuch. Ang.

Chamæpitys ſecunda, Tur. Lon.

Chamæpitys 1. Matt. Dod. Lac. Cord. hiſt. Lugd.

Chamæpitys, Geſ. hor. Cæſ. vera, Cord. in Dioſ.

Chamæpitys major, Tab. mas, Ger. Eyſt.

Ajuga ſive Chamæpitys mas Dioſcoridis, Ad. Lobel.

Ajuga, Caſt. tertia, Tur.
Ajuga luteo flore, Cluſ. pan. & hiſt.
Periſterona Cratevæ, Ang.
Flore eſt luteo: at Cluſius in hiſt. meminit Ajugæ multifidis folijs flore rubeſcente, quod Fuchſio & Dod. tertium ſit.
IV. Chamæpitys cærula Auſtriaca.
Chamæpitys Auſtriaca, Cluſius pan. & hiſtor. Eyſtett.
Chamæpitys cærulea, Cam.
Flore eſt communiter cæruleo: rarius purpureo.
V. Chamæpitys ſpuria multifido folio, Lamij flore.
Ajuga adulterina, Cluſ. hiſp. Lugd.
Chamæpitys ſpuria altera, Dod. qui duplicem figuram habet, quem Lugd. hiſtoria imitatur.
Chamæpitys adulterina, Lob.
Chamæpitys alia. Cam. ep.
Pſeudochamæpitys, Cluſ. hiſt.

A L S I N E

Ἀλσίνη Dioſcoridi l.4.c.87. quòd lucos, quos ἄλση nominant & umbroſa loca amet: & Μυὸς ὦς, id eſt, muris auricula, quòd muſculorum auribus folia ſimilia habet. Sic Plinio l.27.c.4. Alſine quam quidam Myoſoten appellant, naſcitur in lucis, unde & Alſine dicta. Unius uterq; meminit.

I. Alſine hederulæ folio.
Alſine quartum genus, Fuch. ico.
Elatine, Dod. gal. Lac. Thal. prior, Lugd.
Lappago Plinij, Ang.
Alſine mas, Geſ. hor. ſpecies in vinetis, Eid. col.
Alſine ſpuria prior, Dod.
Morſus gallinæ folio hederulæ, Ad. Lob.
Centunculus hirſutior, Cæſ.
Alſine hirſuta, Cam.
Alſine hederacea, Tab. Ger.
Variat foliorum magnitudine: flore purpuraſcente, aut dilutè purpuraſcente: rarius lacteo.
II. Alſine Veronicæ folijs floſculis cauliculis adhærentibus.
Elatine polyſchides, Lugd.
Alſine folio Veronicæ, Tab. Ger.
Alyſſon, Col. in phytobas.
III. Alſine Chamædrifolia floſculis pediculis oblongis inſidentibus.
Morſus gallinæ tertiæ, Trag.
Alſine media, Fuch. Lugd Cam.
Alſine, Tur. alterum genus, Fuch. ico.
Elatine altera, Dod. gal. Lugd.
Alſine altera folijs ſerratis, Geſ. col.
Alſine folijs Triſſaginis, Lob. ico. Tab. Ger.
Alſine ſpuria altera, Dod.
Antirrhinon Dioſcoridis, Cæſ.
IV. Alſine triphyllos cærulea.
Hendelkraut/ cæruleis floſculis, Trag.
Alſine parva recta, Lob. ico. Cam.
Elatine triphyllos, Lugd.
Dactiliobotanon cæruleo flore, Thal.
Alſine recta, Tab. Ger.
Altera majoribus & craſsioribus folijs: altera minoribus.
V. Alſine Symphyti petræi capitulis.
Alſine alia, Cluſ. hiſp. Boëtica, Eid. hiſt.
VI. Alſine ſcandens baccifera.
Cyclaminus altera Dioſcoridis, Ghini.
Recentiorum planta, Alſines majoris facie baccis Solani, an Cucubalum Plinij, Ad.
Alſine repens, Cluſ. hiſp. & hiſt. ap. alt. Lob. Dodon. Caſt. Cam.
Alſine major, Cluſ. hiſt. maxima, Thal.
Cucubalus Plinij, Lugd.
VII. Alſine bacciferæ ſimilis ſuis acinis.
Herbæ adverſus hæmorrhoides admirabilis acini, Cluſ. hiſt. app. alt. ad lib. 6.
VIII. Alſine altiſsima nemorum.
Morſus gallinæ majus, Brunſ.
Morſus gallinæ 2. genus, Trag.
Alſine major, Dod. Cam. Tab. Ger.
Alſine major, & Alſine genuina Dioſc. Lugd.
Alſine maxima, Lob. ico. media, Thal.
Centunculus viticulis cubitalibus, Cæſ.
IX. Alſine anguſtifolia.
Alſine maxima, Lugd.
X. Alſine major.
Alſine marina, Dod. Tab. Ger.
Alſine ſive Hippia major, Lob. ico.
Centunculus, Cæſ.
XI. Alſine media.
Morſus gallinæ primum genus, Trag.
Alſine, Math. Ang. Lac. Lon. Lob. Lugd. Caſt.
Alſine major, Fuch. 1. genus, Eid. ico.
Alſine media, Dod. gal. Tab. cui & Alſine, Geſ.
Hippia minor, Cord. hiſt.
Alſine minor, Dod. Ad. Lob. ico. Thal.
Alſine morſus gallinæ fœmina, Geſ. hor.
XII. Alſine minor multicaulis.

Morſus

Morſus gallinæ minor, Brunf.
Morſus gallinæ ſpecies 4. Trag.
Alſine, Turn. minor, Fuch. Dod. gal. Lon. Thal. Lugd. Tab.
Alſines 3. genus, Fuch. ico.
Alſine minima, Dod. Ad. Lob. Cam. Ger.
Centunculus minutiſsimis cauliculis, Cæſ.

XIII. Alſine minor lini capitulis.
Alſine minima ſuffruticis inſtar, Thal.
Alſine petræa minima, Tab. petræa, Ger.

Variat: alia ſuffrutici ſimilis, rigidis cauliculis: alia cauliculis tenerioribus: tertia medio modo ſe habet cauliculis non adeò implexis: & hujus, ut & prioris, plures differentiæ notantur, foliorum longitudine, tenuitate, hirſutie differentes.

XIV. Alſine minor foliis rotundis.
Alſines minoris alia ſpecies, Thal.

Variat: alteri enim folia ſunt latiora, rotundiora: alteri ſubrotundiuſcula & mucronata: alterius, medio modo ſe habent.

XV. Alſine verna Androſaces capitulis: ſub 6. in Prodromo deſcripta.

XVI. Alſine affinis Androſace dicta major.
Androſace altera, Matth. Lugdun. Cluſ. pan. & hiſt. Cam. Tab.
Androſace annua ſpuria, Ger.
Morſus gallinæ, vel Alſines ſpecies non ex Syria, ſed ex quadam antiqua macerie, Ad.

XVII. Alſine affinis Androſace dicta minor: ſub 5. in Prodromo deſcripta.

XVIII. Alſine nodoſa gallica.
Alſine nodoſa, Lugd.

Alſine Spergula dicta.

I. Alſine Spergula dicta major.
Spergula, Dod. Lugd.
Sagina Spergula, Ad. Lob.
Alſine tenuifolia altera, vel terreſtris altera τειχόφυλλος, Col.

II. Alſine Spergulæ facie media.
Spergula marina, Lugd.
Anthylloides, Thal.

III. Alſine Spergulæ facie minor: ſive Spergula minor floſculo ſubcæruleo: quæ ſub Alſine 9. in Prodromo deſcribitur.
an Aſterias ſive Stellaria, Lugd.

Alſine paluſtris.

I. Alſine aquatica major.
Alſine paluſtris, Tab. Ger.

II. Alſine aquatica media.
Alſine fontana, Tab. Ger.

III. Alſine aquatica minor & fluitans.
Alſine fluviatilis, Tab. Ger.

IV. Alſine paluſtris minor, folio oblongo: quæ 2. in Prodromo, & Portulacæ aquaticæ nomine miſſa.

V. Alſine paluſtris minor ſerpillifolia: quæ 1. in Prodromo.

VI. Alſine littoralis folijs Portulacæ.
Alſines genus pelagicum, Cluſ. hiſt.

VII. Alſine maritima flore rubente.
Alſine maritima Neapolitana, Col.

VIII. Alſine minor Androſaces alterius Matthioli facie: quæ 5. in Prodromo.

IX. Alſine nodoſa Germanica: quæ 8. in Prodromo.

X. Alſine tenuifolia muſcoſa.
Alſine muſcoſa, Lugd.

Alſine alpina.

I. Alſine alpina glabra: in Phytopinace ſub 21. at in Prodromo ſub 3. deſcripta.

II. Alſine alpina junceo folio: ſub 22. in Phytop. at ſub 4. in Prodromo propoſita.

III. Alſine montana capillaceo folio.
Alſine ſaxifraga anguſtifolia minima montana, Col.

IV. Alſine alpina cauliculis nudis prolifera.
an Saxifragia 3. Col.

V. Alſine alpina minima glabra: quæ 7. in Prodromo.

VI. Alſine montana latifolia flore laciniato.
Alſine montana hederacea maxima, Col.

Alſine hirſuta arvenſis.

I. Alſine hirſuta magno flore.
Auricula muris quibuſdam, Dod. gal.
Alſine ſpuria 3. Eid. lat.
Alſine myoſotis, Ad.
Alſine hiſpida 1. Thal.

Hæc duplex eſt: alterius folia minore hirſutie donantur: alterius piloſiora ſunt.

II. Alſine hirſuta altera viſcoſa.
Auricula muris 3. Dod. gal.
Alſine ſpecies glutinoſa, Geſ. col.
Alſine ſpuria 4. Dod.
Alſine viſcaria, Cam.

III. Alſine hirſuta minor.
Alſine hiſpida minuta, Thal.

ANAGALLIS.

ANAGALLIS *Ἀναγαλλὶς Dioſcoridi lib. 2. cap. 209. Anagallida, aliqui Corchorum vocant, Plinio lib. 25. cap. 13. Genera duo Dioſcoridi & Plinio flore tantùm diſtantia: quæ cæruleo eſt flore, fœmina: quæ phœniceo mas iiſdem dicitur.*

Anagallis terreſtris.

I. Anagallis phœniceo flore.

Anagallis, Cord. in Dioſc. Geſ. hor. mas, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. Tur. Lac. Lon. Lugd. Caſt. Ger.

Anagallis rubro flore vel purpureo, Geſn. col.

Anagallis phœnicea mas, Ad. Lob.

Anagallis phœnicea, Tab. punicea, Cæſ.

Anagallis phœniceo flore, Cam. mas, Cluſ. hiſt.

Anagallis terreſtris mas, Thal.

Corcorus Cratevæ, Theoph. & Nicandri, Ang.

Hæc Dioſcoridis mas eſt: aliquibus Corallina Æginetæ: alijs Corcorus Plinij: alijs Molochia Serapionis. Variat floris colore: phœniceo eſt communiter: eſt & purpuraſcente ſive obſoletè purpureo, cui phœniceum quidpiam permiſtum conſpicitur, monente Cluſ. hiſp. & hiſt.

II. Anagallis cæruleo flore.

Anagallis fœmina, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. Tur. Lac. Lon. Caſt. Lugd. Ger.

Anagallis cærulea fœmina, Ad. Lob. Cluſ. hiſt.

Anagallis cęrulea, Cęſ. Tab. cęruleo flore, Cam.

Anagallis terreſtris fœmina, Thal.

Flore eſt cæruleo, rarius albo.

III. Anagallis cærulea, folijs binis terníſve ex adverſo naſcentibus.

Anagallis tenuifolia Monnelli, Cluſ. hiſt. ap. alt.

IV. Anagallis lutea nemorum.

Numularia ſylvatica vel mas, Geſn. hort.

Anagallis lutea, Ad Lob. Lugd. Thal. Tab. Ger.

Anagallis luteo flavóve flore, Cam. Cluſ. pan. & hiſt.

Alſine lutea, Lugd.

Folio aliquando ampliore reperiri, auctor eſt Cluſ. hiſt. ap. alt.

Anagallis aquatica.

I. Anagallis aquatica major folio ſubrotundo.

Anagallis aquatica, folio maximo, Thal.

Berula ſive Anagallis aquatica, Tab.

Anagallis ſive Beccabunga, Ger.

II. Anagallis aquatica minor folio ſubrotundo.

Sion, Brunf. non odoratum 1. Trag.

Sium, Ang. Eric. Cord. Fuch. Lon. non odoratum quibuſdam, Geſn. hort.

Sij alterum genus, Fuch. ico.

Cepæa, Tur. Dod. gal.

Anagallis aquatica, (ſive Becabunga Germanorum) Ad. Lob. Dod. Lugd. Thal. Cæſ.

Anagallis aquatica minor 1. Tab.

Anagallis aquatica minor flore pallido, Ger.

Quibuſdam Sium Dioſcoridis lib. 2. cap. 154. ſed folia oluſatri deſunt & inodora ſunt: alijs Cepæa Dioſcoridis lib. 3. cap. 168, ſed folia Portulacæ hæc non habet.

III. Anagallis aquatica major folio oblongo.

Berula major, Tab.

Anagallis aquatica, Ger. major, Geſn. col.

IV. Anagallis aquatica minor folio oblongo.

Anagallis aquatica minor 2. Tab.

Anagallis aquatica minor, Ger.

V. Anagallis aquatica folijs pulegij ſerpillíve.

Sium alterum & Anagallis aquatica, Trag.

VI. Anagallis aquatica folio rotundo non crenato.

Anagallis aquatica altera, Lob. Lugd.

Anagallis aquatica 3. Lob. ico.

Guilandinus modò Aliſma, modò Cochleariam nobis nominavit: & alij Samolum Plinij lib. 25. cap. 11. faciunt.

VII. Anagallis aquatica anguſtifolia.

Anagallis aquatica 4. Lob. ico.

VIII. Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata: hæc in Prodromo, & pro 9. in Phytopynace deſcripta.

ELATINE.

Ἐλατίνη folia habet Helxinæ, at minora & rotundiora piloſa, &c. in ſegetibus, Dioſcoridi lib. 4. cap. 40. Idem Plinius lib. 27. cap. 9. Elatine nomine.

I. Elatine folio ſubrotundo.

Veronica fœmina, Matth. Fuch. Geſn. hort. Tur. Dod. Lon. Cæſ. Caſt. Lugd. (qui Matthioli & Fuchſij figuram exhibet) Cam. Ger.

Elatine Dioſcoridis, Ad. Lob.
Verbaſculum quorundam, Lugd.
Elatine 1. Tab. altera folio rotundo, Thal.

Reperitur folijs latioribus oblongis: dein folijs decuplo minoribus, rotundis Numulariæ forma, quam Elatines alteram ſpeciem Thalius facit.

II. Elatine folio acuminato in baſi auriculato, flore luteo.
Elatine, Matth. Caſt. Lugd. recta, Lob.
Elatine altera, Dod. Lob. ico. Tab. Ger.
Elatine folio acuminato, Thal.
Linaria hederulæ folio, Col.

In agris hirſutior & minor: in hortis glabrior & lætius virens.

III. Elatine folio acuminato flore cæruleo.

Differt à priore folijs rotundioribus, ad baſin minus auriculatis: ac floribus, qui ſubcærulei, vel cærulei ſunt: & Monſpeſſuli in loco Gramuntio, & hinc inde circa vias reperitur.

SECTIO SECUNDA.

HELIOTROPIUM; AURICULA MURIS; ECHIUM; ONOSMA; ANCHUSA; LYCOPSIS; BUGLOSSA ET BORRAGO; Cynogloſſum; Cerinthe; Lithoſpermum; Symphytum; Pulmonaria; Conſolida media; Brunella; Bellis.

HELIOTROPIUM.

Ἡλιοτρόπιον Dioſcoridi lib. 4. cap. 193. quod τὰ φύλλα τῷ τοῦ ἡλίου συμπεριτρέπεται, quòd folia cum Sole circumagat: σκορπίουρος, quod ramuli cum floribus, Scorpionum caudæ modo inflectantur. Theophraſto 7. hiſt. 3. & 9. Solare herba Gaza vertente. Plinio lib. 22. cap. 21. Heliotropium quod cum Sole ſe circumagat, etiam nubilo die, tantus ſideris amor eſt, noctu velut deſiderio contrahitur cæruleus flos.

Genera duo Dioſcoridi: majus flore candido, aut ſubfulvo: minus, ſemine verrucarum (hinc Verrucaria) penſile. Plinio, tricoccum & Helioſtrophium: parvum & magnum intelligens.

I. Heliotropium majus Dioſcoridi.
Heliotropium majus, Matth. Ang. Dod. Geſn. hort. (& Scorpioides album) Lac. Adv. Lobel. Cæſ. Lugd. (& Verrucaria) Caſt. Tabet. Camer. Ger. Cluſ. hiſt.
Herba cancri majus, Lon.

II. Heliotropium minus ſupinum.
Heliotropium ſupinum, Dod. Cluſ. hiſp. & hiſt. Ger. deſc.
Heliotropium humi ſparſum, Lugd.
Heliotropium minus 1. Tab.

III. Heliotropium ſupinum alterum.
Heliotropium minus folio ocimi, Geſn. col.
Heliotropium minus, Lob. ico. Ger. repens, Ad.
Heliotropium minus 2. Tab.
Verrucaria altera minor, Lugd.

IV. Heliotropium tricoccum.
Heliotropium minus, Matth. Lac. Caſt. Lugd. Dod. Cam. ep. & hort. cui & herba Clytiæ.
Heliotropium minus tricoccum, Geſn. hort. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Heliotropium vulgare Torneſol Gallorum, ſive Plinij tricoccon, Ad.
Helitropium parvum Dioſcoridis, Lob.
Heliotropium tricoccum, Cæſ. Lugd. Tab. Ger.

V. Heliotropium alterum, Matth. Lug. quid?

AURICULA MURIS SIVE ECHIUM SCORPIOIDES.

Μυὸς ὦτα ſive μυὸς ὠτίδα, id eſt, muris auricula, quam Myoſotida vocant, Dioſcoridi lib. 2. cap. 214. Myoſota ſive Myoſotis, Plinio lib. 27. cap. 12.

Echium ſcorpioides: Echium, propter foliorum formam: Scorpioides, eò quod ramulos floribus onuſtos caudarum Scorpionum inſtar contorqueant, vocamus: & cum alij Myoſotida, alij Heliotropium faciant, Heliotropium ſequi, & Echium præcedere voluimus.

I. Echium Scorpioides arvenſe.
Auricula muris minor 3. Trag.
Euphraſia 4. & Piloſella ſylveſtris, Eid.
Scorpioides mas, Dod. in ico.
Scorpioides aquaticum, Geſn. hort.
Scorpioides 3. Dod.
Myoſotis hirſuta reptans, Adv. Lob.
Alſine-myoſotis, ſive Auricula muris, Lobel. icon.
Heliotropium minus alterum, Cæſ. tertium, Taber.
Echij paluſtris altera ſpecies, Thal.
Auricula muris cærulea, Tab.
Piloſella flore cæruleo, Ger.
Heliotropium erectum, Eid.
Echium minimum vel Bugloſſum, Col.
Scorpioides tertium minus Dodonæi, Eyſt.

Variat magnitudine, aliquando vulgata quadruplo major eſt & hiſpidior.

II. Echium Scorpioides minus floſculis luteis: in Prodromo deſcriptum.

III. Echium Scorpioides paluſtre.
Cynogloſſa minor, Brunf.
Euphraſia cærulea, Trag. Tab. Ger.
Scorpioides fœmina, Dod. in ico.
Scorpioides aquaticum, vel paluſtre, vel cæruleum, Geſn. hort.
Heliotropij ſpecies altera, Eid.
Leontopodium, Lon. Lugd.
Myoſotis Scorpioides partim repens, partim erecta, Lob. ico.
Heliotropium minus in paluſtribus, Cæſ.
Echium paluſtre, Cordo, Thal.
Scorpioides tertium majus Dodonæi, Eyſt.
an Auricula muris, Matth. Dod. gal. Lac. Caſt. Lugd.

Eſt glabrum, aliquando leviter hirſutum: flore eſt cæruleo, rarius niveo.

E C H I U M.

E''*Χιον, ἢ ἀλκιβιάδιον Dioſcoridi lib. 4. cap. 27. Echium dictum volunt quòd contra viperarum ictus valeat: alij quòd floreſcat capitulis viperæ ſimilibus: ſed Dioſcoridi, quòd ſemina κεφαλῇ ἔχιος ὅμοια, capiti viperino ſimilia habeat.*

Genera: Plinio lib. 25. cap. 9. Echyos utriuſque generis, pulegio ſimilis folijs coronata: Item altera, quæ lanugine diſtinguitur ſpinoſa, cui & capitula viperæ ſimilia ſunt. Verùm Dioſcoridis Echium, à Plinio lib. 22. cap. 20. Pſeudoanchuſam dici putant, quam à quibuſdam Enchuſam, aut Dorion, & multis alijs nominibus appellatum ſcribit.

I. Echium majus & aſperius flore albo.
Echium flore albo, Cam. ep. Matth. & hort.

II. Echium vulgare.
Echium, Matth. Ang. Lac. Geſn. hort. Dod. Lob. ico. Caſt. Lugd. vulgare, Cluſ. pan. & hiſt.
Echium, ſive Alcibiacum, Dod. gal.
Lycopſis, Cord. in Dioſc.
Bugloſſum ſylv. Lon.
Echium, Bugloſſum agreſte, Ad.
Echium floribus purpurantibus rubellis, Lob.
Anchuſa major, Cæſ.
Anchuſa ſylv. Thal.

Flos communiter cæruleus eſt: aliquando ex purpura rubet, vel ſubcinereus eſt. Caulis aliquando duorum triúmve digitorum latus, quemadmodum in Beta, Digitali purpurea, Cucurbita, Tithymalo cypariſſia & alijs obſervavimus.

III. Echium Creticum latifolium rubrum.
Echium 3. vel Echium Creticum 1. Cluſ. hiſt.

IV. Echium Creticum anguſtifol. rubrum.
Echium 4. vel Echium Creticum 2. Cluſ. hiſt.

V. Echium ſylv. lanuginoſum.
Echium 1. & Echium pullo flore, Cluſ. pan. & hiſtor.

VI. Echium ſylv. hirſutum maculatum.
Echium 2. vel rubro flore, Cluſ. pan. & hiſt.

Flos nunc ſaturatè rubente, modo dilutiore colore præditus eſt.

VII. Echium alpinum luteum.
Echium montanum Dalechampij, Lugd.
Trachelium θυρσοειδὲς, Cluſ. pan.

VIII. Echium pumilum flore luteo.
Echium flavo flore, Cluſ. cur. poſt.

IX. Echium luteum minimum.
Echioides lutea minima Apula campeſtris, Col.

X. Echium pumilum album.
Echioides parva alba Amphibia, Col.

XI. Echium Hiſpanicum flore calcari donato: quod 1. eſt in Prodromo.

ONOSMA.

Ὄνοσμα Dioſcoridi l.3.c.147. folijs Anchuſæ ſine caule, ſemine & flore: & Plinio l.27.c.12. cui Onoſma.
Onoſma, Matth. Lac. Lon. Caſt. Lugd. Tab. Ger. Hactenus plantam non vidimus: eſſe autem Lycopſidi cognatam & in Anchuſis habendam, figura oſtendit: & Adverſariorum authores, id velle videntur.

ANCHUSA.

Ἄγχουσα Dioſcoridi l.4.c.23. παρὰ τὸ ἄγχειν quòd vim ſuffocatoriam habeat, dicta videtur: alijs verò à florido radicis colore, ſiquidem ἀγχούσειν erat fuco illinire: hinc Galenus in Oratione ſuaſor. ad artes 6. Anchuſa pictas dicit. Anchuſa etenim ab Echio, Lycopſides & Bugloſſa, radicis ſanguineo ſucco, quo manus inficiuntur, Dioſcoride monente, differt.

Genera tria Dioſcoridi: 1. quæ ὀνόκλεια, folijs Lactucæ hirſutis: 2. quæ Ἀλκιβιάδιον ἢ Ὀνοχειλὲς, quæ priore minor: 3. ſecundæ non diſſimilis, ſemine puniceo. Plinius lib.22.c.20. primam Dioſcoridis nomine Anchuſæ, & l.27.c.5. ſecundam ſub Alcibio propoſuit: & l.22.c.21. Onochiles habetur.

I. Anchuſa Echij folijs & floribus.
Anchuſa, Ad.
II. Anchuſa lutea major.
Anchuſa tertia, Matth. Ang. Lac. Cam.
Anchuſæ prima ſpecies fortè, Cord. in Dioſc.
Bugloſſa rubra, vel Anchuſa tertia, Lon.
Anchuſa lutea, Ad. Lob. ico.
Anchuſa quarta ſeu Pſeudoanchuſa, Dod.
Anchuſa flore ex albido, Cluſ. pan. & hiſt.
Flos luteus, rariùs albus: aliquando ex albo palleſcens.
III. Anchuſa lutea minor.
Anchuſa Echioides lutea, Col.
IV. Anchuſa puniceis floribus.
Anchuſa, Geſ. hor. ſecunda, Matt. Ang. Lac. Lug.
Bugloſſa rubra, vel Anchuſa 2 Lon.
Anchuſa minor ſeu Alcibiadion, vel Onochiles, Ad.
Anchuſa parva, Lob. ico.
Anchuſæ alterum genus Onochiles dictum, Cluſ. hiſtor.
V. Anchuſa minor Patavina.
Anchuſa tertia, Cam. ep.
VI. Anchuſa anguſtifolia.
Anchuſa lignoſior anguſtifolia, Ad. Lob. icon. Lugd. Cluſ. hiſt.
Tragoriganum nothum Dalechampij, Lugd.
Lithoſpermum minus repens in Phytopynace; at in Matthiolo
Lithoſpermum fruticoſum anguſtifolium.

LYCOPSIS.

Λύκοψις, quibuſdam ἄγχουσα, quia radice etiam rubra eſt Dioſcoridi l.4.c.6. Lycopſis, Plinio l.27.c.11. Sic dicta fortè à caulis, foliorum & florum impexa hirſutie pedem lupinum imitante.

I. Lycopſis.
Cynogloſſum, Matth. Lac. Lugd.
Cynogloſſa vera, Caſt.
Bugloſſum vulgare, Lon. ico.
Echij altera ſpecies, Dod.
Lycopſis, vel Lycapſis degener Anchuſa, Æginetæ, Ad.
Lycopſis altera Anglica, Lob. Lugd.
Echion, Cæſ.
Aliquando caule caret: Monſpeliaca flore eſt dilutè purpureo: Anglica ſaturatioris eſt purpuræ.
II. Lycopſis Ægyptiaca.
Lycopſis Dioſcoridis, Cynogloſſi genus, Rauvvolff. Lugd. ap.

BUGLOSSA ET BORRAGO.

Βούγλωσσον, Dioſcoridi libr.4.cap.28. quod linguas bubulas imitetur. Dicitur & Εὐφρόσυνον, quod in vinum conjecta animi voluptates augeat, Dioſcoridi & Plinio libr.25.cap.8. cui Bugloſſos, boum linguæ ſimilis.

Borrago

Borrago verò officinis, ad imitationem Marcelli dicta, Bugloſſa vera veterum cenſetur, & ab officinarum Bugloſſa diverſa eſt, quam aliqui Bugloſſam veterum, alij eorundem Lycopſin, alij Cirſium, neſcio quàm rectè, dicunt. Utramq; pro Bugloſſa agnoſcimus, ipſam Borraginem officinarum, Bugloſſam latifoliam: & Bugloſſam officinarum, Bugloſſam anguſtifoliam nominantes. At Guilandinus, Bugloſſum officinarum, Bugloſſam antiquorum eſſe aſſerit: Boraginem verò à Dioſcoride Echion vocari ſuſpicatur.

Bugloſſum ſativum.

I. Bugloſſum latifolium, Borrago.
Borrago, Brunſ. Trag. Fuch. ico. Ang. Geſ. hort, Dod. Lon. Lugd. Cæſ. Cam.
Bugloſſum, Matth. Fuch. Tur. Lac. Ad. Caſt.
Bugloſſum verum, Dod. gal. Cord. in Dioſc.
Borrago flore cæruleo: & albo, Eyſt.
Bugloſſum latifolium, Lob. vulgare, Cluſ. hiſp.
Bugloſſa urbana, Cluſ. hiſt.
Borrago floribus albis, Tab, hortenſis, Ger.
Flore eſt communiter cæruleo: aliquando candido, vel ex palleſcente roſeo: interdum Autumno ſuaverubente. Et Taber. proponit
Borraginem ſylv. floribus albis, quæ
Borrago flore albo, Ger. &
Borraginem tenuifoliam, quæ,
Lycopſis Anglica, Ger.
II. Bugloſſum latifolium ſemper virens.
Bugloſſum ſemper virens, Ad. Lob. ico. Lugd. Camer.
Bugloſſum Hiſpanicum, Cæſ. Tab.
Borrago ſemper virens, Ger. Hiſpan. latifolium, Eyſtett.
III. Bugloſſum anguſtifolium majus.
Bugloſſa, Brunſ. Cæſ. Italica, Trag. Lon.
Bugloſſa longifolia, Cord. hiſt.
Bugloſſum vulgare, Matth. Lac. Caſt. Lugd. Taber. Ger.
Cirſium Italicum, Fuch.
Lycopſia, Ang. Lycopſis, Dod. gal.
Cirſium, Cord. in Dioſc.
Echium Italicum ſpinoſum, Fuch. ico.
Anchuſa, Tur. Anchuſa Alcibiadion, Dod.
Bugloſſus Italica, vel Gallica major, vel vera, Geſ. hort.
Bugloſſum anguſtifolium, Ad. Lob.
Bugloſſum Italicum, vel Hiſpanicum grande, Camer.
Bugloſſum Italicum flore cæruleo: flore albo, Eyſtett.
Floris color cæruleus, albus, rubeus, interdum variegatus: folia modo latiora, modo anguſtiora ſunt: hinc figuræ tres apud Tab. & Ger. apud illum Bugloſſa vulgaris Italica mas, & Italica fœmina: apud hunc, Bugloſſa vulgaris, Anchuſa Alcibiadion & Anchuſa lutea, ico.
Aliquando folijs eſt latioribus, ſinuoſis, flore albo, qui cum ramo inſtar Scorpioidis incurvatur, eoq; à priore differt, quod
Bugloſſum folijs ſinuoſis nominavimus.
IV. Bugloſſum vulgare, aſperitate & proceritate diſcrepans.
Bugloſſum vulgare violaceo & albo colore, Eyſtett.
V. Bugloſſum anguſtifolium minus.
Bugloſſa minor, Trag.
Cirſium Germanicum, Fuch. Loniceri, Lugd.
Echium lanuginoſum primum, Fuch. ico.
Anchuſæ genus, Dod. gal. 3. Eid. lat.
Bugloſſus minor, Geſ. hor.
Cirſium minus, Lon.
Echij facie Bugloſſum minimum, Lob.
Bugloſſum minus ſativum, Lugd.

Bugloſſum ſylveſtre.

I. Bugloſſum ſylveſtre majus nigrum.
Bugloſſum alterum flore nigro, Matth.
Bugloſſum ſylv. Matthioli, Lugd.
Bugloſſum ſylv. majus, Caſt.
Bugloſſa ſylv. nigra, Thal.
Flore nigro, rariſsimè albo.
II. Bugloſſum ſylv. minus.
Bugloſſum ſylv. Brunſ. Dod.
Borrago ſylv. Trago.
Echium, Fuch. Germanicum ſpinoſum, Eid. ico.
Echium alterum, Cord. in Dioſc.
Lycopſis ſylv. Dod. gal.
Bugloſſa ſylv. Dod. ſylv. altera: Lon.
Bugloſſum erraticum aſperum echioides, Ad.
Echium Fuchſij, Lugd. Cam.
III. Bugloſſum ſylveſtre minus alterum & aſperius.
Bugloſſa ſylv. Trag.
Anchuſa minor, Cord. hiſt.
Lycopſis, Lon. Lugd.
Bugloſſum ſylv. minus, Caſt. Lugd.
Flos ex cæruleo purpuraſcit, rarius candidus eſt.
IV. Bugloſſum ſylv. tertium.

Cyno-

Cynogloſſum, Trag. Tur. officin. Fuch. falſum, Lon.
Lycopſis, Fuch. icon.
Cynogloſſos altera Plinij, Dod. gal.
Anchuſa aſpera, Cord. in Dioſc.
Hoc prædicto ſimile, ſed non idem.
V. Bugloſſum ſyl. caulibus procumbentibus.
Alyſſum Germanicum Echioides, Lobel. Lugdunen.
Bugloſſæ ſylv. ſpecies, Thal.
Aparine major Plinij, Tab. Ger.
Crucialis quædam, Cæſ.
Aſperugo ſpuria, Dod. belg.
Borrago minor ſylv. Col.

CYNOGLOSSUM.

Κυνόγλωσσον Dioſcoridi lib. 4. cap. 129. id eſt, Lingua canina, à foliorum forma quæ Plantagini latifoliæ ſimilia, at anguſtiora, minora & lanuginoſa Dioſcoridi. Plinio lib. 25. cap. 8. Cynogloſſos caninas imitans linguas, topiarijs operibus gratiſſima: eſt & alia ſimilis ei, & quæ ferat lappas minutas. Neutrum Dioſcoridis eſſe cenſemus.

I. Cynogloſſum maximum Belgicum.
Cynogloſſum maximum, Lob. obſ.
Hoc foliis, floribus & ſeminibus vulgato duplo majus eſt.
II. Cynogloſſum majus vulgare.
Cynogloſſa major, Brunf.
Cynogloſſum vulgare, Matth. Lob. Thal. Caſt. Lugd. Cluſ. hiſt. Eyſt.
Cynogloſſum, Dod. Ad. Tab. Ger. officinarum, Lon.
Cynogloſſus vulgaris, Geſ. hor.
Cynogloſſa, Cæſ. major, Cord. in Dioſc.
Cynogloſſa vulgaris major, Col.
Lycopſis, Lac.
Hoc ſæpe ſine caule reperitur, quod tamen à caulifero diverſum non eſt: hinc duæ figuræ apud Matthiolum, Lob. Dod. Rarius flore albo occurrit.
III. Cynogloſſum ſylvaticum rubente caule.
Cynogloſſum ſylvaticum Harcynicum, Thal.
an Cynogloſſum montanum, Cæſ.
an Cynogloſſa montana maxima frigidarum regionum, Col.
IV. Cynogloſſum ſempervirens: in Phytopynace & Prodromo deſcriptum.
an Cynogloſſa media altera virente folio, Col.
V. Cynogloſſum globoſo flore.
Cynogloſſa media montana incana anguſtifolia altera, Col.
VI. Cynogloſſum fructu umbilicato.
Cynogloſſa altera media fructu κοτυλώδης ſive λυχνιώδης, Col.
VII. Cynogloſſum medium.
Cynogloſſo ſimilis planta Plinij.
Cynogloſſa minor, Cord. in Dioſc.
Cynogloſſum puſillum Narbonenſe, Ad. Lob. ico. Lugd.
Cynogloſſum parvum, Cæſ. Italicum, Cam.
Cynogloſſum pumilum, Cluſ. pan. ſive Auſtriacum alterum, Eid.
Cynogloſſum Narbonenſe, Eyſt.
Cynogloſſa minor montana ſerotina altera Plinij, Col.
VIII. Cynogloſſum Creticum argenteo anguſto folio.
Cynogloſſum parvum cinereum Creticum, Camerar.
Cynogloſſum Creticum primum, Cluſ. hiſt.
an Cynogloſſa media argentea Apula campeſtris, Colum.
IX. Cynogloſſum Creticum latifolium fœtidum.
Cynogloſſum Creticum ſecundum, Cluſ. hiſt.
X. Cynogloſſum minus.
Elatine, Trag. Lon.
Lappula ruſticorum, Lugd.
Cynogloſſa minor montana ſerotina altera Plinij, Col.
Hæc magnitudine variat; cum vix ſemipalmaris in Anglia reperiatur.

CERINTHE SIVE CYNOGLOSSUM MONTANUM.

Cerinthe Plinio lib. 21. cap. 12. eſt folio candido incano, cubitalis, capite concavo, mellis ſuccum habente: floris avidiſſimæ ſunt apes.

I. Cerinthe ſeu Cynogloſſum montanum majus.
Cerinthe, Geſn. hort. Caſt. quorundam, Cluſ. hiſp.
Cynogloſſa montana, Geſn. hort.
Cerinthe major, Lob. Lugd. Cam. Cluſ. hiſt. Tabern. Ger.
Telephium Dioſcoridis quibuſdam, Eid.
Telephium maculoſum, Cam.
Maru herba, Dod.
Pulmonaria Romana, Cæſ.
Variat flore luteo, purpureo luteo, purpureo & verſicolore.

II. Cerinthe flore ex rubro purpuraſcente.
Cerinthe tertia, Cluſ. hiſt.
III. Cerinthe flore flavo aſperior.
Cerinthe quorundam major flavo flore, Cluſ. hiſtor.
IV. Cerinthe minor.
Cerinthe Plinij, Ad. Lob. ico. Lugd.
Cerinthe minor, Lob. Cam. Tab. Ger.
Cerinthe ſecunda, Cluſ. hiſp. minor ſeu quarta, Eid. hiſt.
Maru herba minor, Dod.
V. Cerinthe folio non maculato viridi.
Cerinthes quintum genus, Cluſ. hiſt. ap. al.

LITHOSPERMUM.

Λιθόσπερμον recenſuit Dioſcorides lib. 3. cap. 158. quod à ſeminis duritie nomen accepit: folijs oleæ longioribus, latioribus & mollioribus, &c. Semen lapidea duritie, rotundum candicans, ervi parvi magnitudine. Plinius lib. 27. cap. 11. Lithoſpermo inter omnes herbas nihil eſt mirabilius, &c. lapillos gerit candore & rotunditate margaritarum, magnitudine ciceris, duritia vero lapidea: & qua pediculis adhærent cavernulas habent & intus ſemen, &c.

I. Lithoſpermum arundinaceum, fortè Dioſcor. & Plinij.
an Coix Theophraſti, 1. hiſt. 16.
Lachryma Chriſti, Trag. Geſner. hort. cui & Jodoci.
Lithoſpermum majus, Trag. Geſ. hor. cui & fruticoſum.
Arundo lithoſpermos, Geſ. hor.
Lithoſpermon primum, Lacun. arundinaceum, Lugd.
Lachryma Jobi, Ad. Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lob. Cam. Caſt. Eyſt.
Lachryma vulgo, Cæſ.
II. Lithoſpermum majus, Matth. Lac. Caſt. Lugd. quid?
III. Lithoſpermum majus erectum.
Saxifraga tertia, Brunſ.
Lithoſpermum, Brunſ. Fuch. Cord. in Dioſc. & hiſt. Tur. Lon. Ad. primum, Anguil. commune, Geſn. hort.
Milium Solis ſativum, Trag.
Lithoſpermum minus, Matthiol. Dod. Geſ. hor. Lac. Lob. Caſt. Lug. Ger. vulgare minus, Cam.
Lithoſpermum ſativum, Fuch. ico.
Lithoſpermum legitimum, Cluſ. hiſt.
Lithoſpermum alterum fruticoſum, Thal.
Lithoſpermum arvenſe, Tab.
Anchuſæ tertiæ ſimilis altera, Cæſ.
Milium Soler Mauritanis, quod in montibus Soler frequenter naſcatur: hinc vulgo milium Solis ineptè dicitur.
Hujus ſpecies minima palmum alta, Lini foliolis anguſtis, granulis puſillis, rotundis, cujus Adverſaria meminere.
IV. Lithoſpermum minus erectum.
Lithoſpermum Anchuſæ facie, Lob. Lugd.
V. Lithoſpermum minus repens latifolium.
V. Kali gramineo folio: quod 2. in Prod.
Salſolæ congener ſemine Polygoni, Cæſ.

VI. Kali Arabum primum genus, Rauvvolf. Lugd. ap.

VII. Kali Craſſulæ minoris folijs.
Kalli 2. ſpecies, Anthillis quibuſdam, Alp.
Kali floridum repens, Aizoides Neapolitârum, Col. part. 2.

VIII. Kali Ægyptiacum folijs valde longis hirſutis.
Kalli tertia ſpecies, Alp.

IX. Kali geniculatum majus.
Kali, Matthiol. Ang. geniculatum, Lugd. Cam. Tabern.
Salicornia, Dod. ut: Lugd.
Anthillis conſtans veluti tritici granis, Cord. ob.ſylv.
Alcali, Geſn. hort. Lon.
Kali geniculatum vermiculatum, Ad.
Kali ſive Sedum marinum, Lemnio.
Kali tertium, Cam.ep.
Kalli primum, Kellu Ægyptijs, Alp.
Salſolæ genus aliud, Cæſ.
Differentię duæ, unum ſimplicius & brevius, dodrantali altitudine, rectum & annuum: alterum multis ramulis fruticâs, lignoſum & grandius, perpetuum. Habetur & rubrum & viride.

X. Kali geniculatum alterum, vel minus.
Kali Arabum 2. genus, Rauvvolf. Lugd. ap.

T R A G U M.

Τράγος, ſive Σκορπίον aut Τράγανος à Dioſcoride l.4. c.51. & à Plinio l.28. c.13. Tragi & Scorpij nomine proponitur: folijs carere ſcribunt: & l.22. c.15. Scorpius alter.

I. Kali ſpinoſum cochleatum.
Drypis Theophr. Tab.
Kali ſive Alkali, Dod.belg.
an Hipophæſton Dalechampij, Lugd.
Sunt qui Tragos eſſe velint.

II. Kali ſpinoſo affinis.
Tragum, Matth. Lac. Caſt. def. Lon. Tab.
Tragus & Kali ſecundum genus, Dod.gal.
Tragon non eſt ſed Drypis, Guil.
Tragon improbus, Matth. Ad.
Tragon Matthioli, Lob. Lugd. Ger.
an Tragos, Cæſ.
Cum Dioſcorides Trago folia non tribuat, idcirco videntur Matthiolus & Tabernæmontanus ſine folijs pinxiſſe: at Lobeli⁹ & ex eo Lugdunenſis hiſtoria, folia adpinxêre, & quidem rectè, ut in Lio Venetorum obſervavimus. Non deſunt qui utramq; hic propoſitam plantam eandem faciant, & forſan non ita malè: quámvis poſterior longioribus & latioribus ſit folijs.

TITHYMALUS.

Τιθύμαλος Dioſcoridi l.4.c.165. τιθύμαλλος, Theophraſto 9. hiſt.12. Lactariam Gaza vertit. Plinio lib.26. cap.8. Tithymalus, quem noſtri herbam lactariam vocant, alij Lactucam caprinam. Sic etiam Columella: at Celſus marinam vocavit: officinæ Eſulam dicunt. Lactaria nominata, ob lac omnibus commune, cum hac leviter ſecta, vel folio abrupto, lac effluat.

Genera Dioſcorides ſeptem recenſet: 1. mas χαρακίας, quibuſdam ἀμυγδαλοειδὴς dictus: alterum fœmina μυρσίτης, quem καρυίτην ἢ μυρσινίτην cognominat: 3. παράλιος quem τιθυμαλίδα appellari ſcit: 4. ἡλιοσκόπιος: 5. κυπαρισσίας: 6. δενδροειδὴς: 7. πλατύφυλλος, Theophraſto 9. hiſt.1. Tithymallorum plura ſunt genera, maritimus: maſculus oleæ folio: myrtarius candidus, Myrti folio. Plinio l.c. genera ejus multa: 1. Characias, qui & maſculus exiſtimatur: 2. Myrſinitem vocant, alij Caryiten folijs myrti: 3. Paralius vocatur, ſive Tithymalus folio rotundo: 4. Heliotropium appellant, folijs Portulacæ, ſic dictum, quoniam caput cum Sole circumagit: 5. Cypariſſium vocant, propter foliorum ſimilitudinem: 6. platyphyllon, alij corymbiten, alij amygdaliten à ſimilitudine: 7. dendroides, alijs cobion, alijs leptophyllon.

Tithymalus Characias, id eſt, vallaris, ſive amygdaloides, à foliorum aliqua forma.

I. Tithymalus Characias amygdaloides.
Tithymallus maſculus, Theoph.
Aſcebra magnum, Meſuæo.
Tithymalus characias, Ang. 1. ſive mas, Dod. ut: Lugd. Cæſ.
Tithymalus characias 2. Cluſ. hiſp. Cam.
Tithymalus characias amygdaloides, Lob.
Tithymali characiæ ſpecies, Thal.
Tithymalus amygdaloides, & amygdaloides latifolius, Tab.

II. Tithymalus characias rubens peregrinus.
Tithymalus characias, Matth. Lac. Lon. Lugd. Caſt. Tab.
Tithymalus characias legitimus 1, Cluſ. hiſp. & hiſtor.
Tithymalus characias alter, Dod. Cæſ.
Tithymalus platyphyllon, Ad.
Tithymalus characias Monſpelienſium, Lob.

III. Tithymalus characias folio lanuginoſo.
Tithymalo characiæ primo ſimilis, Cluſ. hiſp.
Tithymalus characias alter, Eid. hiſt.

IV. Tithymalus characias rubens Germanicus.
Tithymalus pentaclonos, Cord. hiſt.
Tithymalus characias quartus, Dod.
Tithymalus characias Pannonicus, Cluſ. pan.
Tithymalus characias tertius Auſtriacus, Eid. hiſtor.
Tithymalus fruticoſus alius ſtipitibus rubris, Camer.
an Tithymalus latifolius alter, Cæſ.

V. Tithymalus characias anguſtifolius.
Tithymalus myrſinites altera, Lob. Lugd.
Tithymalus myrſinites anguſtioribus folijs, Cæſalp.
Tithymalus myrſinites tertius anguſtifolius, Taber.

VI. Tithymalus characias folio ſerrato.
Tithymalus characias quintus, Dod.
Tithymalus ſerratus Monſpelienſium, Ad. Lob. ico. Dalech. Lugd. cui & myrſinites ſerratus.
Tithymalus myrtites Valentinus, Cluſ. hiſt.

VII. Tithymalus ſylvaticus lunato flore.
Tithymalus platyphyllos, Ang.
an Tithymalus dendroides, Cord. in Dioſc.
Tithymalus in montibus, Cæſ.
Tithymalus lunato flore, Colum.

Tithymalus myrſinites, ſive myrtifolius.

I. Tithymalus myrtifolius arboreus.
Tithymalus dendroides, Matth. Geſ. hor. Lac. Ad. Lob. Lugd. Caſt.
Tithymalus characias tertius, Dod.
Tithymalus arboreus myrtifolius, Lob. ico.
Tithymalus arboreſcens, Cæſ.
an Tithymalus petræus, Ang. Cam.

II. Tithymalus dendroides ex Cod. Cæſareo, Dod. Lugd.

III. Tithimalus myrſinites latifolius.
Tithymalus myrſinites, Matth. Ang. Dod. ut: Geſ. ap. Lac. Lon. Lo. Cæſ. Lugd. Caſt. Cam.
Tithymalus myrſinites, myrtifolius, fœmina repens Dioſc. Ad.
Tithymalus myrſinites legitimus, Cluſ. hiſt.
Tithymalus myrſinites primus, Tab.

IV. Tithymalus myrſinites anguſtifolius.
Tithymalus myrſinites Dioſcoridis, Ad. Lob. icon.
Tithymalus myrſinites alter, Tab.
Tithymalus myrſinites in montibus, Cæſ.

V. Tithy-

V. Tithymalus myrſinites fructu verrucæ ſimili.
Eſula multicaulis & quarta, Trag.
Tithymalus helioſcopius, Dodonæi in ico. & ...
Tithymalus verrucoſus Dalechampij Lugd.
Alypum Guilandinus vocare ſolebat.

Tithymalus maritimus.

I. Tithymalus maritimus.
Tithymalus paralius, Matth. Ang. Dod. ut: Lac. Geſn. hort. Ad. Cluſ. hiſp. Lob. Lon. Caſt. Lugd. qui tres figuras habet, Cam. Tab.
Tithymalus maritimus, Cæſ.
Variat, is qui in maritimis natus, ab hortenſi, hinc duæ figuræ apud Dodonæum, ejus qui in maritimis & ejus qui in hortis creſcit.
II. Tithymalo maritimo affinis linariæ folio.
Eſula altera in humidis, Cæſ.
Tithymalus linifolius, Cam.
Tithymalus amygdaloides anguſtifolius, Tab.
Hic antequam floreat, à Linaria ſolo lacteo ſucco diſtinguitur.
III. Tithymalus maritimus ſpinoſus.
Glaſtivida altera, Belli ep. 4. ad Cluſ.
Glaſtivida 2. Cretica, Ponæ Bald. Ital.
IV. Tithymalus maritimus purpuraſcentibus floribus.
Eſula rara è Lio Venetorum inſula, Adv. Lob. Lugd.
an Alypum, Ang.
Cum Eſulis nihil præter lac commune habet; Pityuſæ ſpecies Venetis, alijs Turbith nigrum.

Tithymalus latifolius.

I. Tithymalus latifolius Hiſpanicus.
Tithymalus platyphyllos, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Lugd.
Platyphyllum Hiſpanicum, Lob.
Tithymalus latifolius, Cæſalp. Hiſpanicus, Tabern.
II. Tithymalus arvenſis latifolius Germanicus.
Tithymalus platyphyllos, Fuch. Tur. Lon.
Pityuſa major, Dod. Gal. ico. Thal.
Pityuſa ſive Eſula minor, Dodonæi, Lugd.
Major eſt, & minor, & hæc folijs leviter hirſutis.

Tithymalus helioſcopius.

Tithymalus helioſcopius.
Eſula, Brunſ. vulgaris & tertia, Trag.
Tithymalus helioſcopius, Matth. Ang. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Tur. Geſn. hort. Lac. Lon. Adv. Lob. Cæſ. Lugd. cum icone Matth. & Dod. Thal. Cam. Tab.
Tithymalus dendroides, Dod. in ico. Thal.
Alia eſt folijs crenatis, ſed non uſque ad caulem: alia non crenatis & rotundioribus: caule leviter hirſuto.

Tithymalus cypariſsias.

I. Tithymalus cypariſsias folijs punctis croceis notatis.
Eſula ſcabioſa, Geſn. col.
Tithymalus γυτόφυλλος, Thal.
Tithymalus arvenſis, Cam.
Duplex eſt, major & minor.
II. Tithymalus cypariſsias.
Tithymalus cypariſsias, Matthiol. Fuch. Ang. Dod. ut: (& Pityuſa minor) Tur. Lac. Geſn. hort. Lon. Ad. Lob. ob. Caſt. Thal. Lugd. (qui Matthioli & Dodonæi figuram habet) Taber. Cam.
Tithymalus cupreſsinus, ſive humi pinus, Lobel. icon.
Eſula officinarum, Cæſ.
Variat: 1. folijs lini virentibus, comâ flavâ, aliquando ſubrubente: 2. in montibus candidior, foliolis anguſtis, Eſula candidior, Cæſalpino: 3. vix palmam altus, capitulo rubente.
III. Tithymalus ſive Eſula exigua.
Eſula exigua, Trag. Lob. minima, Lugd.
Tithymalus leptophyllos, Matthiol. Lugdun. Cam. Thal.
Tithymalus minimus, Tab.
Papaver ſpumeum, Geſn. hort.
Peplis minor Dalechampij, Lugd.
IV. Tithymalus ſive Eſula exigua folijs obtuſis: 2. loco in Prodromo deſcribitur.
V. Tithymalus exiguus ſaxatilis: 3. in Prod.

PITYUSA SIVE ESULA.

Πιτυοῦσα, à Cypariſsia Tithymalo ſpecie differre exiſtimatur, ideóque etiam in Tithymali genere connu... caule altiore, geniculato, foliolis acutis & tenuibus, pini folia imitantibus: floribus

 exiguis

exiguis pene purpureis: ſemine inſtar lenticulæ lato: radice candida, craſſa, lacteo ſucco referta: quibuſdam in locis frutex hic prægrandis invenitur, &c. Dioſcorides lib. 4. cap. 166. At Plinius lib. 24. cap. 6. cum honore & Pityuſa ſimili de cauſa dicetur, quum quidam in Tithymali genera numerant: frutex ſimilis eſt piceæ flore parvo purpureo. At Pityuſa videtur eſſe Eſula ſive Ezula, Arabum Alſcebra aut [illegible], & Scebra. Ezul etiam nomen à πιτυΐνοις luxatum eſſe poteſt: duabus enim prioribus ſyllabis ſublatis, remanet [illegible] vina nutivum Uſula, & vocali prima mutata, Eſula.

I. Tithymalus folijs pini, fortè Dioſcoridis Pityuſa.
Eſula vulgaris major & quinta, Trag.
Pityuſa Eſula vulgo dicta, Geſn. hort.
Pityuſa ſive pinea, Eſula minus offic. Ad. Lob.
Tithymalus pinea, Eid. ico. (ob.
Eſula minor, Dod. Lugd.
Eſula major, Cæſ.
Tithymalus cupreſſinus 2. Tab.
II. Tithymalus paluſtris fruticoſus.
Eſula major & ſecunda, Trag.
Pityuſa major, Dod. gal. deſc. Cord. in Dioſc.
Pityuſa grandis, Thal.
Eſula major, Dod. Lugd.
Eſula major Germanica, Ad. Lob. Lugd.
Tithymalus paluſtris, Cæſ.
Tithymalus fruticoſus Germanicus paluſtris, an Tithymalus maximus, Tab. (Cam.
III. Tithymalus montanus non acris.
Eſula dulcis (vel 7.) Trag. Geſn. hort. [illegible] Lob. ob. Lugd.
Erino cognata herba, Geſn. hort. Ad.
Pityuſa ſive Eſula minor altera floribus rubris, Lob. Lugd.
Flos colore variat, eſt viridis, eſt rubri.
IV. Tithymalus incanus hirſutus: qui 1. in Prodromo.
an Pityuſa Anglicana, Cam.
V. Tithymalus folijs brevibus aculeatis.
Pityuſa, Matth. Ang. Lac. Lon. Caſt. Lugd.

APIOS SIVE TITHYMALUS TUBEROSUS.

Ἄπιος, οἱ δὲ ἰσχιάδα, radice eſt ad pyri formam accedente, rotundiore tamen, lactei ſucci plena, è Dioſcoridi lib. 4. cap. 177. At Theophraſto 9. hiſt. 10. ἰσχὰς ἢ ἄπιος (Gaza reddit carica ſeu pyrus) folio eſt rutaceo, brevi, caulibus ternis aut quaternis humi ſtratis: radice qua albucum, verùm ſpumoſa: ἰσχὰς dicitur, quod ἰσχάδα, id eſt, caricam ſeu ficum aridam radix referat, Dodonæo monente.

I. Tithymalus tuberoſa pyriformi radice.
Apios, Matt. Ang. Dod. gal. Lac. Lug. Caſt. Tab.
Apios vera, Ad. Lob.
Tithymalus tuberoſus Dioſc. Lugd. tuberoſa radice, Cluſ. hiſt.
Duplex eſt: 1. eſt radice craſsiore & majore, folijs & ramulis minoribus: 2. radice minore, ramulis longioribus & folijs majoribus.
II. Tithymalus tuberoſa oblonga radice.
Iſchas alter, Cluſ. hiſt.
III. Tithymalus tuberoſus Germanicus.
Tithymalus tuberoſus alter, Cam.

PEPLUS, SIVE ESULA ROTUNDA.

Πέπλος, οἱ δὲ συκῆ, οἱ δὲ μήκωνα ἀφρώδη, exiguus frutex lactei ſucci plenus folio parvo ceu rutæ, at latiore universa coma ferè dodrantali, rotunda, humi ſparſa: ſemine ſub folijs parvo, rotundo, minore quàm candidi papaveris, radicem habet unicam, &c. Dioſcoridi lib. 4. cap. 168. Peplo, quem aliqui Sycen, alij meconion aphrodes vocant, Plinio lib. 27. cap. 12

I. Peplus ſive Eſula rotunda.
Peplus, Matth. Fuch. Ang. Dod. ut: Cord. in Dioſc. & hiſt. Turn. Lac. Lon. Adv. Lob. Lugd. Caſt. deſc. Thal. Tab. Ger.
Peplis, Caſt. ico.
Eſula rotunda, Geſn. collect.
II. Peplios altera ſpecies.
Tithymalus Epithymi fructu, Col.

PEPLIS.

Πεπλὶς, οἱ δὲ ἀνδράχνη ἀγρία, Hippocrati πέπλιον, frutex eſt ramulos quoquo verſum expandens & candidi ſucci plenus, folijs hortenſis portulacæ rotundis, infernè rubentibus: ſemine ſub folijs rotundo, ceu pepli, fervente guſtu: radice tenui, ſingulari ac ſupervacua: in maritimis maximè naſcitur, &c. Dioſcoridi lib. 4. cap. 169. At Plinius lib. & cap. 22. Peplij meminit, ubi Portulacam ſylveſtrem ejuſdem generis ac natura

cum Portula ſattiva, cum Peplio herba diverſiſſima confundit, ideo quod nonnulli Peplion, agreſtem Portulacam vocarint,

I. Peplis maritima folio obtuſo.
Peplis ... Turn. Adverſ. Cluſ. hiſpan. & hiſtor. Lobel. Lugdun. Caſt. deſcript. Camer. Tab. ico. Ger.
Peplus, Caſt. ico. minor, Tab.
Peplium, Cæſ.
Peplion Dalechampij, Lugd.
Variat caule rubro, albo.
II. Peplis montana folio Numulariæ.
Peplis altera, Ang.

CHAMÆSYCE.

Χαμαισύκη ... ramos emittit quaternum digitorum, per terram ſtratos, teretes, lactei ſucci plenos: folia lentis figura peplo ſimilia, parva, tenuia ac terra inhærentia, ſemen ſub folijs rotundum ceu pepli, radicem tenuem ac ſupervacuam: ſed neque florem neque caulem promit, Dioſcoridi lib. 4. cap. 170. Chamæſyce lentis folia habet, in aridis petroſiſq; naſcens, Plinio lib. 24. cap. 15.

Chamæſyce, Matth. Ang. Geſn. hort. Dod. Adv. Lob. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cæſalp. Lugd. (qui duplicem figuram habet) Camerar. Tabernæmont. Ger.

LATHYRIS.

Λαθυρὶς quam aliqui Τιθύμαλον vocant, & Tithymalorum numero aſcribunt, caule ... cubitali digiti craſſitudine, inani: in cacumine ſunt alæ & folia, in caule oblonga amygdalinis proxima &c. fructum gerit triplici loculamento diſtinctum, rotundum ceu capparum, in quo tria ſunt minuta ſemina, incurſantibus tuniculis inter ſe diſcreta, ervis majora, quæ decorticata candida ſunt, &c. totus frutex lacteo ſucco turget, Dioſcorides lib. 4. cap. 167. Lathyris folia habet multa, lactucæ ſimilia, tenuiora, germina multa, in quibus ſemen tuniculis continetur ut capparis: quæ cum inaruêre, eximuntur grana piperis magnitudine, candida, dulcia, facilia purgatu, Plinius lib. 27. cap. 11. Granum regium minus, Meſueo.

I. Lathyris major.
Catapaucia, Brunf. Cæſ. minor, Lob. Tab.
Lathyris, Brunf. Matth. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Geſ. h. Tur. Lac. Ad. Lon. Lug. Cam. Caſt.
Lathyris ſive Cataputia minor 2. Trag.
Cataputia vulgaris, Tartago Hiſpanorũ, Eyſt.
Ratione ætatis, latiora vel anguſtiora folia habet: hinc apud Tab.
Lathyridis latif. & anguſtifolij; apud Gerardũ.
Lathyridis ſive Cataputiæ majoris & minoris nomine, figuræ exhibentur.
II. Lathyris minor conglomerato flore.
Lathyris minor Dalechampij, Lugd.
III. Lathyris minima.
Cataputia puſilla, Cæſ.
IV. Lathyridi affinis.
Semen Viſa dicta ex Bengala, Lathyridis grano ſimile, Acoſtæ Cluſij cap. de Manna, quid?

HIPPOPHAES.

Hippophaës cum ſit ex ijs, quæ lacteum ſuccum fundunt, de eo, licet nobis incognitum in præſens, Ἱπποφαὲς frutex eſt denſus, fruticuloſus, folijs longis oleagineis proximis, anguſtioribus, mollioribus, inter quæ ſpinæ candicantes, ſiccæ, anguloſæ, floribus hederæ corymbos referentibus, racematim cohærentibus, ſed minoribus ... & ex albido partim rubentibus: radice craſſa, molli, lactei ſucci plena, amara, ex qua velutè Thapſia liquor exprimitur, ad bilioſa, aquoſa & pituitoſa detrahenda &c. Dioſcorides lib. 4. cap. 162. Hippophyes in fabuloſis maritimiſq; naſcitur, ſpinis albis, hederæ modo racemoſa eſt, candidis & ex parte rubentibus acinis; radix ſucco madet, qui aut per ſe conditur aut paſtillis farina, Plinius lib. 22. cap. 12.

I. Hippophaës quibuſdam ἄκανθα καθαρτική, id eſt, Spina purgatrix, Ang.
Hippophaës ex Codice Cæſareo, Dodon. Lugdun.
II. Planta lactaria, Xabra & Camarronum Rhaſis, Rauvvol. & Lugd. quid?
III. Dante radix quædam candida lacticina, Acoſtæ Cluſij cap. de Manna. quid?

CASPARI BAVHINI PINACIS THEATRI BOTANICI, LIBER OCTAVVS.

SECTIO PRIMA.

DE CONVOLVULIS.

SCAMMONEA; CONVOLVULUS SEU SMILAX LÆVIS; SOLDANELLA; SMILAX ASPERA ET SALSAPARILLA; CHINA; BRYONIA; MECOACHA; LUPULUS; VITIS VINIFERA,

SCAMMONEA.

Σκαμμωνία Dioſcoridi lib. 4. cap. 171. & Theophraſto 4. hiſt. 6 & 9. hiſt. 1. & 10. Latinis Scammonia, ex cujus radice ſuccus elicitur, ut lib. 12. ſect. 6. oſtendemus. Dioſcoridis deſcriptio noſtræ plantæ conveniret, niſi ſua ramos quadantenus hirſutos, folia item hirſuta tribueret: quam hirſutiem (neſcio an loci ratione) hactenus non obſervavimus: & Matthiolus in Dioſcoridea deſcriptione omiſit.

I. Scammonia Syriaca.
Scammonia, Matt. Geſ. hor. Lon. Lug. Caſt. Cæſ.
Scammonea, Dod. gal. Cord. in Dioſc. Antiochena, Cam.
Scammoniũ, Cord. hiſt. Dod. Syriacũ, Ad. Lob.

II. Scammonia Monſpeliaca foliis rotundioribus.
Scammonia Monſpel. Geſn. hort. Eyſt.
Scammonium Monſpelienſe, Ad. Lob. ico.
Scammonea Valentina, Cluſ. hiſp. Tab. Ger.
Scammonia maritima Monſpeliaca, Lug. Cam.
Apocynum 4. latifolium, Cluſ. hiſt.

III. Scammoniæ Monſp. affinis, foliis acutioribus.
Periploca prior, Dod.
Scammonij Monſpeliaci varietas, Lob.
Apocynum 3. Cluſ. hiſp. 3. latifolium, Eid. hiſt.
Scammonij quoddam genus, Cæſ.
Volubilis marina, Tab.

CONVOLVULUS SEU SMILAX.

Smilacem duplicem Dioſcorides habet: alteram lib. 2. cap 176. ubi Phaſeolum intelligere oportet. Alteram lib. 4. cap. 144. & 145. quam in aſperam & lævem diſtinguit: illa, σμίλαξ τραχεῖα, hæc σμίλαξ λεία dicitur: Utriuſque & Plinius lib. 24. cap. 10. meminit. At Theophraſtus 3. hiſt. 16. Smilacem arborem, quæ Ilici ſit ſimilis deſcribit, quam Plinius lib. 16. cap. 6. Ilicis genus facit: qui lib. 16. cap. 10. & Taxum à quibusdam Smilacem vocari ſcribit. Smilax levis, Convolvulus à Plinio lib. 21. cap. 5. dictus videtur: quòd arbores ſcandat & eis ſe convolvat: quibuſdam Jaſione ejuſdem lib. & cap. 22. cenſetur.

Smilax levis,

I. Convolvulus major albus.
Volubilis, Brunf. latifolia, Fallop. de decor.
Volubilis major, Trag. Lon. Thal. Tab.
Smilax lævis, Matt. Fuch. Geſ. h. Lac. Caſt. Lug.
Smilax lævis major, Dod. ut: vel lenis major, Lob. Ger.
Helxine ciſſampelos, Cord. in Dioſ.
Malacociſſus Damocratis, Ang.
Convolvulus major, Geſn. hort. Ad. Cæſ.
Campanula alba ſylv. Svvert.
Convolvulus major flore albo, Eyſt.
Semen nigrum eſt, aliquando ruſeſcens.

II. Cõvolvulus ramoſus incan⁹ foliis piloſellæ.
Helxine ciſſampelos ramoſa Cretica, Ponæ Ital.

III. Convolvulus minor arvenſis.
Volubilis minor, Trag. Lon. Thal.
Helxine ciſſampelos, Matth. Fuch. Ang. Geſn. hort. Lugd. Caſt.
Helxine hederacea, Lac.
Helxine in ſegetibus naſcens, Cord. in Dioſc.
Smilax lævis minor, Dod. ut: Ger.
Scammonea parva, Ang. Cam.
Orobanche Theophraſti, Ang.
Convolvulus, Trag. minor, Geſ. hor. Cæſ. Cl. hiſt.
Convolvulus minor purpureus, Ad. Lob.
Volubilis arvenſis, Tab.

Dioſcoridi l. 4. c. 39. ἐλξίνη dicitur, quod foliis eſt hederæ, ſed minoribus, &c. interpres Helxinen ciſſampelon reddidit: quibuſdam Orobanche Theophraſti (Ervanga Gaza) 8. hiſt. 8. aliis Scammonea tenuis Plinij l. 24. c. 15.

Variat flos colore, qui vel candidus, vel roſeus,

ſeus, vel albus cum purpureo umbilico, vel punicantibus lineis aſperſis, vel purpureus radijs albis pictus.

IV. Convolvulus minor ſemine triangulo.
[illegible] Cuſſus altera Serapionis, Trag.
Orobanche Ruellij, Geſ. hort.
Helxine ciſſampelos, Dod. gal. Lugd.
Helxine ciſſampelos altera atriplicis effigie, Ad. Lobel.
Centunculus Plinij, Anguil.
Elatine Cord. in Dioſc.
Convolvulo ſimilis herba, Geſ. hort.
Convolvulus niger, Dod.
Volubilis media ſive nigra, Thal.
Volubilis nigra, Tab. Ger.
Fromentone alterum genus, Cæſalp.
Polygonum hederaceum, Colum.

Alijs Malacociſſos Conſtantini Imperatoris: alijs Orobanche: alijs Helxine ciſſampelos: alijs Elatine: alijs Centunculus Plinij l.24. c.15. qui Græcis Clematis dicatur.

V. Convolvulus cæruleus hederaceo anguloſo folio.
Smilax cærulea, Dod. gal.
Scammoniæ ſimilis flore cæruleo, Anguil.
Convolvulus peregrinus vel flos noctis, Geſ. ho.
Nil Arabum, Geſ. hort. Eyſt.
Convolvulus aſureus ſive cæruleus hederaceus, Ad. Lob.
Campana cærulea, Dod. Bry.
Volvulus cæruleus, ſive campana azura, Lugd.
Convolvulus cæruleus, Cam. Caſt. Tab. Ger.
Convolvuli alterum genus, quod pro Scammonio oſtenditur, Cæſ.
Campanula cærulea hederaceo folio, Svvert.

Quibuſdam Granum nil Serapionis & Arabum: Liguſtrum nigrum Columellæ alijs: alijs Pothos cæruleus Theophraſti: quibuſdam Volubilis lanuginoſa, Meſuæi.

VI. Convolvulus purpureus folio ſubrotundo: qui 1. in Prod.
Convolvuli ſpecies altera, quæ ad Nil Avicennæ referri poteſt, Dod.
Campanula azura, Svvert.
Campanula Indica purpureoviolacea, Bry.
Convolvulus Indicus flore violaceo, Eyſt.

VII. Convolvulus peregrinus cæruleus, folio oblongo: qui 2. in Prod.
Convolvulus cæruleus minor Bauhini, Bry.
Campanula incognita cæruleo alba, Eid.

VIII. Convolvulus folijs laciniatis, vel quinquefolius: qui 3. in Prodr.
Convolvulus Ægyptiacus Bauhini, Bry.

IX. Convolvulus argenteus Altheæ folio.
Convolvulus folio Altheæ, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugdun.
Convolvulus peregrinus, Lob. Caſt.
Scammonium minus Plinij 2. Tab.
ſub Papavere cornuto luteo minore, apud Ger.

Alijs Helxine ciſſampelos Dioſcoridis: quibuſdam Scammonium minus Plin. Flos ex purpura candicat: interdum omnino purpuraſcit.

X. Convolvulus Linariæ folio.
Cantabrica quorundam, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Cantabrica Plinij, Caſt.
Convolvulus minimus ſpicæfolius, Ad. Lob. Lugd. Ger.
Volubilis terreſtris Dalechampij, Lugd.
Scammonium minus Plinij, Taber.
Helxine ſtans Guilandino, Scammonea Patavina Cortuſo dicebatur.

Variat magnitudine, reperitur enim vix duas tréſve uncias altus: flore eſt communiter purpureo, rarius albo.

SOLDANELLA.

Milacis levis generibus Soldanella aſcribenda venit, quare & Belgis Convolvulus marinus dicitur: quæ duplex eſt, maritima & alpina: alpinam huic ob foliorum ſimilitudinem junximus. Soldanella maritima, quæ officinis habetur, Dioſcoridi l.2.c.148. eſt Κράμβη θαλασσία, Braſsica marina: ſi textus corrigatur.

I. Soldanella vel Braſsica maritima major.
Braſsicæ marinæ genus, Rauvvolf. Lugd. ap.
Convolvulus marinus noſter, Imperato.

Hujus folia quædam ſunt laciniata, quædam non, omnia tamen parte ſuperiore ſinuata.

II. Soldanella maritima minor.
Braſsica marin. Matt. Dod. gal. Ang. Cor. in Dioſ. & hiſt. Geſ. hor. Lac. Tur. Lon. Lugd. Caſt. Cam.
Soldanella, Geſ. h. Dod. Lon. Ad Lob. Cæſ. Tab.
Soldanella marina, Ger. Eyſt.

III. Soldanella alpina rotundifolia.
Soldanella montana, Ad. Lob. ico.
Soldanella alpina, Cam. ep. Cluſ. pan.
Soldanella alpina minor, Eid. hiſt.

Variat

Variat folijs & floribus: folijs, alijs ſupernè viridib. infernè dilutiore virore ſplendentibus: alijs folijs infernè ut Cyclamini rubentibus, quę tertia ſpecies eſt Cluſio. Flore eſt purpureo, nunc ſaturatiore, nunc dilutiore: reperitur & niveo.

IV. Soldanella alpina folio minus rotundo.
Soldanellæ alpinæ aliud genus, Cluſ. pan.
Soldanella alpina major, Cluſ. hiſt.

SMILAX ASPERA.

Σμίλαξ τραχεῖα, Smilax aſpera Dioſcoridi l. 4. c. 144. propter ſarmenta rubi modo aculeata: σμίλαξ ſimpliciter Theophraſto 3. hiſt. 18. ubi Gaza Hederam Ciliciam interpretatur, quia Plinius l. 16. c. 35. ſcribit Smilacem hederæ ſimilem, primùm è Cilicia profectam, ſed in Græcia frequentiorem, &c. Et l. 24. c. 10. Smilax qui nicephoros cognominatur, ſimilitudinem hederæ habet.

I. Smilax aſpera fructu rubente.
Smilax aſpera vera, Trag.
Smilax aſpera, Matth. Fuch. Dod. ut: Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Ad. Lob. Lugd. Caſt. Cæſalp. Cam.
Smilax aſpera fructu rutilo, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Smilax aſpera prima & tertia, Tab. Ger.
Volubilis aſpera, Lonic.

Folia maculis candidis quandoq; notantur.

II. Smilax aſpera minus ſpinoſa, fructu nigro.
Smilax aſpera fructu nigro, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Smilax aſpera altera facie Salſæparillæ, aut congener, Lob. ico.
Smilax aſpera Luſitanica, Tab. Ger.

A priore differt & fructus colore, & folijs, in hac mollioribus minuſq; ſpinoſis, quandoque etiam ſpinis carentibus: folijs quoq; anguſtiſſimis in Galloprovincia obſervatur.

III. Smilax aſpera Indiæ Occidentalis.
Buenas noches, fructus exoticus tertius, Cluſ. exot. l. 2. c. 18.

Salſaparilla.

IV. Smilax aſpera Peruvian. ſive Salſaparilla.
Zarzaparilla, Matth. Lac. Monar. Garz. Lugd.
Zarzaparilla Peruviana, Dod.
Zarza ſeu Salſaparilla, Caſtor.
Sarſaparilla, Lon. Frag. Cæſalp.
Salſaparilla, Ad. Lob. & par. 6. Ind. Or. cap. 41.
Smilax aſpera in Zazyntho, Alpino.
Smilax Peruviana, Tab. Gerard.
Zarzaparillia in Puna & ejus uſus: Benzon. par. 6. Amer. l. 3. c. 119.

Zarzaparilla à ſimilitudine, quam cum Smilace aſpera habet, nomen accepit, quæ Hiſpanis Zarſaparilla, qui Rubus viticula dicitur: Zarſa ſiquidem Hiſpanis, Lacunâ teſte, rubum: parra autem, Matthiolo interprete, vitem, & parilla parvam vitem ſive viticulam ſignificant: hinc aliqui Salſam parillam, Smilacis aſperæ Hiſpanicæ radicem cenſuerunt: cùm tamen Peruviana, cœli temperati occaſione & ipſius ſoli ingenio, longè efficacior ſit, quam vel in Hiſpanijs, aut etiam Africa nata. Cujus uſum primi Hiſpani ex Peru & novi orbis ſive Americæ provincijs ante 50. annos in Europam invexere.

Triplex eſt, Nicolao Monardo monente, 1. ex Hiſpania nova, quę candidior, ad pallorem tendens, & gracilior: 2. quæ multò melior, ex provincia Honduras, cinerea, nigrior & craſſior: 3. ex provincia Quitto, locis urbi Guayaquil vicinis (unde Zarzaparilla Guayaquillana dicitur) adfertur, quæ colore eſt ex cinereo nigricante, majoribus craſſioribus radicibus conſtans, quàm quæ ex Honduras adfertur, ijsq; interdum tam longis, ut altitudine humana fodiendum ſit, antequam erui poſſit. Hujus tertiæ ad fluvium Guayaquil & in Puna Inſula naſcentis, Petrus Cieca parte prima Chronici Peruviani c. 54. meminit, alterius; in plerisq; Indiæ regionibus naſcenti præfert. At Cæſalpinus duas primas differentias agnoſcit.

CHINA.

Cum China ſuis ſarmentis Smilaci aſperæ abſimilis non ſit, Acoſta monente, & ſuis caulicul... ...ris, hederæ modo arbores ſcandere, in hiſtoria Lugdunenſi referatur, idcirco in hanc claſſem retulimus. Dicitur China & Chinaa radix, à China India regione, in qua copioſè naſcitur. Eſt autem duplex: alba enim ex India occidentali, Hiſpania nimirum nova & Peru, quæ colore magis ruſo eſt: alia ex India orientali ex regione Sinarum (ubi ab indigenis Lampatam vocatur) adfertur. Verùm Garzias & Acoſta (qui integram plantam depingit, & ex eo Lugd. hiſt.) Chinam orientalem aliter deſcribunt, quàm Monardes ſuam occidentalem. At radix hæc India primùm Anno Chriſti 1535. innotuit.

I. China radix: & Lugd. Fragoſo.
Cina, alias China, Matthiol.
China, Lac. Lob. ico. Caſt. Taber.
Chinna ſive Cinna, Cæſalp.

Radix

Radix China, Garz. Acoſt. Lugd. in Florida: part.2. Amer.

Chinæ radix fruticis more excreſcit, folijs paucis Aurantiorum forma: in China arbor Lampaton dicitur: & radix quo nigrior eo melior: Linſcot. par.4. Ind. Or. c.33.

Orientalis exterius eſt colore rubente aut ſubnigro, interius candicante aut ſubrubente: Occidentalis colore eſt interius magis ruffo.

Amatus inter Arundines recenſuit: at Cæſalpino, China orientalis potius ex genere Iridis, quam Calami videtur. De hujus uſu Veſalius librum ſcripſit.

II. China ſpuria pyriformis.

China ſpuria pyriformis, ſeu turbinata, Lob. icon.

III. China ſpuria nodoſa.

Pſeudochina radix ex Virginea, Cluſ. exot.

BRYONIA.

Bryonia, Dioſcoridi l.4.c.184. ἄμπελος λευκή, Vitis alba, καὶ βρυωνία ἢ ὀφιοστάφυλος ἢ μήλωθρος ἢ ψίλωθρος, &c. dicitur. Theophraſto 6. hiſt.1. μήλωθρος. Plinio l.22.c.1. Vitis alba, quæ Græcis Ampeloleuce, alijs Ophioſtaphylon, alijs Melothron, alijs Pſilothrum, &c.

Genera duo Dioſcoridi l.4. c.184. & 185. Vitis alba quæ aliquibus Bryonia, & Vitis nigra, alijs Bryonia nigra, alijs Chironia vitis. Sic & Plinio, qui nigram propriè Bryoniam vocari ſcribit.

I. Bryonia aſpera ſive alba baccis rubris.

Bryonia, Trag. Geſ. hor. Lon. Tab.

Bryonia alba, Dod. ut: Lugd. Thal. Cæſ. Ger.

Vitis alba, Matth. Fuch. Ang. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Ad. Lob. Caſt.

Vitis alba ſylveſtris, Geſ. hort.

Bryonia baccis rubris, Camer.

II. Bryonia alba baccis nigris.

Bryonia nigra, Dod. ut: Cord. hiſt.

Vitis nigra, Cord. in Dioſc.

Vitis alba baccis nigris, Caſtor.

Bryonia baccis nigris, Camer.

Differt à priore radicibus & baccarum colore; hujus radix interius buxeo colore pallet: illius, ex albido ſublutei coloris eſt: hujus baccæ maturæ nigricant, illius rubent.

III. Bryonia Cretica maculata: in Phytopinace & Prodromo pro 1. deſcripta.

Bryonia dicoccos, Hon. Belli, ep.1. ad Cluſ.

Bryonia Cretica, Pon. Italico.

IV. Bryonia lævis, ſive nigra racemoſa.

Vitis nigra, Matth. Ang. Lac. Caſt. Lugd. prima, Tabern.

Vitis ſylv. ſive Sigillum Mariæ, Dod. utroq;.

Vitis nigra ſylv. Geſ. hort.

Malacociſſum Damocrati, & Tamus, Eidem.

Vitis vel Bryonia nigra, Ad. ſylv. Lob.

Tamarus vulgo, Cæſ.

Bryonia nigra, Gerard.

Quibuſdam Vitis ſyl. Dioſcorid. l.4. c.185. (ſed florem capillaceum, muſcoſum ei tribuit, qui in noſtra non obſervatur) & Theophraſti 9. hiſt. 14. & 22. Alijs Cyclaminus ciſſanthemos Dioſcorid. l.2. c.195. de quo vide in Periclymeno. Alijs Uva taminia Plinij l.23. c.1. alijs ejuſdem Salicaſtrum, quod potius Amaręduici convenit.

Baccæ maturæ aliquando ruſeſcunt, aliquando nigreſcunt.

V. Bryonia lævis, ſive nigra baccifera: quæ ſub Bryonia ſyl. baccifera in Prod. deſcribitur.

VI. Bryonia Mechoacana alba.

Mechoacan, Monardi, Dod. Lon. Frag. 1. & 2. Tab. Ger.

Bryoniæ ſimilis planta Peruviana Mechoacæ provinciæ, Lob. ob.

Mechoaca Peruviana, Lob. ico. Ger.

Mechoiacan, Lugd. hiſt.

Rhabarbarum Indicum, Caſtor.

Radix Mechoacan: par.9. Ind. Occid.

Mechoacan, à provincia novæ Hiſpaniæ in qua reperitur, nomen obtinuit. Alij Rheo aſſimilant, unde Rhabarbarum Indic. & Rhabarbarum Mechoacanum, Monardi: Germanis Rhabarbarum album. Dodonæus Rheo ſimile non eſſe, & cum Bryonia parùm convenire, ſed Scammonium quoddam Americanum ſcribit. Sanè cum Bryonia ſyl. magnam affinitatem habet.

Duplex habetur ratione loci: prima annis ſupra ſeptuaginta ex Mechoaca novæ Hiſpaniæ Inſula allata: altera verò ex Continente circa Nicaragua nata, quæ priore longè præſtantior eſt. Refert Fragoſus etiam in Aquacathan novæ Galitię naſci. Et Cluſius in notis in Monardem, Mechoacan duo feminis genera ex Hiſpanica accepit: unum lævi cauliculo ſine ſiliqua, ſemine nigro, quale eſt Scammonij aut Convolvuli majoris: alterum oblongiore aliquantulum cauliculo & ſemine ruſo, ſuperiore longiore & tenuio-

tenuiore utriuſque ſiliqua parte interiore lanuginoſa: ex utriuſque ſemine plantulæ Scammonij aut Convolvuli modo prodiere, &c. De hac quemadmodum & de Nicotiana, Jacobus Gorræus Lutetianus, & Ægidius Everhardus Belga, libellum, ille Gallicè, hic Latinè, ſcripſit.

VII. Bryonia Mechiocana nigricans, quæ ex India Chelapæ ſive Celapæ nomine ante annos duodecim allata: & à Maſſilienſibus Jalapium, vel Gelapo vocitatur: quæ ſub Bryonia 3. in Prodromo exhibetur.

VIII. Bryonia Mechiocana ſylveſtris.
Mechoaca ex promontorio D.Helenæ ...
Mechoacæ ſylv. genus, Lugd. hiſt.

Hæc priore minor eſt per omnia, cujus radix gravia ſymptomata excitat, quare Scammonea, Monarde auctore, nuncupatur.

RADIX QUIMBAYA.

Radix Quimbaya: in provincia Quimbaya, cujus metropolis Carthago, radices tenues, digiti craſſitudine, inter arbores naſcuntur, quarum fragmentum per noctem in aqua maceratum, aquæ partem majorem abſumit ex reſidua unica tres ſumpta benignè inſtar Rhabarbari purgant. Monardes ex Petri Cieca Peruviana hiſtoria refert, & ex eo Lugdunenſis hiſtoria: meminit etiam Fragoſus, ſed ſuccinctiùs.

LUPULUS.

Lupulum à Plinio l.21 c.15. Lupum ſalictarium nominatum volunt: qui Meſuæ 2. purg. 24. Volubilis folijs aſperis dicitur: hodie in Græcia βρυωνία nominatur.

Sativus eſt & ſylveſtris, magnitudine differentes: ſic ſylv. florum conos minores, rariores, pauciores habet: alijs Lupulus florens fructu caret: & contrà, fructum ferens, non floret.

I. Lupulus mas.
Lupulus, Brunf. Matth. Tur. Dodon. Cluſ. hiſt. Tabern.
Lupulus ſativus, & ſylv. Trag. Lon. Caſt. Lugd.
Lupus ſalictarius, Fuch. Dodon. gal. Geſn. hort. Lacun. Lobel. (cui & Vitis ſeptentrionalium) Cæſalp.
Lupulus ſalictarius ſpontaneus, Ad.

II. Lupulus fœmina: & Cam. ep. & hor.

Folijs eſt rotundioribus, circa radicem ſine inciſuris tantùm ſerratis: floſculis ſubpallidis, qui ſine fructu pereuntes, in pollinem luteum abeunt.

III. Lupulus Mechiocanus.
Radix Carlo ſancto, Monard. Lugd. Fragoſo.
Indica radix, Monardi, part. alt.
Carolus Sanctus, Caſtori.

Radix hujus plantæ, quæ Lupulo ſimilis eſt, ex provincia Mechiocan adfertur, cujus decoctum & pulvis in Catharro, Epilepſia & lue Venerea commendatur.

IV. Sippo, ſarmenta longa, Lupuli ſarmentis non abſimilia, quibus ad religandum Braſiliani utuntur: par. 3. Americ.

VITIS VINIFERA.

De Ἀμπέλῳ οἰνοφόρῳ hiſtoria Dioſcorides l.5 ſedecim capitibus egit, Vitem, Labruſcam, Uvam, Oenanthen, Omphacium, Vini naturam, differentias & facultates, ex ſapore, mixtione, loco natali deſumptas, exponens: quemadmodum de Lora, Mulſo & ſimilibus. Et Theophraſtus ſparſim in ſuis libris de Vite copioſè egit 2. ut de Vino 9. hiſt. 20. & 6. cauſ. pluribus capitibus. Et Plinius l. 14. capitibus novendecim.

Vitem dividimus in ſativam & ſylveſtrem: ſativa major eſt, cujus plurimæ ſpecies, alia minor. Majoris uvæ & colore & magnitudine differunt: alterius namque acini, aut virides albicantiſve, aut fulvi, aut ſaturato rubore nigricant, aut cærulei, aut ſubrubentis coloris: aliæ acinis oblongis magnitudine & forma prunorum, quæ Pergulana dici poteſt: aliæ rotundis, iiſque vel magnis vel parvis: aliæ acinis ſunt frequentioribus, ... rarioribus. Sunt quæ granis aut vinaceis carent, interdum unicum vel alterum granum habent: Rarius uva barbata reperitur. Minor verò eſt acinis nigris rariſſimè albidis, aut fulvis, nucleo minimo ac molli. Sapore etiam differunt: ut dulci, acerbo, muſcato, quæ Vitis apiana Plinio.

In folijs quoque differentia, alia majora profundius inciſa, ut Italica folijs ad pediculum uſque in lacinias acutas diviſis: alia minora ſunt: Sic alia tenuiora, alia craſſiora: alia viridia, alia rubentia, alia maculata: alia ad tactum duriora molliora, alia lævia; alia denique ſubhirſuta.

Ratione loci, Vina plurimùm variant: apud nos commendantur, ex Germanicis quidem Briſgoica, ... rica, Ripenſia, quæ ex ditione Bernatum habemus, Rhenana, & Necarina, quæ duo poſteriora rarius

habe-

habemus : ex Gallicis, Burgundiaca, & inter ea potiſſimùm Arbuoſiaca, Muſcatellina, Frontiniaca, quæ Lugduno advehuntur : ex Italicis, Rhetica, quæ ex Vallerelina aſportantur : ex Hiſpanicis, Cimenes : ex Græcis, Malvaticum.

Sic in Aegypto, vinum tenue atque aquoſum exſiſtit, licet calidiſſima regio ſit : cujus rei cauſam Aphrodiſæus lib. 2. prob. inquirit. Et hoc vinum videtur Heſiodus οἶνον βίβλινον vinum Biblinum vocaſſe : fortè quia in eadem cum biblo, id eſt papyro, regione proveniat : licet ipſius interpres Tzetzus velit à Biblo civitate Libano monti proxima, nomen accepiſſe, ſiquidem conſtet ejus loci incolas ferè hydropotas eſſe. Suidas verò tum à Byblo civitate, tum à Biblia vitis genere, dictum putat. Monet Guil. Hippiam Rheginum vitem quæ Ileus vocatur Bibliam vocare. Sed hæc alterius ſunt loci.

In Indiæ inſula Baly, Vites bis in anno uvas promunt : Linſc. part. 3. Ind. Orient. cap. 40. & in inſulis Azores, ſuper meras rupes creſcunt, quæ radices in medios hiatus ſeu ſaxorum rimas immittunt, quibus ſuccum ſibi neceſſarium proliciunt : & in iſtis petræis receſſibus, Vites multo lætius ſe proferunt, quam quæ in planitie ſunt, quæ ad frugem pervenire nequeunt : Idem cap. 6. Sed in Hiſpaniola plantatæ exiguas uvas fundunt, nec admodum jucundi ſaporis & ferè Februario & Martio vindemiari ſolent, authore Benzone ſive America lib. 4. cap. ult. & ut Joſephus Acoſta lib. 3. cap. 22. & lib. 4. cap. 32. nec in inſulis, nec in firma terra Uvæ aut vinum naſcitur : in nova Hiſpania, vineæ uvas proferunt, ſed nunquam probè matureſcunt, ut vinum confici poſſit : niſi in Peru & Chile approbum vinum naſcitur : nam jam vites colere didicere : & vineæ plerumque in convallibus Peruanis naſcuntur, juxta quas foſſas ad aquam colligendam excavant, quâ vites ſubinde irrigant.

I. Vitis vinifera, ex cujus Uvis acerbis immaturis ſuccus exprimitur, quem ὀμφάκιον Omphacium Dioſcorides lib. 5. cap. 6. vocat : ex quo Syrupus de Agreſta in officinis paratur.

II. Uva paſſa major βούμαστος Græcis.
Uvæ paſſæ majores, Trag. Geſn. hort. Caſt.
Uva paſſa, Tur. Lon.
Zibebas ferens, Cam.
Uvæ Zibebæ. Tab. Ger.

Non ſolùm Uvæ, ſed etiam acini præter modum ampli, craſsi & oblongi ſunt, ut non niſi paſſæ ad nos deferantur: Arabibus, uva Zibibi, Latinis paſſa, Germanis, Zibeben/Meertreubel/ id eſt, uva marina.

III. Uvæ paſſæ Indicæ gigartis carentes.
Uvæ ſine vinaceis ſeu apyrenos, ad Cluſ. cur. poſt.

IV. Uvæ paſſæ minores, vel Paſſulæ Corinthiacæ.
Paſſulæ, Trag.
Uvæ paſſæ minores, Geſn. hort. vel Corinthiacæ, Caſt.

Foliis eſt rotundis, craſſis, ſubtus incanis, in pauciores lacinias obtuſas diviſis: Uvis partim fulvis, partim ſubnigris, dulcibus & vinoſis.

V. Vitis ſylveſtris, Labruſca.
Labruſca, Trag. Lugd. & aliis.

Labruſca dicta, quod in marginibus terræ ſeu labris quibuſdam oriatur. Dioſcoridi l. 5. cap. 2. ἄμπελος ἀγρία, qui genera duo fecit: alterius enim Uva non matureſcit, ſed florem tantum profert οἰνάνθην nominatum : altera fructum perficit, ex parvis acinis nigris ſubaſtringentibus. Plinius Labruſcam vocat & Oenanthen, ex alba Labruſca præſtantiorem, quam è nigra ſcribit. Et Geſnerus libr. de hort. racemiferam tum albis, tum nigris acinis refert. Vocatur autem propriè Oenanthe, fructus Vitis ſylveſtris cum floret, Dioſcoridi lib. & cap. 5. ſeu ut Plinius loquitur, Vitis labruſcæ uva, quæ cum floret colligitur, quando optimè olet.

Apud Floridenſes Labruſca in magna copia creſcere, author part. 6. Ind. Occid. ſcribit.

VI. Vitis ſylveſtris Americana.
Vites ſylveſtres vicinas arbores ſcandentes & uvas edules proferentes in nova Francia habentur : part. 2. Amer.

VII. Vitis ſylveſtris Virginea.
Vitis duum generum ſponte naſcuntur : alterum uvis tenuibus acerbis : alterum majoribus & dulcibus: Hariot. deſc. Virgin.

VIII. Vitis ſylveſtris Indica acinis pruni ſylveſtris.
Arbores multæ in India, quæ uvas quaſdam agreſtes ferunt, quarum Acini prunorum ſylv. ſpeciem referunt, & iiſdem folliculis veſtiuntur, ſed quia illæ multum ligni, parum pulpæ, ex iis vinum non faciunt : Benzo l. 1. c. 28.

SECTIO SECUNDA.

CLEMATITIS; LIGNUM COLUBRINUM; CLEMATIS PERI-CLYMENUM; APOCYNUM; ASCLEPIAS; POLYGONATUM; Lilium Convallium; Monophyllum; Laurus Alexandrina, quibuſdam Hippogloſſum.

CLEMATITIS.

Κληματῖτις Dioſcoridi lib.4. cap.182. idem eſt ac Sarmentaria: ſic dicta, quoniam κλήματα flagella, vitigineis flagellis ſimilia emittat, ac ut illa arbores ſcandat. Plinio lib.24. cap.10. Clematida Smilaci ſimilem, per arbores repentem geniculatam & ipſam appellaverunt. A Theophraſto 5. hiſt.10. Ἀτραγένη dicitur, & eſſe arborem quæ Vitis & Labruſcæ modo ſurgat.

I. Clematitis ſylv. latifolia.
Vitis ſylveſtris, Trag. Lugd.
Vitis nigra, Fuch. Tur. Lon. 2. Tab.
Vitalba, Dod. ut: Guiland. the. (& Vitis ſylv. Dioſcoridis) Cæſ.
Viburnum Gallorum, Bellon.
Atragene Theophraſti, Ang. Cluſ. hiſt.
Vitis ſylv. cauſtica, Geſn. hort.
Clematis 3. Matth. Caſt. Thal. 2. Lac.
Clematis altera prima, Cord. in Dioſc.
Viorna vulgi, Ad. Lob. Ger.
Clematis ſive Viorna vulgi, Lobelij, Eyſt.

Clematitis eſt Dioſcoridis, Atragene Theophraſti: quibuſdam Vitis ſylv. Plinij.

In foliorum diviſuris mirè ludit & ſarmenta aliquando brachiorum craſſitudinis ſunt.

II. Clematitis Peruviana.
Bexugo del Peru, ad Atragene ſarmenta proximè accedentia, cortice cinereo obducta, guſtus lenti, dein acris, denique fauces urentis: drachma purgat & Mechoacæ præfertur, Cluſius in notis ad Monardem.

III. Clematitis peregrina folijs pyri inciſis.
Clematis altera Bœtica, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Clematis Bœtica, Cluſij, Lob. Lugd. Tab. Ger.

IV. Clematis ſive Flammula repens.
Clematis altera, Dod. gal. flore albo, Caſt. Cam.
Clematis flammula quibuſdam, Geſn. hort.
Clematis altera urens, Ad. Lob.
Flammula, Dod. Lugd. hiſt.
Viticella, Cæſ.
Clematis urens, Tab. Ger.

Flammula dicitur, quod contuſa applicata, veſicas flammæ inſtar excitet, cujus folia aliquando Apij modo dividuntur: eſt etiam ſimplex vulgaris, alia multiflora, quæ
Clematis urens 2. Tab.
Clematis urens multiflora, Ger.

V. Clematitis maritima repens: quæ 1. in Pr.
Clematites, Ang.

VI. Flammula recta.
Flammula, Matth. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt. Tab.
Flammula frutex, Cord. in Dioſc.
Clematis altera, Turn.
Flammula altera, Dod. altera ſurrecta, Lob.
Flammula recta, Cam. Eyſt.
Flammula Jovis ſurrecta, Ger.

Duplex eſt: alterius ſarmenta & foliorum pediculi vireſcunt & ſerius floret: alterius rubent & maturius flores.

Centella herba, quæ trita tumoribus impoſita puſtulas excitat, in epiſt. ad Monardem huc referri poteſt.

VII. Clematitis alpina Geranifolia: quæ 2. in Prodromo.
Clematis cruciata alpina, Ponæ.

VIII. Clematitis cærulea erecta.
Clematis altera minor longifolia, Clymenum quorundam, Lob. Lugd.
Clematis cærulea Pannonica 2. Cluſ. pan.
Clematis cærulea 2. Tab.
Clematis major Pannonica, Ger.

Magnitudine variat: hinc duæ figuræ apud Cluſium hiſt. pan. & Tab. ſub Clematide cærulea pan. 1. (quæ Clematis cærulea pannonica, Eyſt.) & 2. Et Ger. ſub Clematis pan. & Clemat. majore pannonica.

Flore eſt cæruleo, rarius albo.

IX. Clematitis cærulea vel purpurea repens.
Clematis altera, Matth. Dod. Caſt. ap. Cluſ. hiſt. flore purpureo, Cam.
Clematidis alterius altera ſpecies, Dod. gal.

Clema-

Clematis peregrina cærulea & purpurea, Lob. Tab. qui duas figuras habet, & Ger. ſub cærulea & rubra.

Clematis 3. quæ Flammula, Cæſ.

Pothos cæruleus, Lugd.

Clematis peregr. incarnato ſimpl. flore, &

Clematis peregr. purpurea ſimpl. flore, Eyſt.

Alijs Clematitis Dioſcoridis: quidam πόθος (Deſiderium Gaza vertit) Theophraſti 6. hiſt. ult. faciunt.

X. Clematitis cærulea flore pleno.

Clematis altera fl. pleno, Cam. ep. Cluſ. cur. poſt.

Clematis peregr. purpur. flore pleno, &

Clematis peregr. incarnata plena, Eyſt.

Flore eſt cæruleo, purpurocæruleo, incarnato, ad purpureum colorem ſed admodum dilutum accedente.

XI. Clematitis trifolia flore roſeo clavato.

Granadilla, Monardi, Petro de Cieca in hiſt. Peruana, Lugd. Vide in Americæ par. 9. l. 4. c. 27. at c. 30. Granadilla inter ligna recenſetur.

Flos paſsionalis ſive Granadille ex India, du Bry.

Granadilla dicitur propter ſemen, quod ut in malis granatis incluſum continetur: Flos paſsionalis, quod in flore aliquæ veluti paſſionis Chriſti figuræ delineatæ conſpiciantur, Monardes.

Hujus folia & flores à Doctiſs. Simpliciſta Joh. Pona Veronâ anno 1621. accepi.

CLEMATITIS INDICA, QUÆ LIGNUM. Colubrinum.

Clematitidem vocamus, quia pleræque ſarmentitia ſunt & per arbores repunt: Pao da Cobra, id eſt Lignum Colubrinum, Luſitani nominant, quia adverſus animalium virus ejaculantium morſus & ictus efficax ſit.

I. Clematitis Indica folijs Lentiſcinis candidis maculis aſperſis.

Ligni colubrini tertium genus, Garz. Frag.

II. Clematitis Indica ſpinoſa folijs luteis.

Ligni colubrini alterum genus, Garziæ, Frag. & Cluſio, qui ligni fruſtum pingit, & Lugd. cui malè titulus Ligni colubrini Acoſtæ inſcriptus eſt.

Lignum colubrinum, Tab.

III. Clematitis Indica folijs perſicæ, fructu Periclymeni.

Ligni Colubrini primum genus, Garziæ, Frag.

Pao del Cebra, id eſt, Lignum ſerpentinum ſeu Colubrinum, Linſcot. 4. par. Ind. Or. c. 31.

Pao de Cebra lignum ſeu radix Luſitanis dicta, omnium venenorum antidotus, in Inſula S. Laurentij, Ind. Or. part. 4. c. 7.

Et hæc tria ligni genera in inſula Zeilan reperiuntur.

IV. Clematitis Malabarenſis folijs Vitis, colore dracunculi.

Lignũ colubrinum primum, Acoſtæ, Caſt. Lug.

V. Clematitis Malabarenſis altera radice ſerpente.

Lignum colubrinum alterum, Acoſtæ, Lugd.

Palo della Culebra, Caſt. ap.

VI. Colubrini ligni tertium genus in eadem provincia, vaſtæ arboris magnitudine, Acoſtæ. an Lignum colubrinum quod pingitur à Cluſio notis ad Acoſtam.

VII. Radix quædam in Malaca, quæ adverſus vulnera ſagittis toxico illitis facta, præſentaneum remedium eſt, Garzias.

CLEMATIS DAPHNOIDES.

Quæ Dioſcoridi l. 4. c. 7. κληματὶς, aut δαφνοειδὴς, aut σμυρνοειδὴς, aut πολυγονοειδὴς dicitur, ipſi Plinio l. 24. c. 15. Clematis Ægyptia, quæ ab alijs Daphnoides, ab alijs Polygonoides vocatur. Alijs tamen ejuſdem l. 21. c. 11. Vinca pervinca confertur: alijs, an ejuſdem l. 24. c. 15. Centunculus ſit, dubitantibus.

I. Clematis daphnoides minor.

Vinca pervinca, Brunf. Geſn. hort. Lon. Adv. Lugd.

Chamædaphne altera Dioſcoridis, Brunf. 4.

Pervinca (quod ſemper vireat) Trag.

Clematis, Matth. Lac. Cord. in Dioſc. Tur.

Clematis prima Dioſcoridis, Ang.

Clematis daphnoides, Dodon. ut: Fuch. Lob. Thal. Cam. Tab. Cluſ. hiſt.

Clematis Ægyptia ſylv. Geſn. hort.

Provinca vulgo. Cæſ.

Clematis daphnoides minor flore cæruleo: flore albo: flore purpureo: tres fig. Eyſt.

Flores cærulei ſunt: quandoque candidi: rarius rubentes, vel ſubpurpuraſcentes: interdum flos alium florem medium continet.

II. Clematis daphnoides major.
Clematis Ægyptia hortenſis flore purpureo, Geſn.hort.
Pervinca major, Adv.Eyſt.
Clematis ſive Pervinca major, Lob.
Clematis daphnoides major, Dod.Cam.
Provinca altera major, Cæſ.
Clematis major, Lugd. prima major, Caſt.
Clematis daphnoides latifolia, Cluſ.hiſt.

Hanc Clematidem Ægyptiam Plinij: illam ejuſdem Vincam pervincam, Cæſalpinus ſtatuit.

III. Clematis flore pleno.
Daphnoides polyflora, Dod.
Clematis flore multiplici, Cam. [illegible]
Clematis purpurea Auſtriaca, flore pleno, Camer. hort.
Clematis major flore duplicato, Lugd.
Clematis altera flore pleno, Cluſ.hiſt.ap.alt.
Clematis daphnoides fl. purpureo pleno, Eyſt.

PERICLYMENUM.

Περικλύμενον à Dioſcoride lib.4.cap.14. deſcribitur, quod ſit frutex ſimplex, habens ex intervallis foliola caulem amplectentia, ſubcandida, hederacea, & inter folia germina naſcentia, ſuper quæ fructus hederæ ſimilis: florem candidum fabæ ſimilem ſubrotundum & quaſi in folium procumbentem: ſemen durum & avulſu difficilem: radicem craſſam ac rotundam: Niſi Dioſc. radicem rotundam diceret, cum noſtra conveniret: at Plinius lib.27. cap.12. radicem præterijt. Quare an noſtrum Periclymenum, potius ſit κυκλάμινος ἑτέρα, quàm κισσάνθεμον aut κισσόφυλλον vocitent, Dioſcoridis lib.2.cap.195. & Cyclamenos Plinij lib.25.cap.7. ambigitur, quod Dioſc. ſcribente, folia fert hederæ, ſed minora: caules craſſos, geniculatos, quiq; circa vicinas arbores capreolorum modo ſe volvunt: flores candidi, odorati: fructus verò inſtar acinorum uvæ, ſimilis hederæ, mollis, aliquantulum acri ſaporis & lentus: radix inutilis. Etſi ſint qui velint, Cyclaminum alteram, Vitem ſylveſtrem & Periclymenum tribus diſtinctis locis à Dioſcoride deſcriptum, unius plantæ nomina eſſe. Periclymenum dictum volunt, quod ſe adminiculis convolvat.

I. Periclymenum non perfoliatum Germanicum.
Caprifolium, Brunf. Geſn.hort. Lon. Germanicum, Dod.
Periclymenum, Trag. Fuch. Dodon.gal. Turn. Cord.in Dioſc. Geſn.hort. Cam. Thal. Tab. Ger. Germanicum, Eyſt.
Periclymenum non perfoliatum Septentrionalium, Ad. Lob.
Periclymenum vulgare Septentrionalium, Cluſ.hiſt.

Flos candidus, ſubluteus.

II. Periclymenum perfoliatum.
Periclymenum, Matth. Ang. Lac. Adv. Caſt.
Periclymenum alterum, Dod.gal.
Periclymeni ſpecies cujus folia unita, Geſner. hort.
Periclymenum perfoliatum, Lobel. Lugd. (& grandius) Tab. Ger. Eyſt.
Periclymenum vulgare alterum, Cluſ.hiſt.
Vincibofcum vulgo, Cæſ.

Flores ex purpura niveo candore nitent, alicubi luteo aſperſi: aut albi, aut ſubruffi.

III. Periclymenum humile.
Periclymenum 2. & Chamæpericlymenum Prutenicum, Cluſ.pan.
Periclymenum minus, Tab.
Chamæpericlymenum, Ger. Cluſ.hiſt.

IV. Periclymenum humile Norvegicum.
Chamæpericlymenum tenerius aliud, Cl.hiſt.

APOCYNUM.

Ἀπόκυνον ἢ κυνάγχον, παρδαλιαγχὲς, κυνόμορον Dioſcoridi lib.4.cap.81. Apocynum, Plinio lib.25.cap.11. quod canes, lupos, vulpes & pantheras, Dioſcoride auctore, vel ut Plinius, canes & omnes quadrupedes, necet. Dicitur alias περίπλοκα quaſi circumplectens, eò quòd proxima amplexetur.

I. Apocynum folio ſubrotundo.
Apocynum, Matth. Ang. Geſn.hort. Lac. Adv. Lob. (cui & Periploca Græca folijs latioribus hederaceis) Lugd. Caſt.
Apocynum primum latifolium, Cluſ.hiſt.
Cynocrambe, Lon.
Apocyni alterum genus, Cam.
Periploca repens, Cæſ.

II. Apo-

II. Apocynum folio oblongo.
Apocynum repens, Matth. Lugd. Camer.
Apocynum folijs Oleandri, Anguil.
Apocynum 2. anguſtifolium, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Apocynum, Cam. altera, Dod.
Periploca ſerpens anguſtiore folio, Ad. Lob.
III. Apocynum anguſto ſalicis folio.
Secamone, Scammonij ſpecies Ægyptijs, Alpin.
Apocini ſecundi ſpecies altera, Cluſ. hiſ. & hiſt.
IV. Apocynum Ægyptiacum lacteſcens ſiliqua Aſclepiadis. Beidel-ſar Alpini.
Oſſar vulgo in Ægypto: fructus vero Beid el oſſar, hoc eſt, ovum ex Oſſar: Arabibus Saccharum Alhuſar: forte Arbor lanigera, Bellonij l. 2. obſ. Hon. Belli ep. 4. & 5. ad Cluſ.
Apocynum Syriacum, ſeu Palæſtinum, ſive Ægyptiacum, Cluſ. hiſt.
Eſula Indica, quibuſdam.

ASCLEPIAS.

Ἀσκληπιὰς Dioſcoridis lib. 3. cap. 106. & Plinij lib. 27. cap. 6. Aſclepias, à quibuſdam noſtrum cenſeatur (dubitat Anguillara, negat Matthiolus) at Apocyno cognata herba videtur.

I. Aſclepias albo flore: & Gerard.
Hirundinaria, Brunf. Trag. Geſ. hor. Lonic.
Hederaſis, Ruellio.
Vincetoxicum, Matth. Dod. Thal. Caſt. Lugd. qui Fuchſij & Matthioli figuram exhibet.
Aſclepias, Fuch. Dod. gal. Cord. hiſt. Turn. Lac. Geſ. hor. Ad. Lob. Cæſ. Tab. duplici figura, Cam.
Aſclepias vulgi, Apocynum Dioſcoridis, Col.
II. Aſclepias nigro flore.
Vincetoxici altera ſpecies, Dod.
Aſclep. altera fl. nigro, Lob. ſive Periploca min.
Aſclepias nigra, Lugd. flore nigro, Cam. Taber. Cluſ. hiſt.
Vincetoxicum flore nigro, Cam. epit.
Apocynum, Colum.
III. Aſclepias ſiliqua bifido mucrone.
Aſclepias Cretica, Cluſ. hiſt. append. 1.
IV. Aſclepias ex Virginea.
Wiſauck ſive Vincetoxicum Indicum, Gerard.
V. Fructus Aſclepiadis ſiliquæ ſimilis, ſeminibus planis nigris.
Fructus 3. è navigation. Batau. Cluſ. ex l. 2. c. 15.

POLYGONATUM.

Πολυγόνατον Dioſcoridi lib. 4: cap. 6. quod radix crebro geniculata ſit: vulgo Sigillum Salomonis, haud dubie à veſtigijs pluribus, radici ſigilli inſtar impreſſis.

I. Polygonatum latifolium vulgare.
Sigillum Salomonis, Brunf. Geſn. hor. latifolium, Trag.
Seritur non paucis Germaniæ, præſertim apud Sileſios, Belgij, Galliæ, Italiæ & Hiſpaniæ locis, in uſum enim tinctorum agri conſeruntur: quemadmodum apud Dioſcoridem, in Thebana Galliæ, & Ravenna Italiæ, nec non in Caria inter oleas ſerebatur.
II. Rubia ſyl. aſpera, quæ ſylveſtris Dioſcoridi.
Rubia erratica, Trag.
Rubia ſylv. vera, Cord. ob.
Rubia maxima, Lob. ob.
Rubia ſylveſtris, Cæſ.
Quibuſdam locis ſponte in ſepibus proveniens, ſativæ per omnia ſimilis, radice tamen multo majore, & folijs atrovirentibus.
III. Rubia ſylveſtris lævis.

Rubia ſylveſtris, Brunf. Matth. Fuch. Dod. gal. Geſn. hort. Lac. Tur. Lon. Lob. Lugd. Cam. Caſt. Thal. Tab. Ger.
Rubia ſylv. minor, Adv. Lob. ob.
Lappago Plinij, Cæſ.
Alyſſum Plinij l.24. c.11. (quod folijs tantùm & ramis minoribus, ab Erythrodano diſtare ſcribit) quibuſdam: alijs Lappago ejuſdem l.26. c.10.
IV. Rubia pratenſis lævis acuto folio: quæ Rubia 2. in Prodromo. (Prod.
V. Rubia montana anguſtifolia: quæ 1. in
Rubia ſylvatica longioribus & anguſtioribus folijs, Geſn. hort.
VI. Rubia cynanchica.
Aſpergula herba repens, Geſn. col.
Synanchica, quod ad anginas ſumpta & admota valeat, Lugd.
Saxifraga altera, Cæſ.
Galiũ tetraphyllõ montanum cruciatum, Col.
VII. Rubia cynanchica ſaxatilis; quæ 8. in
VIII. Rubia linifolia aſpera. (Prod.

Juncaria Salmaticenſis, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Ger.
Juncaria, Tab.
Synanchicæ ſpecies, Lugd.

IX. Rubia maritima.
Rubia marina Norbonenſium, Adv. Lob. Dod. Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab.
Erythrodanum marinum, Lugd.
Crucialis maritima, Cæſ.

X. Rubia quadrifolia vel latifolia lævis.
Rubia lævis Taurinenſium, Lob. Lugd.

XI. Rubia quadrifolia, vel rotundifolia lævis: ſub Rubia 3. in Prodromo.

XII. Rubia latifolia ſpicata.
Rubia ſpicata, Imperato: Cretica, Cluſ. hiſt.

XIII. Rubia anguſtifolia ſpicata: quæ 4. in Prodromo.

XIV. Rubia Virginea.
Chappavvr, radices tenues quibus ad tincturas utuntur: in deſc. Virgin.

Rubeola.

I. Rubeola arvenſis repens cærulea: quæ 5. in Prodromo.
Rubeola arvenſis, Cam.

II. Rubeola repens rubra foliis ſpinoſis.
Rubia minima, Lob. Lugd.

III. Rubeola ſaxatilis: quæ 6. in Prodromo.
an Rubia ſaxatilis, Cam.

IV. Rubeola echinata ſaxatilis.
Cruciata muralis, Col.
an Crucialis minima in maritimis, Cæſ.

V. Rubeola maritima aſpera: quæ 7. in Prodromo.

APARINE SIVE ASPERUGO.

Ἀπαρίνη, ἀμπελόκαρπον, ὀμφαλόκαρπον, φιλάνθρωπον ramis quadrangulis, aſperis, folia, ceu & rubiæ, ramulos in orbem per intervalla cingunt, &c. Dioſcoridi lib. 3. cap. 104. Lappam Gaza apud Theophraſtum *7. hiſt. 8. & 14. vertit: Aparinem (ſcribit Plinius lib. 27. cap. 5.) aliqui Omphalocarpon, alij Philanthropon vocant, ab aſperitate veſtium tenaci, &c. Eidem lib. 26. cap. 10. Aſperugo inter Lappagines, dicitur ab aſperioribus folijs, ad quod nomen vulgare alludit.*

I. Aparine vulgaris.
Aparine, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Ang. Dod. ut; Cord. in Dioſcor. Lac. Turn. Lon. Adv. Lob. Lugd. Cæſalp. Caſtor.
Aparine aſpera, Thal.

II. Aparine purpureis floribus.

ASPERULA.

I. Aſperula, ſive Rubeola montana odora.
Caprifolium vel Stellaria, Brunf.
Hepatica tertia, Eid. 4.
Matriſylva, Trag. Cord. in Dioſc. Lon. Thal.
Aſperula, Dod. gal. Frac. Lob. Lugd. Ger.
Aſperula odorata, Dod. Caſt. Cluſ. hiſt.
Aſpergula odora noſtras, Adv.
Aparine ſylveſtris quædam, Cord. in Dioſc.
Alyſſos, Geſn. hort. Lac.
Alyſſum Plinij minus, Geſn. collect.
Rubia ſylv. alia minor, Geſn. append.
Hepatica ſtellata, Tab.

II. Aſperula cærulea arvenſis.
Aliſſon, Turn.
Aſperula cærulea, Dod. Lob. Cam. Lugd.
Alyſſum Galeni quibuſdam, ſed perperam.

III. Aſperula hexaphyllos purpurea.
Myagrum alterum minus Dalechampij, Lugd.

IV. Aſperula verticillata luteola.
Aſperula verticillata muralis minima, Col.

MOLLUGO.

Molluginis Plinius lib. 26. cap. 10. his verbis meminit: Et Lappago ſimilis anagallidi (fortè legendum Galio) niſi eſſet ramoſior, ac pluribus folijs aſpera, rugoſa, aſperioris ſucci, gravis odoris: quæ talis (fortè mollis legendum) eſt, Mollugo vocatur: ſimilis ſed aſperioribus folijs, Aſperugo.

I. Mollugo montana latifolia ramoſa.
Matriſylva ſecunda, Trago.
Rubia ſylvatica altera, Geſ. hor. major, Eid. ap.
Alyſſon Plinij majus, Geſn. col.
Mollugo montana, Dod. Lugd. Thal. Tab.
Mollugo, Cluſ. pan. & hiſt. Belgarum, Lob.
Gallium ſive Mollugo montana, Ger.

II. Mollugo montana anguſtifolia, vel Gallium album latifolium.
Gallion tertium, Trag. album, Adv. Cam. Thal.
Galion candido flore, Cord. in Dioſcorid. Cæſalpin.
Mollugo prima, Dod. Lugd. Tab.
Mollugo vulgatior herbariorum, Lob.

GAL-

GALLIUM.

Γάλιον, γαλλίειον, γαλάτιον, *nomen ex eo traxit, quod coaguli vice* γάλα *lac cogat & coagulet: ramulum foliumq́; habet Aparinæ ſimillimum, rectum: florem in cacumine luteum, &c. ſic Dioſcorid. l.4.c.96.*

I. Gallium luteum.
Gallij primum genus, Trag.
Galium, Matth. Lac. Caſt. luteum, Cord. in Dioſ. Lob. Lugd. Cam. Ger.
Gallium, Fuch. Dod. ut: Ang. Ion.
Gallium luteum, Ad. Thal. primum, Tab.

II. Gallium rubrum.
Gallium rubro flore, Cluſ. hiſt.

III. Gallium nigropurpureum montanum tenuifolium, Colum.

IV. Gallium paluſtre album.
Gallion paluſtre, Dodon.
Galion flore candido in paluſtribus, Cæſalp.
Caſtor.
Aparine lævis paluſtris, Thalio.
Gallium album, Lon. Tab. Ger.

V. Gallium album minus.
Gallium album minus, Tab. rubrum, Ger. ico.
Folia bina plerunque, nonnunquam terna habet.

CRUCIATA.

Cruciata ac Crucialis, à foliorum in crucis formam ſitu nominatur, licet ad Rubiæ & Aparines ſimilitudinem aliquomodo accedat.

I. Cruciata hirſuta.
Gallij ſecundum genus, Trago.
Galion, Turner.
Crucialis, Hermol. Cæſ.
Cruciata, Dod. ut: Geſ. hor. quæ Gallio cognata, Cam. Caſt. ico.
Cruciata minor, Ad. Lobel. (& Aſperula aurea) Lugdun.
Cruciata herniaria, Thalio.
Alyſſon Plinij, Cæſalp. Inguinaria Plinij lib. 26. cap. 9. quibuſdam (Inguinaria paſsim in vepribus naſcens, ut proſit inguinibus in manu tantum habenda eſt: plura non habet) fortè quia in hernioſis, rupturis ſolidandis, admodum præſtans habetur.
Eadem in montibus longè exilior.

II. Cruciata glabra: hæc ſub Gallio latifolio glabro in Prodromo deſcribitur.

SECTIO SECUNDA.

RVTA: THALICTRVM.

RUTA.

Πήγανον *Dioſcoridi libr. 3. cap. 52. Theophraſto 1. hiſt. 10. ita dicitur quòd caliditate ſua* πήγνυσι τὸν γονὴν *(ſemen coagmentet) ut Nicandri ſchol. tradit. Ruta Plinio libr. 19. cap. 8. ubi ſerendi modum recenſet. Ruta fortè dicta à Græco* ῥύτη: *Scribit enim Jolaus in rebus Peloponeſiacis,* πήγανον *in Peloponeſo* ῥύτην *vocari.*

Genera: Dioſcoridi l.c. alia ſativa & hortenſis: alia montana & ſylveſtris: & hæc eidem duplex: ſic ait, Ruta montana & ſylveſtris, ſativâ & hortenſi acrior eſt, & in cibis damnata: eſt autem in hortenſi genere eſui aptior quæ juxta ficus provenit: ſylveſtris ſativa quodammodo ſimilis eſt: & c.33. Vocant etiamnum ſylveſtrem rutam, quod in Cappadocia & Galatia Aſiatica, Moly dicitur. Frutex folijs longioribus flore candido, &c. Sunt qui rutam hanc Harmala vocent, Syri Beſaſa, Cappadoces Moly, &c. Theophraſto, Ruta caudice conſtat & arboris quaſi naturam adipiſcitur: & 2. hiſt. 1. ex palmite exit & avulſione: & 7. hiſt. 4. plura ſunt ejus genera: & 7. hiſt. 6. ſylveſtris aſpectu vicina urbanæ eſt, præterquam folijs minoribus, &c. & 1. hiſt. 16. Rutula folia carnoſa habet, ſed caro in latitudinem diſtenditur, non in rotunditatem craſſatur. Plin. l.20.c.13. Sativæ folia latiora, rami fruticoſiores: ſylveſtris horrida ad effectum eſt & ad omnia acrior, &c. addit Pythagoram in hac marem, minoribus herbaceiq́; coloris folijs, à fœmina diſcreviſſe: eam lætioribus folijs & colore.

I. Ruta

I. Ruta hortenſis latifolia.
Ruta, Brunſ. Matth. Ang. Frac. Tur. Lac. Cæſ. Caſtor
Ruta domeſtica, Trag. hortenſis, Fuch. Dod. gal. Geſ. hor. Lob. Cam. Gerard.
Ruta ſativa, Cord. in Dioſcorid. Lugd. major, Geſn. hort.
Ruta major & hortenſis, Ad.
Ruta graveolens hortenſis, Dod.
Ruta latifolia, Tab.
Hæc in hortis ita colitur, ut ſæpè tres, etiam quatuor cubitos ſuperet: hanc arbuſculæ ſimilem cultura evaſiſſe in horto Stutgardiano obſervavimus.
II. Ruta hortenſis altera.
Ruta hortenſis minor, Trago.
Ruta ſativa tenuifolia, Cord. in hiſt.
Ruta hortenſis nobilitate præſtans, Geſ. hor.
Ruta tenuifolia, Tab.
Ruta ſylveſtris graveolens, Ger. ico.
Illa vulgatior eſt & per omnia major & cæſij coloris: hæc verò minor, præſtantior & nigricantior.
III. Ruta ſylveſtris major.
Ruta ſylv. Matth. Dod. gal. Ad. Lon. Lugd.
Ruta ſylv. prima, Lac. Caſt. graveolens, Dod.
Ruta ſylveſtris majoribus folijs, Geſ. hort.
Ruta montana, Tab. Ger. ſylv. montana, Lob.
IV. Ruta ſylveſtris minor.
Ruta ſylveſtris minoribus folijs, Geſ. hort.
Peganion Narbonenſium ſive Rutula, Ad.
Ruta ſylveſtris, Dalechampio in Dioſcor. Lob. Lugd. Cam. epit. qui priori adjungit.
Ruta ſylveſtris minima, Dod. Ger.
Ruta montana & ſylveſtris, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Ruta ſylv. tenuifolia, Cam. ſylv. minor, Tab.
Ruta montana legitima, Cluſ. ap. alt. lib. 2. figuram exhibet, priorem minus elegantem & ſpuriam dicens.
Huc referenda
Ruta ſylv. Cretica, Cluſ. hiſt. quæ priore vegetior & magis luxurians, quia in culto loco nata, folijs valde leniter inciſis, & gravis odoris.
V. Ruta ſylveſtris flore magno albo.
Ruta ſylveſtris, Ang. Cord. in Dioſc. Geſ. hort.
Ruta ſylveſtris Harmala, Matth. Cluſ. hiſt. Lug.
Ruta ſylveſtris ſecunda, Caſt. Carner.
Harmel, Geſ. hor. Conſtantinopolitanum, Cæſ.
Harmala, Dod. Cluſ. hiſp. Tab. Cæſ.
Harmala Syriaca, Ad. Lobel.
Huc referri debet
Ruta triangulo pericarpio, Ad.

THALICTRUM SIVE RUTA
Pratenſis.

Θάλικτρον folia Coriandri habet at pinguiora: cauliculum rutæ craſſitudine, in quo folia, Dioſcorid. l. 4. cap. 98. Sic dictum fortè à θάλλω vireo, eò quòd dum germina protrudit eleganter vireat. Phellandrium Plinij aliqui ſuſpicantur.

I. Thalictrum majus ſiliqua anguloſa aut ſtriata.
Thalictrum, Cord. in Dioſcor. nigrum, Eid. hiſtor. Thal.
Piganum, Dod. gal. Lugd.
Ruta pratenſis, Geſn. hort. herbariorum, Ad. Lobel.
Saxifraga lutea, Geſ. hort.
Barba caprina minor, Geſ. hort.
Thalictrum quorundam, Geſ. hort.
Thalictrum ſecundum ſive Germanicum latifolium, Cam.
Thalictrum magnum, nonnullis Pſeudorhabarbarum, ob radicis luteum colorem, Dod.
Thalictrum pratenſe 1. vel 5. Cluſ. pan. & hiſt.
Ruta ſylveſtris, Cæſ.
Florum muſcoſa ſtamina è pallido candicant, rarius purpuraſcunt: hinc
Thalictrum flore incarnato, &
Thalictrum flore albo; Eyſt.
II. Thalictrum majus non ſtriatum.
Thalictrum magnum ſecundum, Dod.
Ruta pratenſis major ſecunda, Tab.
III. Thalictrum majus flavum ſtaminibus luteis, vel glauco folio.
an Pes-Milvi, Anguil.
Thalictrum majus tertium, Dod.
Thalictrum primum vel Hiſpanicum, Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum primum Italicum, Cam.
Thalictrum in Hetruria vulgo Verdemarcum, Cæſalp.

Ruta

Ruta pratenſis major quarta, Tab.
Thalietrum ſive Thalictrum majus, Ger.

IV. Thalictrum majus florum ſtaminibus purpuraſcentibus.
Thalietrum majus quartum, Dod.
Thalietrum quartum vel montanum tertium, Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum quintum flore purpureo, Cam.
Ruta pratenſis major tertia, Tab.

Florum ſtamina dilutam violæ nigræ purpuram referunt.

V. Thalictrum montanum album.
Thalietrum 2. & 3. vel montanum 1. & 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum ſextum flore albo, Camer.

Duplex eſt, unum altius excreſcit, flore candido admodum gravis odoris: alterum flore albo etiam, ſed paulo humilius, minus ingrati odoris.

VI. Thalictrum pratenſe anguſtifolium.
Thalietrum pratenſe 2. vel 6. Cluſ. pan. & hiſt.
Thalictrum tertium anguſtifolium, Cam.
Ruta pratenſis major quinta, Tab.

VII. Thalictrum pratenſe anguſtiſsimo folio: quod 1. in Prodromo.

VIII. Thalictrum minus.
Hypecoum forte, Dod. gal. Lugd.
Ruta pratenſis tenuifolia, Ad.
Thalictrum tenuifolium, Cord. hiſt. Lob.
Thalietrum minus, Dodon. Gerard. parvum, Camer.
Thalietrum ſeptimum, Cluſ. pan. & hiſt.
Ruta ſylveſtris altera, Cæſ.
Ruta pratenſis minor, Tab.

Stamina florum quandoque pallidi coloris ſunt, quandoq; ex luteo langueſcunt, & è violaceo purpuraſcunt.

IX. Thalictrum minimum fœtidiſsimum: quod 2. in Prodromo.

Simile, ſed caule ex puniceo colore purpuraſcente Thalictri maritimi nomine, D. Gillenius miſit.

SECTIO TERTIA.

DE LEGUMINIBUS CAPREOlis Donatis.

Legumina dicta putat Varro à legendo, quoniam ea non ſecantur, ſed vellendo leguntur. Græci ὄσπρια vocant, at Theophraſtus χέδροπα.

FABA; SMILAX HORTENSIS, SIVE DOLICHUS, SIVE PHASEOLUS; PISUM; OCHRUS, SIVE ERVILIA; LATHYRUS ſive Cicercula; Vicia & Aphaca; Arachus ſive Cracca; Arachidna, & Lentes.

FABA.

Acturi de Leguminibus, primo de Faba ſermo erit, quia inter legumina maximus honos fabæ: quippe ex qua tentatus etiam ſit panis, cujus farina Lomentum appellatur, ut Plinius l.18 c.12. loquitur: ita hodie ejus farinam quidam Secale miſcent, & panem conficiunt ſolidum ac multi nutrimenti: Sic & Phriſij etiam hodie magna ex parte fabarum farinâ, hordei farinæ aut avenæ admixta, panes faciunt.

Græcis κύαμος à feracitate dicta: vel παρὰ τὸ κύειν αἷμα, ut Euſtachius vult: quemadmodum κυαμὼν locus fabis conſitus ſeu fabetum apud Theophraſtum 4. hiſt. 10. Fabulum Gellio & Feſto.

Duplex Dioſcoridi lib. 2. cap. 127. & 128. altera κύαμος ἑλληνικὸς, altera αἰγύπτιος: illa Græca, quæ eadem cum vulgari videtur & ad differentiam Ægyptiacæ Græca dicta: hæc Ægyptia nominata. At Theophraſtus 8. hiſt. 3. de communi faba egit, quemadmodum de Græca 4. hiſt. 2. & de Aegyptia, 4. ejuſdem 10. Plinius Fabæ communis deſcriptionem ſparſim, lib. 18. cap. 7. exhibuit, eam ſeri, ait folia habere multiplicia rotunda, ut & magna leguminum pars, ſolam ex leguminibus unicaulem eſſe (inter legumina ſola potiſſimum erecto caule conſtat Theophr. 8. hiſt. 3.) quadraginta diebus florere & alterius lateribus ſiliquari: at lib. 18. cap. 12. naſci tamen & ſua ſponte pleriſq; in locis ſicut Septentrionalis Oceani Inſulis, quas ob id Fabarias (idem Plin. 4. hiſt. 13.)

appellari: item in Mauritania paſſim ſylveſtrem eſſe: meminit & Aegyptiæ ſpinoſo caule, folio amplo, capite papaveri ſimile, colore roſeo, &c.

I. Faba, Brunſ. Matth. Ang. Fuch. Tur. Cord. in Dioſcor. Geſn. hort. Lac. Lon. Caſt. Cam. ſativa, Lugd.
Faba vulgaris, Trag, Fuch. Cord hiſt.
Phaſelus ſativus, Dod. gal. qui ſecutus Ericium Cordum, Fabam eſſe negat.
Bona ſive Phaſelus major, Dod.
Faba major vulgaris, Ad.
Faba major recentiorum, Lob. hortenſis, Ger.

Variat flore & fructu: floris colore, qui vel ex purpura nigreſcit: vel candidus, lituris nigris conſpicuus, quas literas lugubres dicunt, ideò aliqui ijs non veſcuntur: & harum eſus à Pythagora prohibitus, vel quia animæ mortuorum in ea ſint: vel quia exiſtimant ſenſus hebetare & inſomnia facere. Fructus magnitudine, figura & colore differunt: ſunt magnæ & inter legumina maximæ cenſentur, & quo majores eò magis in longitudinem depreſſæ: ſunt minores quæ rotundiores: in qualibet ſiliqua utplurimum ternæ, ad ſummum quinæ. Colore plurimùm candidæ, vel in candido pallentes, ex rubicundo colore purpuraſcentes, nigræ aut in nigro purpuraſcentes: & has Fabas nigras vocat, majores & minores facit, Cord. hiſt.

Fabæ duorum aut trium generum in Inſula Madagaſcar reperiuntur: part. 4. Ind. Orient. cap. 1. Sic in Guinea varij generis, inprimis aliquæ delicatulæ & molles: part. 6. Ind. Orient. cap. 12. varia quoque genera in Anabonæ: par. 8. Ind. Orient.

II. Faba minor ſive equina.
Bona ſive Phaſelus minor, Dod.
Faba minor. Ad. Lugd.

Fructus eſt teretis quodammodo figuræ, ac in rotunditate oblongus, colore ſubalbicans aut ſubflavus, alias nigro, umbilicum ſupernè parvum ac nigrum habens: medium quoddam genus inter majorem ac ſylveſtrem fabam: majoribus enim, minor & rotundior, ſylveſtribus verò major ac longior. Ex hac apud zelandos & finitimos panes fabaceos veterinis dant, & hæc in equorum (hinc Bonam equinam vocant) jumentorumq; pabulum ſeritur, Dodon. At Sebuſiani ruſtici non alio pane veſcuntur, quam confecto ex paululo tritici, ſecale & rotunda minutaq; faba, Lugdun.

III. Faba ſylveſtris fructu rotundo atro.
Faba ſylveſtris, Matth. Ad. Caſtor. Lugd. Tab. Camer.
Phaſelus ſylv. & niger, Dod. gal. (quæ forte Faba eſt) Geſ. hort. (cui Phaſelus forte veterum,) Lugdun.
Bona ſylveſtris, Dod.
Faba Græcorum ſylveſtris, Lob.
Piſa nigra, Camer.
Aracus, Fuchſij vulgo Vitia Romana, Cam.
Cucophicos Crerenſium nomine ſemen ex Creta, ab Honorio Belli accepimus, quod ex deciduo ſemine facilè regerminat.

IV. Faba Indica purgatrix.
Faba purgatrix, Monardi, Frag. Lugd. quoad deſcriptionem.
Phaſelus Peruanus, Petri de Oſma ad Monard.
Fructus peregrinus undecimus, ſive Phaſeolus colore Macounæ ſimilis, Cluſ. exot. l. 2. c. 30.

V. Faba purgatrix latiſsima, ex Inſula D. Thomæ.
Phaſeolus major, Cluſ. ad Monard.
Cor Divi Thomæ, à forma & quod in Inſula D. Thomæ naſcatur, Eid.
Lobus craſſus ex Inſula S. Thom. Cluſ. ex. l. 3. c. 8.
Phaſeolus novi orbis, Lob.
Phaſeolus Americanus purgans, Tab. Ger.
Faba purgatrix, Lugd. ico.

VI. Faba Indica prælonga.
Fructus 11. peregrinus, vel Phaſeolus ex ſpadiceo nigricans, Cluſ. exot. l. 2. c. 30.
Fructus peregrinus 11. tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

VII. Faba arboreſcens: hujus differentias 6. in Prodromo propoſuimus, quas Fabæ arboreſcentis Anglicæ nomine Amſtelrodamo à D. Jacobo Guilelmi Hooft accepimus.

1. Faba arboreſcens rufa, ſinu ad baſin ſemicirculari uncias quatuor longa, tres lata.

2. Faba arboreſcens media, umbilico ſemicirculari, cortice nigro ſtriato.

3. Faba arboreſcens minor umbilico oblongo, cortice nigro.
an Faba arboreſcens Tilemanni, Cluſ. exot. lib. 3. cap. 6.

4. Faba arboreſcens umbilico oblongo ſpadiceo cortice.
an Phaſeolus peregrinus primus, Cluſ. exot. lib. 3.

lib. 3. cap. 7. qui & ſecundum priore minorem exhibet.)

5. Faba arboreſcens ſcapulæ os referens, badiceo cortice.

6. Faba arboreſcens unguis magnitudine nigro cortice.

an Phaſeolus peregrinus quintus, Cluſ.

VIII. Fabæ Braſilianæ.

Fabæ genus pollicis craſsitudine à Barbaris Commanda-ouaſou appellata: Lerio deſcript. Braſil. c. 12. Habent & alias fabas craſſas & minutas: par. 3. Amer. ep. alt. de Braſil.

SMILAX HORTENSIS SIVE DOLICHUS, ſive Phaſiolus.

Σμῖλαξ κηπαία foliis eſt hederæ ſed mollioribus, cauliculis clavicularum inſtar propinquis fruticibus ſeſe implicans, ut operi topiario inſerviat, cujus fructus λόβια (quaſi ſiliquulas dicas) ſemina continet renibus ſimilia, non æquali colore, ſed ex parte ruffeſcentia, &c. Dioſcoridi lib. 2. cap. 176. Hæc ab Hippocrate, Diocle, Theoph. & pleriſque aliis δόλιχος vocatur: à nonnullis à ſiliquarum magnitudine λόβος & λόβιον: ab aliis φασίολος (à φασήλῳ ut aliqui volunt differens) Galeno 1. aliment. ſcribente. Dolichus Theoph. 8. hiſt 3. [illegible] Smilacem hortenſem Dolichos eſſe & Phaſeoli genus, & ab omnibus Lobos nominari, apertè docet. φάσηλος apud Dioſcoridem lib. 2. cap. 130. ſed ſine ullis notis habetur. Sunt tamen qui Smilacem hortenſem à Phaſiolis, ſolum ſiliquis & ſemine differre cenſeant, quæ in Smilace majora ſint, ut Matthiolus voluit, qui pro Phaſiolo & pro Smilace hortenſi eandem pingere videtur, niſi quod pictura una recta, altera inflexa eſt: At Anguillara, phaſiolum & phaſelum non diſtinguit: auctor hiſt. Lugd. aſſerit Galeno vocem Phaſiolum quatuor ſyllabis prolatum, à Phaſelo tribus ſyllabis pronunciato, diverſam eſſe, & de hoc cum Ervilijs ſimul tractaſſe. Plinius lib 18. cap. 7. Faſeolis folia venoſa tribuit.

Duplicem facimus, vulgarem alium, alium peregrinum: vulgarem, alium majorem, fructu longiore & [illegible] formam melius referente, qui communiter candidus: alium minorem ſiliqua anguſtiore: diſtant etiam craſſitie & tenuitate. Hic variat floris & ſeminis colore: flores plerunque candidi, pallidi, flaveſcentes, purpuraſcentes ſive amethyſtini, & ut Cordus in ſua hiſtoria cenſuit, floris colorem fructus ſequuntur. Verùm in ſemine fructûve major eſt coloris varietas, ſunt nivei, flavi, ex flavo obſoleti, purpurei, rubri, laterici ferè coloris, amethyſtini, violacei, atroviolacei, nigri, initio purpurei deinde atri: vel albi nigris venis & lituris [illegible]: Item carnei & cinerei ſimilibus venis inſignes: Item albi purpuraſcentes, orbibus albis variegati, vel badicei nigris maculis aſperſis: nonnulli incani, atro colore, vel ab una parte, vel utrinque notati.

Smilax hortenſis ſive Phaſeolus vulgaris.

I. Smilax hortenſis ſive Phaſiolus major.
Phaſeolus, Brunf.
Phaſeolus, Dod. gal. Camer. vulgaris (vel Faba Turcica multicolor) Adv. Lob. Cluſ. pan. & hiſt. albus, Ger.
Smilax hortenſis, Brunſ. quoad deſcript. Trag. [illegible] & Siliqua Theoph.) Matth. (& Phaſeolus hortenſis) Fuch. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Lugd. Tab. (qui, ut & Gerardus, fructus duodecim generum pingit) Cam.
Smilax ſativa ſive lenis, vel Dolichus, Cord. hiſtor.
[illegible]chos Theophraſti, Ang.
Dolichus (ſive Phaſeolus) Dod. Lon.
Phaſeoli genus peregrinum, quos Phaſeolos Turcicos vocant, Cæſ.

II. Smilax hortenſis minor.
Dolichus alter, an Phaſeolus minor ſive Alexandrinus Tralliani, Dod.
an Phaſeolus, Tur.

Sola magnitudine à priori differt.

III. Smilax ſiliqua ſurſum rigente: vel Phaſeolus parvus Italicus.
Phaſeolus, Matth. albus, Lugd.
Phaſeolus, Phaſelus, Ang. Cord. in Dioſcorid. & hiſtor.
Phaſilus, Cæſ.

Flore eſt majore candido papilioni ſimili, foris in viridi colore palleſcente: folijs nullam aſperitatem habentibus: ſunt majores & minores: ſunt albi, ſubnigri, illi macula nigra, hi alba notati: eſt & minor albidus, cum orbita rubente aut nigricante.

Phaſeolus peregrinus.

Non minor ſanè varietas eſt in Phaſiolis ex America, Africa atque alijs regionibus, pro-

cul ab orbe noſtro remotis, quàm in his quæ in Europa naſcuntur: Sunt enim majores, minores, mira colorum varietate inter ſe diſcreti. Illorum nonnulli, aut prorſus candidi, aut flavi, aut cinericei, aut fuſci, aut atri, aut rubri, aut amethyſtini, aut varijs coloribus non uno modo diſtincti: interdū albo & nigro, rubro & nigro, flavo & nigro: ſic alius ex flavo & ſpadiceo ſimul mixti coloris, at circa hilum candidus: alius roſeus, in quo rubri nonnihil elucet, &c.

I. Phaſeolus peregrinus hortenſi affinis, ſemine lato albo, multis nigris venis ſtriato.
Phaſeolus 1. ſive Africanus, Cluſ. pan.
Phaſeoli peregrini primi genus alterum, Cluſ. hiſtor.
Phaſeoli magni lati albi, Lob. ico.
Phaſeolus Africanus, Cam.
an Okindiger in Virginea, fabis Anglicanis ſimiles, planiores tamen & diverſorum colorum, nitidæ & maculoſæ: in deſc. Virgin.
Okindiger in Virginea, par. 1. Ind. Occid.
Ex Africa primum allatus.

Variat: ex nigro varius, prorſus niger, coloris tegularum, ſtrijs per longitudinem nigris.

II. Phaſeolus peregrinus primo ſimilis, fructu lato, albo ſtriato.
Phaſeolus peregrinus 9. Cluſ. hiſt.

III. Phaſeolus peregrinus hortenſi affinis, fructu tumidiore minore niveo.
Phaſeolus peregrinus 2. ſive Phaſeolus de Guatimela, Cluſ. pan. (at icon habetur ſub Phaſeolo Purkircheriano 2.) & hiſt.
an Phaſeoli parvi pallido albi ex America delati, Lob. ico.

IV. Phaſeolus peregrinus Anagyridis fructui ſimilis, ex nigro ſubvireſcens.
Phaſeolus Ægyptiacus 5. Cluſ. pan. deſc. at figura habetur ſub 3.
Phaſeolus peregrinus 5. Cluſ. hiſt.
Phaſeolus Ægyptiacus, Tab. Ger. deſc.
an Dolichus Bellonio.

V. Phaſeolus peregrinus Anagyridis fructui ſimilis colore rubeſcente.
Phaſeolus peregrinus 3. qui cum ſequenti Lobi Indici nomine ex Hiſpania miſſus, Cluſ. pan. quoad deſcriptionem: & hiſt.

VI. Phaſeolus peregrinus minore fructu, albo nigra macula inſignito.
Phaſeolus peregrinus 4. Alubias de Indias, Cluſ. pan. quoad deſcriptionem; & hiſt.
Phaſeolus albus, Lugd.
Phaſeoli pumiliones, albi & nigri, Cam.

Variat colore: eſt alius niveus nigra macula notatus: alius in lateribus nigris maculis ſignatus.

VII. Phaſeolus peregrinus anguſtifolius: an idem cum Smilace hortenſi minore.
Phaſeolus peregrinus, Dod. ſextus, Cluſ. hiſt.

Fructu eſt vulgari minore & planiore, coloris ſubrubri: ex Hiſpania Frizoles Guaeli nomine miſſus.

VIII. Phaſeolus peregrinus anguſtifolius alter, fructu ex albo & nigro vario.
Phaſeolus peregrinus ſeptimus, Cluſ. hiſt.

Variat: nam in fructu ſtria, nunc in longitudinem extenduntur: nunc maculæ nigræ majores vel minores, confuſo ordine, aſperſæ: vel exiguæ albæ maculæ in lobo, vel ſolum in parte media conſpiciuntur.

IX. Phaſeolus peregrinus folijs minoribus, fructu exalbido, nonnunquam variegato.
Phaſeolus peregrinus octavus, Cluſ. hiſt.

Fructus, colore eſt ex albido: aliquando nigricantibus virgulis ſecundum longitudinem, vel confuſè notatur: interdum totus penè nigricat.

X. Phaſeolus peregrinus lobo & fructu nigro.
Phaſeolus peregrinus 10. Cluſ. hiſt.

XI. Phaſeolus peregrinus fructu variegato.
Phaſeolus peregrinus 11. Cluſ. hiſt.

Fructus planus dilutè rubens, nigris venis per longitudinem excurrentibus: aliquando maculæ magnæ vel exiguæ confuſè aſperguntur: interdum altera ſolum parte nigricat, parvis rubris maculis variegatus.

XII. Phaſeolus peregrinus fructu ſubrubente nigris ſtrijs variegato alter.
Phaſeolus peregrinus 12. Cluſ. hiſt.

Aliquando plurimæ ſtriæ totum ferè atrum reddunt.

XIII. Phaſeolus peregrinus exalbidus cui columbini ferè figura, fuliginoſa macula inſignitus.
Phaſeolus tertius peregrinus, Cluſ. exot. l. 3. c. 7.

XIV. Phaſeolus peregrinus niger macula ſubalba notatus.
Phaſeolus quartus peregrinus, Cluſ. exot. l. c.

Phaſeolus Aethiopicus vel niger.

I. Phaſeolus Æthiopicus lobis nigris venis aſperſis, fructu atro ſplendente.

Phaſeo-

... peregrinus 13. vel Æthiopicus, Cl.hiſt.
... Phaſeolus Æthiopicus lobis flaveſcen-
... fructu nigro.
...olus peregrinus 14. Cluſ.hiſt.
... Phaſeolus Æthiopicus lobo ſaturo pur-
... fructu atro.
...olus peregrinus 15. Cluſ.hiſt.

Phaſeolus Guinenſis.

...haſeolus Guinenſis fructu fuſco ſpadiceo.
...olus peregrinus 16. Cluſ. hiſt.
...nt majores, ſunt & minores.
... Phaſeolus Guinenſis lobo cortice nigro
... & in cuſpidem longam & acuminatam
...onte.
...eolus peregrinus Nigritarum, Cluſ. exot.
... cap.11.
... Phaſeolus Guinenſis lobo ex fuſco ci-
...eo fructu nigro.
...eolus Nigritarum 2. Cluſ.lib.cit.
... Phaſeolus Guinenſis lobo ex fuſco cine-
... ſpadiceo ſuperiore majore.
...olus Nigritarum 3. Cluſ.exot.lib.cit.
...haſeol. Guinenſis ſiliqua ulnę lõgitudine.
... magnę in ſiliquis, quarum alię ex arbo-
... pendent ad ulnæ unius longitudinem &
... latitudinẽ, partim verſicolores ex rubro
...o, quales Turcicæ vocatæ, ſed majores:
... albæ & rotundæ, quarum ſingulæ ſuis
... inſunt, veluti Ciceres: par.2.Ind.or.c.4.

Phaſeolus Aegyptiacus ſive Lablab.

... Phaſeolus Ægyptiacus nigro ſemine.
...li genus Leplap ſive Lablab, Cluſ.pan.
...eolus peregrinus Leblab, Cluſ.hiſt.
... niger Lablab vocatus, Alpin.
... & niger & ſpadiceus, hilo albo.
... Phaſeolus Ægyptiacus ſemine rufo.
...b alterum rufum Alpini, Cluſ.hiſt.

Phaſeolus Indicus.

... Phaſeolus Indicus major bicolor.
...olus peregrinus Indicus, Cluſ.pan. & hiſt.
...olus 5. ſive Ægyptiacus, Cluſ.pan.ico.
...olus Ægyptiacus, Tab.Ger.ico.
... eſt nuce pontica paulo minor, parte
...re niger, inferiore aureus.
... Phaſeolus Indicus minor: eſt rubens,
...rus, fuſcus, maculatus.
... Phaſeolus Indicus minor alter.
..., Cluſ.in Garz. & pan.
...olus Indicus alter. Mates, Cluſ.hiſt.
... peregrinus 10. Cluſ.exot.lib.2.cap.30.

Fructu eſt purpureo, aut albis purpureiſque maculis diſtincto.

IV. Phaſeolus Indicus ruber.
Phaſeoli rubri Indiani duriſsimi, Lob.ico.
Eſt ruber, ex phœniceo croceus, ex rubro ſpadiceus ſplendens.

V. Phaſeolus Peruvianus ruber ſubrotundus.
Phaſeoli peregrini variorum generum, Cluſ. exot. lib.2. cap.13.
Hujus differentię aliquot: alius major, coloris ex atro rubentis, qua parte lobo adhæſerat longiore veſtigio nigro præditus: alter minor, ſatis craſſus, coloris rubri corallij æmuli: vel alter forma ſimilis, coloris magis ſaturo & ad puniceum quodammodo vergente: tertius elegantiſsimus magis orbicularis, qui major & minor, color in utroque bifariam diviſus, media ex parte corallij inſtar ruber, altera ater, lævis & ſplendens eſt: & hic Anacok dicitur.

VI. Phaſeol.pereg.ex rubro & nigro diſtinct^o. Anacok, Cluſ. exot.lib.2.cap.11. & lib.3 cap.13.

VII. Phaſeolus peregrinus bifidus duplex: alter orbicularis ceneracei coloris, tenui atra membrana: alter durus nigricans, tenui membrana alba tectus.
Phaſeoli alij peregrini, Cluſ.exot.l.3.c.14. qui & tertium addit, lævem, ſpadiceum, durum & ſolidum, Capotillo del Aldana nomine miſſum.

VIII. Phaſeolus Indicus ovatus: hic varius eſt colore: eſt niger, ſpadiceus umbilico albo eoq; majore vel breviore: ſanguineus, hilo nigro.

IX. Phaſeolus orbicularis niger Americanus. Parapar, Cluſ.exot.lib.2.cap.21.

Phaſeolus Americanus, vel Braſilianus.

I. Phaſeolus Braſilianus folijs molli lanugine obſitis, fructu magno.
Phaſeolus Braſilianus Macouna dictus, Cluſ. ad Monard.
Phaſeol. Braſilian. Lob. Cam.Ger.tertius, Tab.
Phaſeolo Nigritarum ſimilis ex Pernambuco Americæ, ſpadicei coloris Macouna appellatione inſignitus, Cluſ. exot. lib.2.cap.6.
Et hic variat colore fructus: alius rufeſcit, alius dilutioris coloris, alius totus niger, alius punctatus.
Similes ex cinereo candicantes ex Africæ Mauritania adferuntur; quo ſolo à Braſiliano differunt, Cluſ. Lugd. (magnitudine.

II. Phaſeolus Braſilian. alter fructu nigro piſi
Phaſeol. Braſilian. alter, Cl. ad Monad. Lob. Tab.

Phaſeolus alter Indicus, Lugd.

III. Phaſeolus Braſilianus vulgari ſimilis, ſed major & latior.

Phaſeoli genus è Braſilia, novi orbis provincia, Cluſ. ad Monardem.

Hic modo flavus, modo omnino niveus, modo dilutiore colore, modo ater, aut purpureus, aut albis purpureiſque maculis diſtinctus.

IV. Phaſeolus Braſilianus ſpadicei coloris & circa hilum fuſci candicantis.

Phaſeolus Braſilianus, Cluſ. exot. l. 3. c. 12.

V. Phaſeolus Braſilianus minor.

Phaſeoli parvi ex America, Lob. Lugd.

Phaſeolus Braſilianus primus, Tab.

Hujus magna varietas, quare fructus duodecim genera, Tab. & Gerardus pingunt.

VI. Siliquulam anguſtam, vix uncialem, cui grana aliquot exigua, ſubviridi[illegible] hilo albo in medio, ut in Phaſeolis, ex India cum quibuſdam alijs, Reverendus D. Terencius cum ſequenti inſcriptione miſit: Siliquula, ut & ſemen huic chartulæ involuta, eſt herbæ Anil, nec eſt ſpecies Glaſti, ſed legumen.

PISUM.

Piſum, Græcis ὁ πίσος & τὸ πίσον vocatur, quod à πτίσσω derivatum videtur, quod decorticare ſignificat: plerique etiam λέκυθον dici putant, ſed impropriè: nam ex farina leguminum pulmentarium, λέκυθον dici à Græcis, Galenus in lib. de cibis boni & mali ſucci teſtatur. Piſum verò, à Piſa, loco in quo olim copioſiſsimè naſcebatur, nominatum dicunt. Hujus Dioſcorides non meminit, niſi fortè cum Phaſeolis comprehenderit: at Hippocrates, Theophraſtus, Galenus, Ægineta. Nam Theoph. 8. hiſt. 3. leguminum alia folium habent rotundum, ut Faba: alia oblongius ut Piſum, & hoc caulem humi procumbentem habet: & 8. hiſt. 5. ſemina ſiliquis incluſa, non interſepta, ſed quaſi invicem contingentia, conſiſtunt: & 3. cauſ. 27. vermes in ipſo generantur, ob alimenti cæliq; intemperiem, cum plus minúſve alimenti præbetur, aut aër immodicè humidus ſiccúſve eſt, vel etiam cum non tempeſtivè humeſcit. Plinius lib. 18. cap. 7. & 12. Piſi obiter meminit.

Genera duo ſunt: eſt majus & minus: majoris ſemina reſiccata anguloſa ſunt, inæquales angulos habentia, colore alias candido, alias ſordido: Minus ſimiliter duplex, aliud quod in hortis ſeritur, quod ſi pedamentis ſuſtentetur, majus eſt, alias exiguum fructum eumq; ſerius reddit: & illud eſt quod in agris ſeritur: flores habet ut plurimum candidos, aliquando tamen ex purpura obſcuros fructus colore ut plurimum luteo (unde ὦχρος Græcis, à luteo ochra colore, quem ipſius fructus medulla interior refert, dicitur) ſubinde virenti.

I. Piſum majus quadratum.

Phaſeoli primum genus, Trago.

Piſorum prima ſpecies, Dod. gal.

Piſum majus, Dod. Gerard.

Piſum anguloſum hortorũ quadratũ Plinij, Ad.

Piſum quadratum Plinij, Lob. ico. Tab.

Piſa Italica grandia, Cam.

Piſum magnum peregrinum, Eyſt.

Fructus dum virent, rotundi ſunt: exſiccati anguloſi & cinerei fiunt: imò & candida & ſubflava, Lugd.

II. Piſum umbellatum: & Ger.

Piſorum primum genus, Trag.

Piſum proliferum, Tab.

III. Piſum hortenſe majus.

Cicer arietinum & Piſorum alterum genus, Trag. Dod. gal.

Piſum majus, Matth. Fuch. Ang. Lon. Caſt.

Piſum minus, Dod.

Piſum vulgarius majus, Ad. Lob. ico.

Piſum ramulare, Lugd.

Piſeolus vulgo, qui & Piſeoli viridis meminit, Cæſ.

Flore eſt purpureo, aliquando albo & vario, partim albo & partim ex purpura obſcuro, Fructu eſt rotundo albo: eſt & rufo, aliquando rubro variegato.

Piſa quoque alba in Braſilia habentur, quæ Commanda-miri nuncupant: Ler. deſcript. Braſil. cap. 12.

IV. Piſa Virginiana.

Wikonzówr, nos Piſa appellamus, ſapore & bonitate Anglicana ſuperant: deſc. Virgin.

V. Piſa Virginiana ſylveſtria.

Piſa ſyl. Anglicanis minora, eſui apta: deſ. Virg.

VI. Piſum arvenſe.

Piſum, Brunf. Dod. gal. Tur.

Piſum agreſte, ſeu 2. genus, Trago.

Piſorum 3. ſpecies & minor quæ & Ervilia, Dod. gal.

Piſum minus, Matth. Lon. Dod. Caſt.

Piſum minus ex luteo vireſcens, Ad. Lob.

Piſum in arvis humi ſerpens, Lugd.

Ervilia ſive Ochrus, Eid.

Piſa vulgaria, Cam.

Piſum minus 1. & 2. Tab.

Flore eſt candido, vel diluti roſei coloris: fructu [illegible], albo, viridi, ex luteo virente, cinereo cœruleo: nigra habet Geſnerus, quæ ſapore à communibus nil differunt, quæ ... nigra Tabern. nominat.

II. ...ſa ſine cortice duriore.

...proſaba, quæ ſimul cum folliculis comeduntur, Camer.

III. Piſum exoticum ochræ colore.

...ochræ colore, Cluſ. exot. l.3. c.15.

... Piſum ſylveſtre perenne.

...ſylveſtre, Adv. Cl. pan. & hiſt. Thal. Tab. (...majus & minus pingit,) Ger.

...ſylveſtre Pannonicum, Cam.

...olus ſylveſtris, Lugd.

X. Piſum veſicarium fructu nigro, alba macula notato.

Veſicaria nigra ſive peregrina, Trag. Dod. gal.

Veſicaria ſive Halicacabum repens, Matth.

Halicacabum peregrinum, Fuch. Dod. Geſ. hor. ...d quod Fuchſij & Matthioli figuram exhibet, Tab. (& Cardiſpermon) Cam. Ger.

...cuium & granum cordis, Cord. in Dioſc. ...ſtor.

...num peregrinnm, Lac.

...ut monachi, Geſ. hor. & collect.

...m cordatum, Ad. & cor Indum, Lob. Eyſt.

Faba inverſa recentiorum, Cæſ.

Veſicaria altera, Caſt.

Piſum Indicum.

I. Piſum Indicum majus.

Variat fructus colore nigro, ſubfuſco, variegato, umbilico eminente.

II. Piſum Indicum minus coccineum.

Piſa rubra ex novo orbe, Geſ. hor.

Piſum coccineum Americum, Lob.

Piſum Americanum, Lugd.

Phaſeolus ruber Abrus vocatus, Alpin.

Phaſeolus ex ſeme, Hon. Belli epiſt. 5. ad Cluſ.

Phaſeolus Indicus, vulgò falsò Pœonia Indica: nomine Ginge & Abrus mittitur, Cam.

an Sandali rubri ſemina, Cæſ.

Vicia Africana, Cluſ. exot. l.4. c.15.

Fabarum genus quod Ægyptijs Abrus, part. 2. Ind. Or. cap.4.

Et hic major coccineus compreſſus: & minor coccineus nigra macula notatus, reperitur.

III. Piſum virulentum Chinenſe.

Fabarum genus quod Abrus Latinis, Conduri Malays, Saga Javanis, quibus pro ſolis ponderibus utuntur, Linſcot. par. 4. Ind. Or. cap. 8. & par. 3. cap. 29.

Sic Fabis rubris & nigris pro ponderibus in Guinea utuntur: par. 2. Ind. Or. c. 18.

OCHRUS SIVE ERVILIA.

O[chrus] Theophraſto 4. cauſ. plant. 2. Ὦχρος à luteo Ochræ colore quem medulla referat nominatur, & Gaza Cicera reddit, Plinio l.18. c.7. & alijs Latinis Ervilia dicitur.

Duplex eſt, Sativa, quæ Piſum eſt minus, & Sylveſtris, de qua nunc.

Ochrus folio integro capreolos emittente.

...us, Matth. (cui & Aracus niger) Caſt. (ad... Aphace figura) Cam.

Ervilia, Ang. ſylveſtris, Dod. ut:

Ochrus ſyl. ſive Ervilia, Ad. Lob.

Cicer ervinum quorundam, Lugd.

Iſopyron, Cæſalp.

Papulles Creticæ nomine, ſemen ab Honorio Belli miſſum: facilè germinat. Semina colore ſunt ſubluteo alij pullo, etiam atro obſervarũt.

LATHYRUS SIVE CICERCULA.

Legumen quod Græci λάθυρον appellant, à Columella & Palladio Cicercula dicitur, de quo Theophr. 8. hiſt. Plutarch. in probl. Rom. ſcribit Pythagoricos averſatos eſſe fabas καὶ τὸν λάθυρον, καὶ τὸν ἐρέβινθον, ὡς παρωνύ[μως] ... τῆς λήθης, ad etymon alludens. Verum λαθυρὶς herba ab hac diverſa eſt, de qua inter Tithymalos.

Duplex eſt: nam vel ſeritur vel ſponte provenit: Et in ſylveſtri differentia magna eſt, in foliorum latitudine & anguſtia: florum colore rubro, purpuraſcente, albo, flaveſcente: ſiliquarum longitudine, brevitate, ... & lævitate.

Lathyrus ſativus flore fructuq; albo.

... Græcorum ſativum, Trago.

...album Sativum, Fuch.

...rus, Cicercula, Dod. gal.

Phaſeolus minor, aliquibus Ervum anguloſum, Cord. in Dioſc.

Ervum, Lacun.

Cicercula, Ang. Lon. Cæſ. Caſtor.

Aracus

Aracus alter ſive Lathyrus minor, Dod.
Lathyris anguſtiore gramineo folio, Ad. Lob.
Lathyris leguminoſa anguſtifolia, Tab.
Lathyrus ſativus anguſtifolius, Lugd.
Lathyrus alter flore albo, Camer.

II. Lathyrus ſativus flore purpureo.
Aracus ſive Cicera, Dodon.
Lathyrus flore purpureo, Cam.

Flores habet ex rubra purpura in puniceum inclinantes: grana anguloſa, alia obſoleta, nigroque proxima.

III. Lathyrus ſylveſtris major.
Piſum Græcorum ſylv. Trag.
Ervum ſylveſtre, Fuch.
Cicercula, Turner.
Lathyrus ſylveſtris, Dod.ut: Cluſ.hiſt.Lug.ico.
Mochi in Hetruria, Cæſ.
Lathyris ſylveſtris, Eyſt.

Variat flore albo: nonnihil ex luteo palleſcente: eſt & rubente.

IV. Lathyrus major ſylveſtris alter.

V. Lathyrus ſylveſtris minor.
Catanance, Dod.gal.Geſ.hort.Lugd.
Ervum ſylveſtre, Dod.herbariorum, Ad.Lob.

VI. Lathyrus latifolius.
Clymenum, Matth.Caſt deſcr.Cluſ.pan.
Ervum ſativum, Cord.
Lathyrus ſylveſtris latifolius, Cam.
Lathyris Narbonenſis latiore folio, Ad. Lobel.
Eyſtett.
Lathyrus ſylv. major, ſive purpureus, Thal.
Ervilium, Cæſ.
Cicercula ſylveſtris, Taber.

VII. Lathyrus anguſtifolius ſiliqua hirſuta.
Flore eſt cæruleo penè violaceo.

VIII. Lathyrus anguſtifol. ſemine maculoſo.
Aracus Hiſpanicus ſive Lathyrus Ægyptiacus Camer.
Cicercula Ægyptiaca, Cluſ.hiſt.
an Aracus, Ad.Lob. & Cicera, Lugd.

IX. Lathyrus anguſtiſsimo folio [illegible] nus variegatus.
Orobi Americani nomine in horto meo crevit.
Lathyrus peregrinus è cæruleo purpuraſcente flore: & ſuaviter rubeſcens, Eyſt.

X. Lathyrus anguſtifolius humilior.
Ervum Monſpelienſium.

XI. Lathyrus ſylveſtris major anguſtiſsimo folio: in Prodromo deſcriptus.

XII. Lathyrus peregrinus folijs Viciæ: flore ſubcæruleo, pallidéve purpuraſcente: in horto meo crevit.

XIII. Lathyrus ſylveſt. luteus folijs Viciæ.
an Aracus flore luteo, Adver.
Legumen terræ glandibus ſimile, Dod.
Glandibus terreſtribus congener, flore luteo, Cluſ. pan.
Lathyrus ſylveſtris floribus luteis, Thal.
Vicia, Taber.

XIV. Lathyrus arvenſis repens tuberoſus.
Apios, Trag.Fuch.Lugd.
Pſeudoapios, Matthiol.
Chamæbalanus, Dod gal. Taber.
Ornithogalum purpureum, Cord. in Dioſc.
Aſtragalus, Tur.Penæ, Lugd.
Panis porcinus, Lonic.
Aſtragalus arvenſis, Thal.
Terræ glandes, Dod.Ad.Lob.Gerard.
Glandes terreſtres, Cluſ.pan.& hiſt.
Arachidna, Theophraſti, Colum.

VICIA ET APHACA.

Galenus 2. aliment. ſcribit ab Aſianis βικίον dici legamen, eoq; ſolo nomine id vocari: Atticis verò σάρακον aut νόχιον. Latinis Vicia nominatur à vinciendo, ut Varroni placet, quod item capreolas habeat ut vitis, quibus ſurſum verſus ſerpit ad ſcapum Lupini, aliúmve calamum, ad quem ut adhæreat, eum vincire ſolet. Et hæc duplex eſt: Sativa & ſylveſtris.

Aphacam legumen Dioſcorides l.2. c.178. ἀφάκην nominat, quæ in arvis naſcatur, lente altior, ſiliquis lentium majoribus, in quibus ſemina terna, quaternáve, nigra lente minora. Theophraſto Aphaca duplex, alterum olus eſt, de qua inter Intubacea: altera legumen, quod cum Lente & Piſo in leguminum genere 8. hiſt. 5. poſuit & Plinius l.27.c.5. Theophraſtum ſecutus eſt: Galenus cum Vicia conjunxit.

I. Vicia ſativa vulgaris ſemine nigro.
Ervum, Brunfelſ.
Orobus ſativus & Vicia major & I. Trag.
Vicia, Anguil. Lonic.
Vicia, Græcorum Aphace, Cord. in Dioſc.

Semina alia nigricant, alia cinereum colorem obtinent.

II. Vicia ſativa alba.
Ervum candidum, vel Faba veterum, Trago.
Vicia alba, Anguil.

Vulgar

Vulgari piſo minus compreſſum & coloris pallidi.

III. Vicia maxima dumetorum.
Vicia ſylveſtris altera, vel 5. Aphace Dioſcorid, Oſmunda Latinorum, Trag.
Cracca major, Taber.

IV. Vicia ſepium folio rotundiore acuto.
Orobus ſylveſtr. ſive Vicia major ſyl. & 2. Trag.
Aphaca, Matth. Ang. Geſ. hort. Caſt.
Aphace, Fuchſ.
Vicia, Dod. ut: Ad. Lob. Cluſ. hiſt. Cæſ.
Vicia ſylveſtris, Lonic.
Semen nigrum aut maculatum, craſsitie, rotunditate & amaritudine differt.

V. Vicia vulgaris acutiore folio, ſemine parvo nigro.
Vicia, Matthioli, Lac. Caſt.
Aphaca vera, Lugd.

VI. Vicia multiflora.
Galega altera, vel ſylveſtris, aut German. Dod.
Galega ſylveſtris Dodonæi, Thal.
Aracus, Tabet.

VII. Vicia Onobrychidis flore in Prodromo deſcripta.

VIII. Vicia ſylveſtris ſpicata.
Vicia ſylveſtris ſpicato flore, Cluſ. pan.
Vicia ſylveſtris ſecunda, Cluſ. hiſt.

IX. Vicia ſylveſtris hirſuta incana.
Vicia ſylveſtris flore albo, Cluſ. pan. & hiſt.

X. Vicia ſylveſtris lutea ſiliqua hirſuta nondum deſcripta Monſpelij collecta, & Norimberga à Doct. Doldio Ciceris aut Piſi nomine miſſa.

XI. Vicia lutea folijs convolvuli minoris.
Aphace Dioſcoridis, Gal. Plinij, non Theophr. Dod. ut:
Pitine Theophraſti, Ang. Cam.
Aphaca, Ad. Lob. Cæſ. Camer.
Orobanche leguminum, Lugd.
Elatine tertia, Taber.

ARACHUS SIVE CRACCA.

FRumentorum vitium quoq; eſt, quod Græci Ἄραχον Theoph. 8. hiſt. 10. (rem ſcabram & duram dicit, quæ in lente naſcatur) nominant. Ruellius Craccam appellari refert. Differt ab Aphaca & Vicia potiſsimum ſemine: nam Cracca ſemina exquiſitè rotunda, nigra: & ut Galenus inquit 1. alim. facult. c. xxvij. Ervo minora. Aphaces verò & Viciæ ſemina, non rotunda, ſed aliquanto latiora, veluti Lentium, teſte Galeno 1. alim. facult. c. xxxvj.

I. Vicia ſemine rotundo nigro.
Vicia minor vel 3. Trag.
Arachus, Dod. gal. Geſ. hort.
Craccæ primum genus, Dodon.
Aracus, Araca & Cracca major, Ad. Lob.
Arachi primum genus Dodonæi, Thal.
Flores parvi & purpurei.

II. Vicia ſegetum cum ſilliquis plurimis hirſutis.
Vicia minima vel quarta, Trago.
Arachus altera, Dod. gal. Thal.
Aracus ſive Cracca minima, Ad. Lob.
Craccæ alterum genus, Arachis potius, quàm Arachus, Dodon.
Arachus, Lugdun.
Cracca minor, Taber.
Floſculi in parvis ſpicis candiduli, ſemina incana ac ſubalbida.

III. Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris.
Floſculi parvi candiduli, ſinguli ſingulis pedicillis inſidentes.

IV. Viciola flore luteo ſemine nigro.
Aracus, Cæſalp.

ARACHYDNA.

QUædam ſcribit Theophraſtus 1. hiſt. 11. ex radicibus plures differentias præter prædictas ſortiuntur (οἷον τῆς ἀραχίδνης καὶ τοῦ ὁμοίου τῷ ἀράκῳ) h. e. ceu Arachidnæ radix ejusq; quod ſimile eſt Araco: ambæ namq; fructum non minorem infernè afferunt, &c. neutrum aut folium, aut folio ſimile quicquam gignit, utrumq; potius velut ἀμφίκαρπον eſt, h. e. infra ſupraq; terram fructum edit. Plinio l. 21. c. 15. Aracidna & Arachos (potius Aracoides) &c. Vox hæc Ἀραχίδνη compoſita videtur: ἄρακος enim Cicerculæ ſpecies eſt, quam hæc folijs & fructu refert: ὕδνον verò tuber ſignificat, cujuſmodi ſimilitudinem quandam radices habent.

I. Viciæ ſimilis ſupra infraque terram fructum edens.
Arachidna Cretica, Belli: quo nomine totam plantam tranſmiſit.
Arachidna Cretica an potius Aracoydes Theophraſti, Ponæ.

Araco ὅμοιον Theophraſti an? Cluſ.ex.l.4.c.16.

Variat ſemen in ſiliquis ad radicem, in alijs nigerrimum, in alijs Orobo ſimile, in alijs variegatum.

II. Junſa, planta quæ in Angra inſtar frumenti ſeritur, ad cujus radices grana rotunda piſi magnitudine, piſtaciorum ſapore: Linſc. part.8. Ind. Orient. c.6.

L E N S.

LEns & Lenticula, φακὸς Dioſcor. l.2. c.129. Theoph. & φακῆ dicitur, etſi aliquibus φακὸς lentem crudam: φακῆ verò & lentem, & lentem coctam, & ipſum ex lente pulmentum ſignificet. Dicitur autem Etymologico quaſi φαεακὴ, ut ſit ἡ τὰ φάη κακῦσα: oculorum enim aciem hebetare Dioſcorides aſſerit. Alijs φακὸς ab utre qui fuit ἀσκὸς, metatheſi & mutatione unius elementi. Latinis Lens quaſi lenis dicta: nam ut Plinius l.18. c.12. ea veſcentibus, æquanimitatem fieri apud auctores ſe inveniſſe ſcribit.

Genera: duplex eſt, arvenſis & paluſtris: hic de arvenſi tantùm, cujus plura genera Theoph. l.6. Plinio l. c. duo ſunt lentis genera in Aegypto. alterum rotundius nigriusq; alterum ſua figura, unde vario uſu tranſlatum ſit in lenticulas nomen. Recentioribus colore & magnitudine differunt: ſunt enim albæ majores & gratiores: ex luteo pallidæ, cinereæ, ruffæ, minores & deteriores: ſic flores albis, candidi: cinereis, purpuraſcentes.

I. Lens vulgaris.
Lens, Brunf. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. Lon. Ad. Taber.
Lens vulgaris ſive agreſtis, & Lenticulæ primum genus, Trago.
Lens minor, Lob. Dod. Lugd. Cam. epit. Ger.

Flos in candido purpuraſcit: grana alia ſubruffa, alia ex luteo pallida, nonnulla ex cano albóve fuſca & nigricantia.

II. Lens major.
Lens ſativus & Lenticulę alterum genus, Trag.
Lens, Matth. Ang. Lob. Cæſ. Caſt.
Lens major, Geſ. hor. Tab. Ger.
Lens Italica, Camer.

Hoc candidius & majus priore: Matthiolo tamen album minus eſt; & quod cinereo colore, orbe paulo majore eſt.

III. Friſoles & Palaros peculiare herbarum genus nuncupant, quas eo ferè loco habent, quo nos Piſa, Lentes & Fabas: Joſep. Acoſta l.4. c.19.

SECTIO QUARTA.

DE LEGUMINIBUS CAPREOLIS CARENTIBUS.

OROBUS SIVE ERVUM; CICER; LUPINUS; Fœnumgræcum.

OROBUS SIVE ERVUM.

ΟΡοβ@ Græcis, Ervum Latinis: Græcorum vocem quidam deducunt παρὰ τὸ ἐρέπτεσθαι ὑπὸ τῶν βοῶν, quòd boves eo veſcantur & ſaginentur. Dioſcoridi l.2.c.131. frutex eſt exiguus, folio anguſto, tenuis, in ſiliquis parva gerens ſemina: & ut Theophraſtus 9. hiſt. 22. fructu rotundo modo piperis. Plinius l.18.c.15. Ervum vocat & cum Vicia conjunxit.

Genera duo, ſativum & ſylveſtre: illud duum generum, candidum & rufum: Galenus tertium addit, nempe pallidum, inter priora medium: eſt & quartum Creticum, quod ſemine minore eſt.

I. Orobus ſiliquis articulatis ſemine majore.
Orobus ſive Ervum, Matth. Geſ. hor. Ang. Cord. in Dioſcor. Lugd.
Cicer ſativum, Dod. gal.
Ervum, Geſ. hor. Guil. (ſive Mochus) Caſt. Tab.
verum, Camer.
Mochus ſive Cicer ſativum, Dodon.
Orobus receptus herbariorum, Adverſ. Lobel. Gerard.

Flores ſubpurpuraſcentes, aliquando candicantes.

II. Orobus ſemine minore.
Orobus Creticus, Matth. Lugd.

III. Orobus ſemine obtuſo triangulo.
Cicer orobæum Theophraſti, Ad. Lob. Lugd.

Semen eſt Orobo duplo majore, albido, pallente aut ſubfulvo, & ab Orobo nigredine potiſsimum diſtans.

CICER.

CICER.

Cicer, qui ἐρέβινθος Græcis, genera duo Dioſcoridi lib.2.cap.126. ſativum & ſylveſtre: ſativi genus alterum κριὸς (arietinum reddunt, quia κριὸς arietem ſignificat) appellatur Theophraſto 8. hiſt.5. Cicer & magnitudine & ſapore, & colore, & forma pleraſque differentias oſtendit, οἷον κριοὶ ὀροβιαῖοι, καὶ οἱ ἀνὰ μέσον· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὰ λευκὰ γλυκύτερα: h.e. veluti Arietinum, Orobæum ſive ervinum, & inter hæc medium: præter hæc omnia ſunt alba dulciſsima. Galeno 6. ſimpl. duplex, Arietinum & Orobæum. Plinio lib.18.cap.1... eſt arietinum, quod album eſt & nigrum (in arietino candidum eſſe, Dalechampius in Plinium negat:) eſt columbinum, quod & venereum dicitur, & eſt candidum: eſt & dulciſsimum quod Ervo ſimillimum eſt. At Matthiolo, eſt Columbinum, quod candidum: eſt Venereum, quod rubrum: eſt Arietinum, quod nigrum & cæteris majus eſt. Anguillaræ tres ſunt ſpecies, albi, rufi, arietini: albi duplices ſunt arietini & ervini: arietini capiti arietino ſimiles, ervini leves ervi ſemini ſimiles: ex Galeno 9. de compoſ. medic. ſecundum loca. Rubei ſimiliter duplices, arietini & ervini. Nigri ſimplices ſunt ſolo colore ab alijs differentes.

I. Cicer ſativum.
Cicer, Brunf. Matth. (cui & domeſticum) Tur. Cord. in Dioſc. Lac. Cæſ. Caſt. Tab.
Ciceris altera ſpecies, Trago.
Cicer nigrum, Fuch. ſeu arietinum, Cord. hiſt.
Cicer arietinum, Dod. ut:
Cicer rubrum & album, Lon.
Cicer ſativum, Lugd. Ger. ſive arietinum, Geſn. hort. Adv. Lob.

Flores candidi, aut ex purpura rubeſcentes: ſemina alba, vel ex candido palleſcentia: purpurea vel rubra, ruffáve: nigra vel ex ſaturo rubente purpura nigra.

II. Cicer exoticum.
Cicer Nigritarum, Cluſ. exot. l.3.c.16.

Semen vel album, vel nigrum, vel rubens, vel ex albo & rubro variè diſtinctum.

Cicer ſylveſtre.

I. Cicer ſylveſtre, folijs oblongis hiſpidis majus.
Cicer ſylveſtre, Matth. Ang. Dod. gal. Lugdun. Caſt. Cam. Ger.
Cicer ſylv. herbariorum, Adv. Lob.
Cicer ſylv. primum, Dod. Lugd. Tab.
Cicer ſylv. majus, Thal. qui & medium habet.

Semen parvum flaveſcens: at in hiſt. Lugd. parvum nigrum compreſſum.

II. Cicer folijs oblongis hiſpidis minus.
Cicer ſylv. minus, Thal.

III. Ciceri ſylv. minoris affinis ſi non idem.
Glaux, Cluſ. hiſp. Lob. Lugd. Tab. Dioſcoridis, Gerard.
Glaux Hiſpanica, Cluſ. hiſt.
Anthyllis altera lutei ſimilis, Dod.

Illius flores lutei, hujus purpuraſcentes vel cærulei.

IV. Cicer montanum lanuginoſum erectum.

V. Cicer montanum ἀκαυλον; utrumque in Prodromo deſcribitur.

VI. Cicer ſylv. latifolium triphyllon.
Cicer ſylveſtre, Geſn. hort. Penæ, Lugd. latifolium, Ger.
Cicer ſylv. alterum, Dod. Tab. Lugd.
Cicer ſylv. verius, Adv. Lob.

Et Ciceris ſylveſtris tertij ramoſi meminit Dodonæus, quod cum priore ſi non idem, certe ab eo parùm differt.

LUPINUS.

Lupinus θέρμος Dioſcoridi lib.2.cap.132. Theophraſto pluribus in locis & Græcis cæteris. Lupinorum appellatio non aliunde ducta videtur, quàm quod ſicut lupus terram appetit, & in fame terra veſcitur: ita Lupinus tellurem, ut Plinius lib.18. cap.14. ait, adeo amat, ut quámvis frutectoſo ſolo conjectum, inter folia vepreſq;, ad terram tamen radice perveniat. Vel ita dictus videri poteſt, velut lupis expoſitus & relictus, ex eo quod (ut idem Plinius) impunè jaceat, vel derelictus, ſi non protinus imbres ſecuti obruant, ab omnibus animalibus amaritudine ſua tutus.

Genera duo Dioſcoridi, Galeno & Plinio: ſativus & ſylveſtris.

I. Lupinus ſativus flore albo.
Lupinus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Lac. Cord. in Dioſc. Lon. Cæſ. Tab. communis, Geſn. hort.
Lupinus albus, Fuch. Turn. Camer. albo flore, Cluſ. hiſtor. vulgaris, Eyſt.
Lupinus ſativus, Ang. Dod. ut: Cord. hiſt. Adv. Lob. (cui & Faba ficulnea Germanis à folio) Caſt. Lugd. Ger.

II. Lupinus ſylv. flore cæruleo.
Lupinus ſylv. Matth. Ang. Dod. ut: Lugd.
Lupinus ſylv. ſegetum flore purpureo, Ad. Lob.
Acacia, Bellon.(quæ Akakia in offic. Conſtantinop.) Dod.Cam.ep. Alp.vera, Cluſ.ad Garz.
Spina Acaciæ Dioſcoridis, Ad.Lob.
Acacia, Arabibus Schamuth, Schack, Halepi, Rauvvolf.
Acaciam 1. à Matth. & Lugd. propoſitam quam Acaciam majorem Durantes vocat, Arborem Judæ cui aculei adpicti ſunt, multi exiſtimant.
II. Acacia trifolia.
Acacia altera, Matth.Dod.uſ: Lac.Bellon.Rauvvolf. Lugd.
Acacia, Lon. altera Dioſcoridis, Ad.Lob.Tab.
Aſpalathus, Cæſ. ſive Acacia 2. Matthioli, Geſn. hort. Cam.
Aſpalathus 2. Dioſcoridis, Guil. epiſt. & Hon. Belli ep.1. ad Cluſ. (quo nomine & Græcis indigenis hodie donatur) Ponæ Ital.
Acacia Dioſcoridis, Ger.

ASPALATHUS.

Aſpalathus, Ἀσπάλαθος alijs Eryſiſceptrum, frutex eſt lignoſus, ſpinis crebris aculeatus: duplex eſt, alter detracto cortice rubens aut purpuraſcens, alterum genus candidum eſt Dioſcoridi l.1.c.19. At Plinius non eadem omnino tradit l.22. c.24. in eodem tractu Aſpalathus, inquit, naſcitur ſpina candida, magnitudine arboris modicæ, flore roſæ, radix unguentis expetitur: quidam Eryſiſceptrum, alij Sceptrum vocant, &c. & l.24. c.13. Orientalem, alium à Rhodio facit.

I. Aſpalathus cortice cinereo, ligno purpureo.
Aſpalathi prima ſpecies Dioſcoridis, Ponæ Ital. à quo portionem accepimus.
II. Aſpalathus colore buxi.
Aſpalathi primum genus, Ad.& Lugd.
Lignum Americ. buxei coloris, Lerio de Braſil. an Lignum aureum & flavum in Terzera inſula, Linſcot. 3. part. Ind. Or. c.6.
III. Aſpalathus albicans torulo citreo.
Rhodium lignum, quibuſdam Agallochum, Olea æthiopica videtur, Cord. in Dioſc.
Agallochum fortè, id eſt, Xyloaloë ſolida, quibuſdam lignum rhodium, rhodiſium & aſpalathum, aliis Oleaſtrum lignum, Cord. hiſt.
Aſpalathi tertium genus, Ad.& Lugd.
Aſpalathus Rhodius, Lob. ico.
Lignum roſei odoris in Braſilia, Lerius deſcr. Braſ. vel par.3. Ind. Occid. c.12.
IV. Aſpalathus rubeus.
Rhodium lignum rubeſcens & purpuraſcens Ruellij, Cord. in Dioſc.
Aſpalathi ſecundum genus, Penæ & Lugd.
Aſpalathus roſeus, Ad.Lob.ico.
Lignum Americanum rubrum diverſi à Braſilio generis, è quibus claves ſuas barbari conficiunt, Lerio l.c.
an Lignum Sanguinho dictum, totum rubrum & cruentulum in Terzera inſula, Linſcotto l.c.
V. Lignum Americanum album.
Lignum album ut charta, Lerio l.c.
Lignum cretæ candore nivium, Linſcot. l.c.
VI. Lignum Americanum violaceum, quæ, ligna ſolius naturæ miraculo diſtincta, terra illa profert, Lerio l.c.
VII. Lignum Feixo, & varij generis ligna, præſtantiſsima, inſula Pico promit, Linſc. l.c.

SANTALUM.

Um multi Santalum pro Aſpalatho vero ſumpſerint: & aliqui Agallochum, lignum rhodium, crediderint, utrumq; ſubjungemus.

Santalum veteribus Græcis indictum videtur, & Sandal Avicennæ, Serapioni & Mauritanis: Indis verò Sarcanda, Garzia auctore, dicitur: quod folijs eſt Lentiſci æmulis, flore ex cæruleo nigricante, fructu ceraſi magnitudine nigro, inſipido: trium generum, rubum album pallidum, quæ uno in loco non proveniunt: eadem Acoſta & Lugdunenſis hiſtoria habent. Santali cinericei quoq; in regni Congiani deſcriptione mentio fit.

I. Santalum album, Matth. Lac. Lon. Cord. hiſt. Caſt. Garz. Lugd. Tab. Ger. Linſcot. part.4. Ind. Or.30.
Lignum odoratum candidum, Cæſ.
II. Santalum pallidum, Matt. Lac. Garz. Lug. Santalum citrinum, Cord. hiſt. Lon. Caſt. Linſcot. l.c.
Santalum flavum, Tab. Cæſ. cui flavum quod hodie habetur, candidi medulla eſt & citrinum Serapioni dicitur.

III. San-

III. Santalum rubrum, Matt. Lac. Lon. Caſt. Garz. Lugd. Tab. Ger. Linſcot. l. c.
Lotus veterum, Sandalus rubea officinarum, Cord. in Dioſc.
Sandalum rubeum, Cord. hiſt.
Lignum odoratum rubrum, Cæſ.
Santali rubri, quod in officinis Lignum aquilinum dicatur, & quo in regno Congiano febres curentur, Pigafetta in deſc. regni Congianei c. 7. meminit.
IV. Santal. cinericeum, quo Scabiem Gallic. ſanant, tanti apud eos precij, ut vel parva ejus particula ſervo robuſto commutetur, id, proponit.
V. Pſeudoſantalum rubr. ſive arbor Braſilia.
Arbor Braſilia Theveti, Lugd.
Berſilicum, Lon.
Perſilium rubrum & citrinum, Cord. hiſt.
Braſilienſis arbor in Guajana; par. 8. Ind. Occid.
Braſilia arbor, barbaris Araboutau, quercum proceritate & ramorum copia adæquat, folijs buxeis perſimilibus: fructum non ferens: harum quædam, quam vix trium: altera, quam vix octo: & altera quam vix ſedecim hominum ulnæ amplecterentur, Leri. in deſc. Braſil.
VI. Arbor Braſilianæ affinis: in regno Guineæ, in Inſula Caiſco, arbores ſunt, quæ vel Braſilienſes rubedine ſuperant, quarum lignum inſtar politiſsimi ſpeculi nitet, tantæ duritiei, ut vix ingenti labore inflecti poſsit, ut habetur in 6. parte Indiæ Orientalis cap. 56.

an Lignum Braſilianum quod flammei coloris eſt, & tincturis adhibetur, Joſeph. Acoſtæ l. 4. c. 29. meminit.
VII. Arbores pigmentiferæ.
Arborum peculiaria genera ex quibus rubrum, nigrum, flavum & purpureum colorem extrahunt, in Inſula Madegaſcar ſeu Laur. p. 4. Ind. or.
VIII. Ligno Braſiliano ſimile.
Lignum Sapou lanis tingendis percommodum, Linſc. par. 2. Ind. Or. c. 24.
IX. Pſeudoſantalum Creticum.
Ἀβελμία, Abelicea folijs Alaterni, fructu piperis, ligno rubro, cujus pulvis Santalum imitatur, Hon. Belli epiſt. 2. ad Cluſ. Ponæ Ital.
X. Pſeudoſantalum album.
Lign. Sambarane Santalo albo perſimile, Garz.
Sambarane, Acoſtæ.
XI. Lignum ex freto Magellanico medulla flaveſcente.
Lignum exoticum alterum, Cluſ. exot. l. 1. c. 7.
Fructum fert nigrum myrtillis ſimilem.
XII. Lignum Moluccenſe folijs malvæ, fructu avellanâ minore, cortice molliore & nigricante, Pavana incolis, Lugd.
Lignum Molucenſe, Acoſtæ.
Lignum Pavanum, Tab.
XIII. Ligna precioſiſsima ex Havana & Inſula Cuba in Hiſpaniam vehuntur, cujus generis ſunt Ebanos, Caovana, Granadillos, Cedrus & ſimilia: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 30.

AGALLOCHUM.

Ἀγάλλοχον veteribus, at recentioribus etiam ξυλαλόη: Agallochum & Lignum aloës. Dioſcoridi l. 1. c. 21. lignum eſt quod ex India & Arabia deportatur, Thyyæ ligno ſimile, maculatum, odoratum guſtu adſtringens, cum quadam amaritudine, cute verius quam cortice veſtitur, aliquantum verſicolore. At Garzia arbor eſt oleæ inſtar, interdum minor, quæ non niſi in Indiâ naſcitur. Tarum Plinij l. 12. c. 20. aliqui exiſtimant, quod Agallochum ſyl. eſſe, Dalechampius, notis in Plinium, ſuſpicatur: ſed brevior eſt Plinius, quàm ut quid pronunciare liceat. Agalagen & Xyloaloës, Avicennæ.

Hujus plura genera Serapio l. ſimp. c. 197. ennumerat, Indum Mondunum, Seificum, Alcumericum & Ruell. l. 1. c. 36. quatuor Agallochi genera recenſet. Lud. Romano triplex genus ejus arboris: 1. quod Calampart vocetur: duo alia in Inſula Taprobana, quorum 1. Lubam, alterum Bochor nominat, quæ duo genera ad nos convehantur.

I. Agallochum præſtantiſsimum.
Agallochum primum quod Calampart vocatur, & ſolùm inter Reges Indiæ diſtribuitur, Lud. Romano.
Lignum Calamba, quod ſyncerum cum auro argentóve perſæpè deponderatur, Linſc. part. 2. Ind. Or. c. 24.
Lign. Aloës Calamba dictũ, Ei. p. 4. Ind. or. c. 32.
Lignum Calambes ſive Aloës, par. 8. Ind. Or.

II. Agallochum officinarum.
Agalloc. eſſe Lignum aloës, multi credunt, Ang.
Aloë & Aloa, Vartomano.
Agallochum, lignum aloë, vel paradyſi, vel S. Crucis, Cornaro.
Agallochus ſive Xyloaloës, Cord. in Dioſc. Ad. Lob. Caſt. Garz. Lugd.
Tarum, id eſt, Xyloaloë fiſsilis, levis & aromatica, Cord. hiſt. & Tarum criſpum, Eidem.

Lignum aloës, Lon. Frag. Tabern. Cæſalp. qui Tarum Aëtij facit: at Cornarus Xyloaloën Aëtij dicit.

Lignum aloës quod Palo d'Agula dicitur, Linſcot. par. 2. Ind. Or. c. 24. ſive Palo d'Aguilla, Eid. par. 4. Ind. Or. c. 32.

III. Agallochum ſylveſtre.

Lignum aloës ſylv. Garziæ, Frag.

Xyloaloë ſylv. Lugd.

Aquilla brava ſive ſylveſtre, Malaice Garro, Linſc. l. c.

Ex illo, ſed ex hoc frequentius, ſphærulæ precatoriæ odoris jucunditate & precij magnitudine commendabiles conficiuntur, ſunt etiam ex alio ligni genere, quod Agallochum æmulatur, ſed inodorum eſt.

GENISTASPARTIUM.

I. Geniſtaſpartium ſpinoſum majus primum flore luteo.

Aſpalathus alter primus, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Aſpalathus, Caſt. primus Monſpel. Lugd.

Acacia altera, Ang.

Aſpalathus ſecunda Monſpel. Lob.

Geniſtaſpartium ſpinoſum majus, Ad. Lob. ico.

Scorpius primus, Tab.

Geniſta ſpinoſa minor, Ger.

II. Geniſtaſpartium ſpinoſum majus ſecundum flore pallido.

Aſpalathus alter ſecundus, Cluſ. hiſp. & hiſt.

III. Geniſtaſpartium ſpinoſum majus tertium hirſutum.

Aſpalathus alter tertius, Cluſ. hiſp. & hiſt.

IV. Geniſtaſpartium ſpinoſum minus.

Scorpius ſecundus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt.

Geniſtaſpartium ſpinoſum alterum, Lob.

Geniſtæ ſpinoſæ altera icon. Dod.

Aſpalathus alter Hiſpanicus, Lugd.

Scorpius tertius, Tab.

Spina Chriſti, Cæſalp.

Geniſta ſpinoſa major, Ger.

V. Geniſtaſpartium ſpinoſum folijs polygoni.

Alhagi Maurorum in cujus fronde, præcipue apud Perſas, Manna colligitur, Rauvvolf.

Planta ſpinoſa Maurorum Alhagi, Lugdunenſi app.

VI. Geniſtaſpartium ſpinoſum folijs lenticulæ, floribus ex cæruleo purpuraſcentibus.

Spartum aphyllon fruticoſum junceis aculeis lanatis capitulis, Ad. Lob. Lugd.

Erinacea, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Belli.

Geniſtæ rotundæ alterum genus, Cæſ.

Scorpius quartus, Taber.

Spartium aculeatum aphyllon, Eid.

Geniſta ſpinoſa humilis, Ger.

VII. Geniſtaſpartium ſpinoſum aphyllon alterum, tribus aculeis ſemper junctis, floribus luteis.

Achinopoda Cretenſium, Bellonio.

Echinopoda Cretica. | Hon. Belli, epiſt. 2. ad Cluſ.
Chenopoda Plinij l. 11. c. 8. |
Echinopoda Plutarchi & Athenæi, |

an idem ſit cum quarta, dubitat Cluſius.

GENISTA SPINOSA
ſive Scorpius.

Scorpius, Theophraſto 6. hiſt. 1. (Nepam Gaza vertit) ſpinoſa planta, tota ſpinis conſtat ut Corruda: ſic hæc adulta, nullo modo folioſa eſt, ſed ſpinas tantum pro folijs habet: præterea radice ſingulari breviq; conſtat, ante æſtatem non germinat, germinationem in autumnum prorogat: floret etiam poſt æquinoctium Autumni: florem incarne extuberante, ſub extrema aculei profert.

I. Geniſta ſpinoſa major brevibus aculeis.

Scorpius ſive Nepa, Anguil.

Nepa Theophraſti, Ad. Lobel. Tabern. Camer. Rauvvolf.

Scorpius Theophraſti, Lugdun.

Geniſta aculeata minor, ſive Nepa Theop. Ger.

II. Geniſta ſpinoſa major longioribus aculeis.

Ulex Plinij quibuſdam l. 32. c. 4. qui nullas notas addidit.

Geniſta ſpinoſa, Dod. ut.

Scorpius primus, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Scorpius

Scorpius alter, ſive Geniſta ſpinoſa, Lugd.
Scorpius ſecundus, Tab.
Geniſta ſpinoſa flore albo, Ger.

Floribus eſt luteis, at in regionibus calidioribus ruffo colore, ut rubere videantur, nitent: & ratione loci variat magnitudine & aculeorum multitudine, paucitatéve.

III. Geniſta ſpinoſa minor Germanica.
Geniſtella, Trag. Fuch. Dod ut: Lugd. Tab.
Geniſta vel Geniſtella ſpinoſa, Geſn. hort.
Geniſtella aculeata, Ad. Lob. Tab. ſpinoſa, Cam.
Geniſta minor vel aculeata, Lon.
Geniſta minor, vel Geniſtella, Caſt.
Geniſtæ ſpecies ſpinis & aculeis horrens, Cluſ. hiſtor.
Coroneolæ ſimilis ſuffrutex, Cæſ.

IV. Geniſta ſpinoſa minor Hiſpanica villoſiſſima.
Geniſtella Monſpeliaca ſpinoſa in Prodromo.

V. Geniſta minor aſpalathioides, vel Geniſta ſpinoſa Anglica in Prodromo deſcripta.

GENISTA NON SPINOSA.

I. Geniſta anguloſa & ſcoparia.
Geniſta, Brunf. Trag. Fuch. Dodon. ut: Cord. in Dioſcor. Cam. ep. Tabernæm. Ger. vulgaris, Bellon. Cluſ. hiſt.
Geniſta anguloſa, Cord. hiſt. deſcr. (ubi malè Chamæſpartij icon additur) Lugd.
Geniſta minor ſeu non aculeata, Lon.
Geniſta ſcoparia vulgi, Lob. Eyſt.
Geniſta quadrato junco 2. Cæſ.
Spartium, Turn. Adv.

Flos communiter luteus, rarius albus, hinc duæ figuræ apud Tab.
Geniſtæ & Geniſtæ albæ; & apud Gerardum Geniſtæ & Geniſtæ tenuifoliæ nomine: hujus flores nondum apertos, vicini noſtri in Briſgoja muria condiunt & Capparum loco utuntur.
Radici quinetiam ſæpè Orobanche adnaſcitur, & Rapum Geniſtæ vocant.
Geniſtellam Taber. pingit, quam Chamægeniſtam Anglicam Ger. nominat, quæ ſola magnitudine à priore differre videtur.

Hujus generis exiguum in alpibus lato ceſpite, palmaribus juncis, mollibus, ſine folijs creſcere, Cæſalpinus ſcribit.

II. Geniſta tinctoria frutescens folijs incanis.
Geniſta tinctoria Hiſpanica, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Geniſtæ tinctoriæ altera icon, Dod.
Geniſtella infectoria, Lob. Ger.
Geniſta tinctoria Cluſij, Oricella Theveti, Lug.
Geniſta infectoria Hiſpanica, Tab.

Sub hac, quo tempore floret, Hæmodori quoddam genus elegans, brachialis interdum longitudinis, floribus magnis & luteis creſcit, Cluſio monente.

Meminit Dodonæus Geniſtæ hirſutæ Hiſpanicæ, quam tertiam facit, cujus Calphurnius meminit: hanc non novi.

III. Geniſta tinctoria Germanica.
Luteam herbam Plinij l. 33. c. 5. aliqui volunt.
Flos tinctorum, *Brunf.* tinctorius, *Fuch. Lon. Caſtor.*
Ferula, Trag.
Lyſimachia, Leoniceno.
Coroneola, Ang. Cæſ.
Geniſta humilis, Dod. gal. Geſn. hort. Lugdun. Thal.
Geniſta tinctoria, Dod. vulgaris, Cluſ. hiſt.
Geniſtella infectoria vulgi, Adv. Lob.
Geniſtella tinctoria, Tab. Ger. Eyſt.
Chamæleuce, Cord. hiſt. quoad iconem, nam Hederam terreſtrem deſcribit.

Variat folijs latioribus anguſtioribus, ramulis modò erectis, modò procumbentibus: quinetiam magnitudine, quare Florem tinctorium minorem Lonicerus addit.

IV. Geniſta ramoſa folijs hyperici.
Geniſta minima, Lugd.

Hæc variat; eam non longè Friburgo, & ad Petram pertuſam frutescentem, & Monſpelij humilem collegimus.

V. Geniſta Arabica quæ à noſtra diverſa, planities ad montem Sinai obſiti ſunt: quæ etiam in Arabiæ ſolitudinibus naſcitur, Bellon. ob. ſed quid?

CHAMÆGENISTA.

I. Chamægeniſta folijs Geniſtæ vulgaris.
Chamægeniſta prima, Cluſ. hiſt. ſeu Pannonica, Geniſtella pannonica, Tab. (Ger.

II. Chamægeniſta ſagittalis.
Chamæſpartium, Trag. Lon. Lugd. Tab.
Geniſta anguloſa, Cord. hiſt. quoad iconem.

Geniſta minima, Geſn. hort.
Geniſtella graminea montana, Adv.
Geniſtella montana, Lob.
Chamægeniſta altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Geniſta ſagittalis pannonica, Cam.
Geniſtella lagopoides, Ger.
Variat magnitudine, hinc
Chamæſpartium 1. & 2. Tab.
Geniſtella lagopoides major & minor, Ger.
III. Chamægeniſta caule foliato.
Geniſta humilis, Dod. pumila, Cam.
Chamægeniſta peregrina, Cl. hiſp. & hiſt. Lug.
Geniſtella pinnata altera Hiſpanica, Lob.
Geniſtella pinnata, Ger.
Chamæſpartium tertium, Tab.
IV. Chamægeniſta folio articulato.
Chamæſpartium Narbonenſe, Tab.
Geniſtella globulata, Ger.
V. Chamægeniſta Cretica, in Prodromo deſcripta.
VI. Chamægeniſta montana hiſpida.
Geniſtæ minoris ſpecies, Thalio.

SPARTIUM.

Σπάρτιον frutex eſt proferens virgas longas, ſine foliis, firmas, fractu contumaces, quibus vites alligantur: fert lobos ceu Phaſeolus, in quibus ſemina parva lenticulæ ſimilia, florem luteum inſtar Leucoij, Dioſc. lib. 4. cap. 158. quod nuſquam in Europa gigni Guiland. ſcribit. Et Theoph. 1. hiſt. 8. λινόσπαρτον. Linogeniſtam Gaza vertit, cujus cortex multiplex tunicis cadit. At Plinio lib. 24. cap. 9. Geniſta eſt, cui eaſdem vires, quas Dioſcorides Spartio aſcribit.

I. Spartium arboreſcens ſeminibus lenti ſimilibus.
Geniſta, Matt. Tur. Italica, Dod. Hiſpanica, Ger.
Geniſta major, Caſt.
Spartium, Matth. Lon. Lugd. alterum, Lac.
Spartum, Fuch. Dod. gal. Tur.
Geniſta σπαρτὸν Græcis, Ang. Guiland. pap.
Geniſta juncea, Cord. hiſt. Geſn. hort.
Spartus vel Spartium, Geſn. hort.
Spartium Dioſcoridis, Geniſta Plinij ſive Hiſpanica, ſive Africana, Cluſ. hiſt. Lugd.
Spartium Dioſcorideum Narbonenſe & Hiſpanicum, Adv. Lob.
Geniſta altera junco rotundo, Cæſ.
Geniſta tranſalpina, Cam.
Spartium Hiſpanicum, Eyſt. 1. 2. & 3. Tab.
Pſeudoſpartum Hiſpanicum, Ger.
II. Spartium alterum monoſpermon ſemine reni ſimili.
Spartum frutex majus, Dod.
Spartium primum, Cluſ. hiſp. at in hiſt. Spartium 2. Hiſp.
Spartium Hiſpanicum alterum flore luteo, Lob.
Spartium Hiſpanicum alterum, Lugd.
Spartium Hiſpanicum 4. Tab.
Pſeudoſpartium Hiſpanicum ἄφυλλον, Ger.
III. Spartium tertium flore albo.
Spartium 2. Cluſ. hiſp. at in hiſt. 3. Hiſpanicum.
Spartum frutex minus, Dod.
Spartium 2. flore albo, Lob.
Spartium aliud Hiſpanicum Cluſij, Lugd.
Spartium Hiſpanicum quintum, Tab.
Pſeudoſpartum album ἄφυλλον, Ger.
IV. Sparto primo affinis.
Geniſtæ Hiſpanicæ affinis, in Prodromo.
V. Spartum triphyllon.
Geniſta Ilvenſis, Lugd.
Geniſtæ rotundæ genus in Ilva, Cæſ.
Caſsia Latinorum, Guilandino.
an Spartum minimum montanum triphyllum, Colum.
VI. Spartum ſterile.
Sparti genus, in Hiſpania & Africa, juncus propriè aridi ſoli, quod neque folium, neque florem, neque ſemen fert, quo ad varia utuntur, Guiland. pap.

COLUTEA.

Κολουτέα Colutea, Lipariæ peculiaris, inquit Theophraſtus 3. hiſt. 17. arbor procera, fructum fert in ſiliqua, magnitudine lentis, folium mittit fœnogræco non abſimile, &c.

I. Colutea veſicaria.
Colutea, Theophraſti, Trag. (cui vulgo Sena) Dod. gal. (cui & Cytiſus Latinorum) Geſ. hor. Lob. Cluſ. hiſt. Tab. Ger.
Colutea Fuch. Matth. Lac. Lon. Dod. Ad. Caſt.
Sene Mauritanorum, Ruellio.
Sena, Cord. hiſt.
Senna ſylv. quibuſdam malè, Geſn. hort.
Colutea, Senæ genus non eſt, cùm nullas facultates cum Senna communes habeat, Bellon.
Colutea veſicaria, Lugd. (cum duplici figura) Cam. Eyſtett.

Emeri

Emeri alterum genus, Cæſalp.

II. Colutea ſiliquoſa ſive ſcorpioides major.
Colutea ſcorpioides, Ad. Lob. Lugd. Cã. ep. Ger.
Colutea ſcorpioides prima, Cluſ. pan. Tab.
Colutea ſcorpioides prima elatior, Cluſ. hiſt.
Emerus vulgo, Cæſalp.

III. Colutea ſiliquoſa minor.
Colutea ſcorpioides humilior, Cluſ. pan. Ger.
Colutea ſcorpioides 1. humilior, Cluſ. hiſt.
Colutea ſcorpioides 2. Tab.

IV. Colutea ſiliquoſa minor coronata.
Colutea ſcorpioides altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Colutea ſcorpioides tertia, Tab.
Colutea ſcorpioides montana, Ger.

V. Colutea ſcorpioides maritima glauco folio: in Prodromo deſcripta.

VI. Siliqua oblonga cinericea granis Coluteæ.
Fructus minor 12. Paludani, Cluſ. exot. libr. 2. cap. 20.

SENNA.

Sennam, quidam Dioſcoridis Delphinium, alij Pelecinum, alij Peplium, alij Empetron, alij Alypon: alij Theophraſti Cercidem ſive Coluteam tertiam, alij Coluteam primam eſſe putant: at rem novam veteribus Græcis & Latinis Scriptoribus indictam, & à Mauritanis primò propoſitam à Serapione ſub Sene, à Meſue, qui domeſticam & ſylveſtrem facit, ſub Senna, cenſemus: cujus, ex Græcis ſolus Actuarius meminit.

I. Senna Alexandrina, ſive folijs acutis.
Sena Alexandrina, Trag. Geſn. hort. Cam. epit. & hort.
Sena Orientalis, Ang. Bellon. Ad. Ceſ. Tab. Ger.
Senna Ægyptia ſive Alexandrina & Syriaca, quæ præſtantiſſima, Lugd.

II. Senna Italica ſive folijs obtuſis.
Senna, Hermolao.
Sena Italica, Trag. Tabernæm. Adv. Gerard. Cam. ep. & hort.
Sena, Matth. Fuch. Dod. ut: Lac. Cord. hiſtor. Lon. Lob. Caſt. Lugd.
Sena altera, Ang. forte Androſace.
Sena altera media dicta, Bellon.
Sena communis & vilior, Geſ. hort.
Sena noſtras, Cæſalp.

BARBA JOVIS.

Plinius lib. 16. cap. 18. inter arbores, inquit, odit aquas & quæ Jovis Barba appellatur, in opere topiario tonſilis: & in rotunditatem ſpiſſa, argenteo folio. Hujus Anguillara ſpecies duas facit, alteram de qua inter Cytiſos egimus: alteram de qua in præſens.

Barbæ Jovis prima ſpecies, Ang.
Barba Jovis, Cæſ. Cam.
Jovis barba, Lugd. Cluſ. hiſt.

SECTIO SECUNDA.

JASMINUM; SYRINGA; LENTISCUS; MOLLE; THURIFERA ARBOR; TEREBINTHUS; BALSAMUM; PISTACIA; STAPHYLODENDRON; Glans Unguentaria; Ceratia ſive Siliqua; Caſſia nigra ſive Fiſtula; Tamarindus; Lobi & Fructus exotici.

JASMINUM.

Jaſminum Arabes Zambach & Sambach Serapione auctore appellant, & Græcos imitari volentes, Jeſemin, à Jaſme Græca voce. Jaſme autem dicta fuit, quaſi medicatus odor, aut immutatâ literâ Joſme, quaſi violæ odor.

Genera tria Serapio tradit: unum cui flos albus, alterum cui luteus, tertium cui cæruleus: etiam rubro flore in Aſiaticis hortis reperiri, Cluſius refert: Dalechampius puniceum addit.

I. Jaſminum vulgatius flore albo.
Gelſeminum vel Jaſminum, Matth. Caſt. Cam.
Geſminum, Anguil.
Jaſminum, Dod. ut: cui & Apiaria, Cord. in Dioſ.
Jaſme & Sambac, Geſn. hort.
Gelſeminum vulgatius, Adv. Lob. Cæſalp. cui Smilax lævis Dioſcoridis.
Jaſminum album, Lugd. Tab. Ger. fl. albo, Eyſt.

II. Jaſminum humiles luteum.
Gelſeminum luteum, Adv.

Jaſminum luteum, Lob. in ico. Tab. Ger. flore luteo, Eyſt.
Gelſeminum humilius alterum fl. luteo, Cæſ.
III. Jaſminum humilius magno flore.
Geſmini 3. ſpecies, Ang.
Chamægelſeminum grandiflorum, Lob.
Gelſeminum humilius primum, Cluſ.
Jaſminum puniceum, Dalech. Lugd.
Gelſeminum Catalonicum, Cam. ep. (ſive Hiſpanicum) Eyſt.
Jaſminum candiflorum, Tab. majus, Ger.
Flos candidus eſt averſa parte rubens.
IV. Jaſminum cæruleum, Serapioni.
Jaſminum cæruleum, Tab. Ger.
In hoc genere cæruleum nondum vidimus: an Arabes Liguſtrum Orientale, quod alias Syringa cęrulea dicitur intellexerint, Cæſalpinus dubitat: alij Clematidem cęruleam eſſe volunt.
V. Jaſm. luteum vulgo dictum, bacciferum.
Polemonium Monſpelienſium, Geſn. Ad. Lob. Lugd. Cam. Eyſt.
Ruta capraria Gallorum Monſpel. Geſn.
Trifolium fruticans, Dod. Tab.
Ruta baccifera ſive trifolia, Tab.
Jaſmini ſpecies trifolia non videtur a Polemonium accedere, Colum.
Folijs ludit: nam licet communiter, præſertim ſi in hortis colatur, trifolium ſit, attamen circa Monſpelium aliquando unico folio reperitur.
VI. Jaſminum millefolij folio.
Gelſeminum alterum rubrum, Cæſ.
Quamoclit, Cam.
Gelſeminum Indianum pennatum flore ſanguineo, Ponæ Ital.
Convolvulus pennatus exoticus, Col.
Quamoclit ſive Jaſminum Americanum, Cluſ. cur. poſt.

SYRINGA.

Syringa licet Africum vocabulum videatur, aliquibus tamen à virgarum rectarum longitudine & inferioris medullæ fungoſa copia dicitur: vel potius quod ramuli exempta medulla fiſtuloſi ſint.

I. Syringa cærulea.
Lilac, Matthiol. (qui glandem unguentariam exiſtimat) Adv.
Lillach, Dod.
Cauda vulpina Turcarum, Bellon.
Syringa cærulea Luſitanica, Lob. Eyſt.
Syringa flore cæruleo, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Cam. Ger.
Syringa Luſitanica, Tab.
Liguſtrum Orientale, forte Jaſminum cæruleum Mauritanorum, Cæſ.
Oſtryam Theoph. 3. hiſt. 10. eſſe aliqui volunt, auctore Lugd. hiſtoriæ monente: eſt Oſtrys, inquit, quam nonnulli Oſtryam vocant, unica ſpecies Oxyæ (Plin. l. 13. c. 21. πτελέαν, id eſt fraxino, legit) tum ſatu, tum cortice ſimilis: folio pyrorum, multo oblongiore, in acutum contractiore & majore, fibris multis & craſſis, à medio dorſi in modum coſtarum recta ſecundum magnam fibram porrectis, in fibris ipſis rugato & in ambitu leviter ſerrato, materie dura, decolore albida: fructu parvo, oblongo, hordeo ſimili, flavo: radices ſublimes habet. Idem ferè Plinius.
Variat floris colore, qui communiter cæruleus: aliquando cinereus & quaſi argenteus: hinc figuræ duæ apud Eyſt. nomine Syringæ flore lacteo & flore cæruleo.
II. Syringa Arabica folijs mali arantij.
Sambac Arabum ſive Gelſeminum Arabicum, Alpini.
Jaſminum Arabicum ſive Syringa Arabica, Cluſ. cur. poſt.
III. Syringa alba ſive Philadelphus Athenæi.
Syringa, Dod. Cæſ. alba, Tab. Ger.
Syringa flore albo, Cluſ. hiſp. Lugdun. (quam Oſtryn Theophr. volunt, quod Cluſius negat) odorato, Cam.
Syringa Italica, Lob. Eyſt.
Frutex coronarius, Cluſ. hiſt.
Flore communiter eſt ſimplici, rarius pleno: quare Syringa Italica flore albo pleno, & Syringa flore albo ſimplici, apud Eyſt.
IV. Syringæ albæ affinis.
Fructus miſcellaneus undecimus, Cluſ. exot. lib. 2. cap. 21.

LENTISCUS ET MOLLE.

Lentiſcus fortaſſe dicta, quod folia lentore quodam lenteſcant: σχῖνος Dioſcoridi l. 1. c. 89. quaſi σχινὸς fiſſilis, quod facile & frequenter in dentiſcalpia findatur: quod & Dioſc. tempore factitatum, qui arborem ut notam non deſcribit, ſed ejus reſinam quam μαστίχην nominari ait: de qua inter Reſinas. Hujus baccas Hippoc. de nat. mulieb. σχινίδας (non ἰξινίδας) appellat.

I. Len-

I. Lentiſcus vulgaris.
Lentiſcus, Matth. Ang. Dod. ut: Bell. Lac. Lon. Ad. Cluſ. Lob. Cæſ. Lugd. Caſt. Rauvvolf.
Lentiſci in Chio ſimiles ſunt ijs qui in Gallia Narbonenſi & Italia naſcuntur: ſolæ tamen quę in Chio Maſtichen præbent, Bellon. obſ.

II. Lentiſcus Peruana.
Molle, Cluſ. in Monardem, Lob. & lib. de Balſ. Cam. Ger. Colum. addens, quod ſi in Creta naſceretur, pro Tragio ſupponi poſſet.
Mollis, Caſt. arbor, Tab.
Molle arbor, Lugd. & hiſt. Ind. Occid. p. 9. lib. 4. c. 30. quæ in Moxu vocatur arbor ex Peru, quod hinc primum alio translata ſit.
Moly, molle & muelle, Frag.

Variat folijs, quæ in tenella diſſecta: in adultâ nec inciſa, nec crenata ſunt, quemadmodum ramus adultioris arboris in Matthiolo noſtro, & Cluſ. cur. poſt. exhibetur. Uvæ quoddam genus producit, unde Indi vinum premunt, Ind. Occid. l. c.

III. Arbor exotica folijs alatis.
Juvvb apud Amazones naſcens, Cluſ. exot. l. 4. cap. 14.

IV. Arbor exotica Lentiſci folijs.
Moringa, Acoſtæ, Caſt. Lugd.

Fructus raphani craſsitie, radix unicornu vices ſupplet; & ejus in Theriaca uſus eſt.

V. Arbor exotica ſpinoſa folijs lentiſci.
Bonduch Indorum, Ponæ Ital.
Fructus peregrinus primus, Cluſ. l. 2. exot. c. 30.
Lobus ἐχινώτης, Cluſ. exot. l. 3. c. 15.
Mates Indorum cinericei coloris, id eſt, Legumen Indicum, Eid. & Ponæ.
Eructus peregrinus prior, Cluſ. exot. l. 2. c. 30. & in tab. 2. Lugd. Tab. Ger.

Hujus fructum Milij Indici primum, dein Bonduch nomine à Pona, Veronâ accepimus, qui Avellanæ magnitudine, duriſsimus, ſplendens & cinericei coloris.

Ex Braſilia, Java, & Virginea etiam Piſorum nudorum nomine multi adferuntur.

VI. Lobus orbicularis fuſcus ſpinoſis tuberculis obſitus, binos phaſeolos nigros continens.
Fructus quartus qui Indis Samparantam, ex navigation. Batau. Cluſ. exot. l. 2. c. 15.
Lobus echinatus Molucenſis, Ponæ Ital.
an Samparanton radix valida & amara quæ in Sunda naſcitur, in Ind. Or. par. 4. c. 8. hujus arboris radix eſt?

VII. Arbor Malabarenſium fructu Lentiſci.
Pauare, Acoſtæ, Lugd. Caſt. a p.
Arbor eryſipelas curans, Luſitanis.

THURIFERA ARBOR.

Thurifera arbor, Græcis λίβανος ἢ λευκολίβανος: quemadmodum lachryma λιβανωτὸς, quæ Hippocrati λιβανώτε καρπὸς dicitur: λίβανος à λείβω ſtillo: licet Græci fabulentur à juvene Aſſyrio hujus nominis, quod Deos ſtudioſiſſimè coleret, ab invidis occiſo & in hunc fruticem converſo dici: hinc Dijs thure gratius nihil eſſe. Lovan Arabibus; de qua ſic Theophraſt. 9. hiſt. 4. arborem nonnunquam quinis fere cubitis attollatur & ramoſam ferunt, folio pyri ſed multò minore, coloris herbacei ut Rutæ, cortice levi Lauri modo: 4. hiſt. 6. in Arabia, Syria, India naſcitur: 9. hiſt. 2. ſub cane & ferventiſſimis diebus incidi referunt: 9 hiſt. 3. & tam ſpontè quàm inciſura thus prodire poſſe. Idem 9. hiſt. 4. alij thuris arborem lentiſco ſimilem prodidere, & fructum quoq; lentiſci folium ſubrutilum: Idem folia lauri & lævia tribuit. At Garziæ, arbor eſt humilis, folia lentiſco ſimilia habens, & Arabiæ peculiaris: Theveto pinis reſiniferis ſimilis. Non ſolùm ipſius lachryma in uſu fuit, ſed & cortex arboris apud Dioſc. l. 1. c. 82. & μάννα, manna thuris c. 83. & αἰθάλη fuligo c. 84. Vide inter Reſinas.

Duplex eſt: alia montana, alia in planis naſcens Garziæ, Fragoſo.

Arbor thurifera Theveto, Lugd.
Thuris limpidi folium, Ad. Lob. ico. Lug. Tab. pingunt: & Taber. arboris caudicem cum Stagonia thure adpingit.

TEREBINTHUS.

Terebinthus, Græcis Τερέβινθος nominatur, quam Dioſcorides l. 1. c. 9. velut arborem cognitam non deſcripſit. Theophraſto 3. hiſt. 15. alia maſcula eſt, alia fœmina: & maſcula quidem ſine fructu: fœminarum altera fructum ſtatim rubentem edit, lentis magnitudine, qui coqui nequit: altera viridem (χλωρὸν Plinius pallidum l. 13. c. 6. vertit) deinde rubentem & cum vite mature ſcentem, tandem nigrum fabæ magnitudine, reſinoſum, odore jucundiore, &c. flos oleæ ſimilis, rubens: folia in uno pediculo multa, Laureis ſimilia, bina

veluti

veluti Sorbo, in ſummis ramuſculorum partibus imparia, niſi quod minus anguloſa quàm Sorbo, & ambitu laurinis ſimiliora, pinguia cum toto fructu: fert & illa folliculos quoſdam cavos ut Ulmus, in quibus animalcula culicibus ſimilia naſcuntur. Et 4. hiſt. 5. Terebinthi Indicæ meminit. Plinius l. c. ſed brevius de ea egit. Reſina terebinthina ex hac colligitur, de qua cap. de Reſinis.

I. Terebinthus vulgaris.
Terebinthus fœmina altera Theophraſti.
Terebinthus, Matth. Dod. ut: Cord. in Dioſc. & hiſt. Turn. Lac. Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Terebinth. minor in Lombar. & Hetruria, Ang.
Terebinthus lentiſcifolia minor, Ad.
Terebinthus vulgaris, Rauvvolf.

II. Terebinthus peregrina fructu majore Piſtacijs ſimili, eduli.
Terebinthus major cujus fructum Arabes Botn quibir appellant, Rauvvolf.
Terebint. noſtras Juglandes æquans, Bell. cult.
Terebinthus major piſtaciæ folio, Ad. Lob.
Terebinthus Indica major Theophr. ex Rauvvolf. Lugd. ap.
Terebinthus latifolia, Tab. Ger.
Terebinthi majus genus ad Terebinth. Indicam Theophr. & Fael Serap. Avicen. & Rhaſis referri poteſt, Cluſ. hiſt.

Folijs oblongiuſculis à Piſtacijs, quæ rotundiora habet, & fructu ſive nuce breviore & rotundiore differt, quo inquilini, perinde ut nos Avellanis veſcuntur.

Gallarum genus quoddam nucis ponticæ magnitudine, Terebinthi arbores in Thracia & Macedonia producunt, quarum apud Turcas uſus eſt, tenuiſsimis ſericeis pannis inficiendis, Bellon. obſ.

III. Terebinthus peregrina fructu minore & cæruleo, eduli.
Terebinthus Syriaca, Theoph.
Terebinthus in Cilicia & Syria, Bellon. obſ.
Terebinthi peregrini alterum genus, Cluſ. notis in Bellon.
Terebinthus minor, qui Arabibus Botn fougiet dicitur, Rauvvolf.
Terebinthus in Meſopotamia & Armenia, Eid.
Terebinthus minor, qui ad Bel Arabum referri poteſt, Cluſ. hiſt.

Et hujus fructus, qui cum ſuo cortice Piſo majori æqualis eſt, perinde ut nos Pineos nucleos comedunt: quo & Perſæ plus quam bis mille annis ante panis uſum vitam ſuſtentarunt, & etiamnum totius Syriæ incolæ ijs cum pane veſcuntur: & propter colorem inter viridem & cæruleum medium, Arabes veteres, Granum viride, Bellonio atteſtante, appellarunt.

BALSAMUM.

Balſamum, βάλσαμον Dioſcoridi l. 1. c. 18. arbor Lycij ſeu Pyracanthæ magnitudine conſpicitur: folia habet Rutæ proxima, ſed candidiora multò & perpetuò magis virentia, &c. qui & ὀποβάλσαμον, ξυλοβάλσαμον καὶ καρπὸν, ſive ſuccum, lignum & fructum commendat: & vim efficaciſſimam balſami liquori tribuit: proximum fructui, minimum vero ligno. Et Theophraſto 9. hiſt. 6. arboris magnitudo quæ malo punicæ magnæ, rami multi, folium rutæ ſimili, candidum tamen, perpetuò virens, fructus ſimilis terebintho tam magnitudine, quàm colore, valde odoratus & lacrymâ ipsâ odoratior, &c. Plinius lib. 12. cap. 25. quædam alia ſcribit, alia ex utroque mutuatus videtur.

I. Balſamum Syriacum rutæ folio.
Balſamum, Matt. Lac. Ad. Col. Caſt. Ceſ. Alpino, Hon. Belli ep. 5. ad Cluſ. Liquor ejus Opobalſamum & Balſamælæon, de quo & Cord. hiſt.
Balſamum lentiſci folio Ægyptiacum, Bellonius obſ.
Carpobalſamum veterum flavum.
Carpobalſamum & Caſſamum verum, Cord. in Dioſc. & hiſt. Cæſ.
Lignum Xylobalſamum, Cæſ. ſunt aliquando feſtucæ tenues, quæ cum Carpobalſamo adferuntur.

At Terebinthus geminus, omnibus partibus, liquori, ligno & ſemini ſuccedaneum eſſe poteſt.

Fontem eſſe in Sumatra Inſula, qui Balſami pretioſiſsimi oleo ſcaturiat, Linſcot. par. 2. Ind. Or. 21. ſcribit.

II. Carpobalſamum nigrum Alexandrin. an Semen Hyperico ſimile, quod à Petra Paleſtinæ oppido etiam Dioſcorid. tempore adferebatur.
Carpobalſamum non legitimum, Matth.
Carpobalſamum offic. Cord. in Dioſ. (qui addit aliquando inter ea reperiri adulterinis granis majora, odoris & ſaporis ſuaviſsimi) Tab.

Balſa-

Balſami veri fructus, Alpino.

III. Xylobalſamum officinarum.

Myrtum potius quam Balſamum refert, Matth.

Alterius fruticis ſurculi, quámvis aliquando inter eos mirum in modum odoris & ſaporis gratia commendabiles reperiantur, Cord. in Dioſc. & hiſt.

Xylobalſam. vulgo nuncupatum, quod ex felici Arabia defertur cum Ægyptio convenit. Bel. ob.

Lignum Balſami ex Arabia felici, Linſcot. par. 2. Ind. Orient. 7.

IV. Balſamum Indicum, ex arbore Punicâ malo majore Xylo dicta, folijs Urticæ.

Balſamum Indicum novum, Matth.

Balſamum ex nova Hiſpania, Lacun.

Balſamum ex Occidentali India, Monard. Lug. & Ind. Occid. p. 9. l. 4. c. 28.

Balſami genus novum, Cæſ. Frag.

Hujus genus limpidum, quod pura eſt exſtillans lacryma, opobalſamum vocant: aliud imperfectius, quod ex ligno, cortice & folijs expreſſum eſt, aut ignis vi prolicitur, quod Xylobalſamum appellatur, Ind. Occ. l. c.

V. Balſamum fructu racemoſo ex Hiſpaniola.

Balſamum novum ex Hiſpaniola, Auctori hiſt. gener. Indiæ, Lugd.

Ex planta ſponte naſcente arboris magnitudine folijs amplis (quale Lug. hiſt. exhibet) ſex digitos longis, 4. cum dimidio latis, elicitur.

VI. Balſamum Americanum.

Balſamum aliud ex Americæ continente, Lug.

Ex arbore vaſta, ramoſa fructu piſi magnitudine ſiliqua digitum longa incluſa, quæ pingitur nomine Fructus balſami Monardis, Lugd.

Lobus oblongus aromaticus, Cluſ. exot. l. 3. c. 18.

Balſami Peruani fructus, Ponæ, Cluſ. cur. poſt.

Balſamum quod ex India occidentali adfertur primum in Hiſpaniola inventum: arbor unde elicitur Goaconaz ab indigenis vocatur, Ovied. hiſt. Ind. l. 10. c. 13.

Balſamum ex Nicaraguæ, Benzoni, Ind. Occid. part. 5. cap. 16.

an Balſamum ex Gueana, Ind. Occid. p. 8.

VII. Balſamum Tolutanum folijs Ceratiæ ſimilibus, quod candidum eſt.

Balſamum de Tolu, Monardi, ex Inſulis Tolu, Ind. Occid. q. 9. l. 4. c. 28.

Balſamum Tolutanum ex arboribus pumilibus pinis ſimilibus, Lugd. ap.

an Balſam. album Curcas vocatum, Ind. occ. p. 8.

VIII. Frutex Indiæ Orient Lavendulæ folio.

Arbor Lavendulæ folio, Cluſ. exot. l. 1. c. 5.

PISTACIA.

Πιστάκια Dioſcor. l. 1. c. 177. in Syria gignuntur pineis nucibus ſimilia. Theoph. 4. hiſt. 5. ferunt & in India Terebinthum eſſe, arborem alteri terebintho ſimilem, cujus folia, rami & reliqua omnia, terebintho ſimilia; fructus autẽ diverſus, ſimilis enim amygdalis, non magnus ſed aſpectu ſimilis & ſuavitate amygdalis præſtantior.

I. Piſtacia peregrina fructu racemoſo, ſive Terebinthus Indica, Theoph.

Piſtacia, Matth. Ang. Tur. Lac. Cord. in Dioſc. & hiſt. Lon. Dod. Lob. Cæſalp. Caſt. Cam. Tab. Ger. Eyſt.

Piſtacium, Geſ. hort.

Terebinthus Indica Theophraſti, Ad.

Piſtachia, incolis Fisluc, Rauvvolf.

Piſtaciarum arbor, Dod. gal. Lugd.

Fructus dicuntur πιστάκια: Nicandro φιστάκια: Poſidonio, monente Athenæo, βιστάκια: Latinis Piſtacia: officinis & barbaris Fiſtici.

II. Arbor exotica fructu racemoſo, Charamais dicta.

Charamais & Ambela, Acoſtæ, Lugd. Caſt.

Duo genera, unum pyrifolio, alterum malo minore, fructu avellanæ acido.

III. Piſtacia ſylveſtris.

Staphylodendron Plinij, lib. & c. 16. eſt & trans alpes arbor ſimilima aceri, alba materie, quæ vocatur Staphylodendron: fert ſiliquas & in ijs nucleos ſapore nucis avellanæ.

Nux veſicaria, Trag. Dod. Ger.

Staphylodendron, Matth. Bellon. Ad. Lob. Lug. Cam. Tab. Plinij, Dod. gal. Geſ. hort. Eyſt.

Arbor vitis & Lacryma Joppi, Ang.

Piſtaciorum ſpecies, Scaligero in Ariſtot.

Piſtacia Germanica, Lon. ſylveſtris, Caſt.

Coulcoul & Hebulben Turcarum, Matth. epiſt.

At Bellonio obſ. Hebulben ſemina ſunt in officinis Turcarum venalia, quæ nobis in uſu non ſunt: quemadmodum nec Nux quædam gemini pungi magnitudine, parvis granis eſui aptis, avellanæ inſtar dulcib⁹ plena, quam Coulcoul, hoc eſt, nucem de Coulcoul nominant.

Ex fructu ſphærulæ precatoriæ fiunt.

GLANS UNGUENTARIA.

GLans unguentaria, βάλανος μυρεψικὴ Dioſcoridi l.4.c.154. fructus eſt arboris Myricæ ſimilis, magnitudine nucis Avellanæ, cujus interior pars expreſſa, veluti amygdalæ amaræ humorem emittit, quo ad precioſa unguenta pro oleo utuntur: at Theoph.4.hiſt.1. βάλανος ſimpliciter: Balano, inquit, à fructu nomen inditum: folium ejus Myrto ſimile eſt, ſed oblongius, fructus magnitudine & aſpectu capparis fructui ſimilis, cujus corticibus contuſis unguentarij utuntur, &c. Hæc unguentariæ nomine à cæteris glandibus diſtinguitur, quod ea unguentarij plurimum utantur. Plinio libr.12.cap.21. Myrobalanus Troglodytis naſcens unguento, ut ipſo nomine apparet, fructus magnitudine avellanæ nucis, &c. Arabes Habel, Ben & Granum ben nominant: inter quos Meſues qui duplex facit, aliud Ben magnum ut Avellana, quod Monardes Avellanas purgatrices eſſe vult: aliud parvum Ciceris magnitudine: ex quo Monarde monente, Itali oleum de Ben conficiunt.

Glans unguentaria, Matt. Lac. Cord in Dioſ. Cluſ. in corol. Dodonæi, Lugd. Cæſ.
Granum ben, Lon.
Balanus myrepſica, Pharagon incolis ad montem Sinai, Bellon.
Macalep album, Rauvvolf.
Glans unguentaria cathartica ſiliquata, Adv. Lob. icon.
Balanus myrepſica, Cord. hiſt. Tab. Ger. Pon.
Ben parvum, Monardi.

CERATIA SIVE SILIQUA.

Κεράτια, id eſt, ſiliqua, à corniculorum ſimilitudine, à Dioſcoride l.1.c.158. qui eam non deſcripſit: à Galeno & Aegineta verò κερατώνια, quaſi cornuta ſiliqua, hæc arbor appellatur: à recentioribus Græcis Xylocerata: Arabibus Charnub: à Plinio l.15.c.24. Siliqua (quia ſemen fert in ſiliquis leguminum modo) de qua hæc: haud procul abeſſe videntur & prædulces Siliquæ, niſi quod Cortex in iis manditur: digitorum hominis longitudo illis, interim falcatis pollicari latitudine, &c.

I. Siliqua edulis.
Siliqua, Matt. Ang. Tur. deſ. Cord. in Dioſ. Geſ. hor. Lac. Lon. Rauvv. Caſt. Cam. arbor, Cæſ. cui & Ceronia Theophr.
Siliqua ſive Ceratia, Bellon.
Siliqua dulcis Alpino.
Ceratonia, Dod. ut: Geſ. hor. Lugd. Frag.
Cerata vel ſiliqua, Ad Lob. Tab. Ger. Cluſ. hiſp. ſiliqua κερώνια, Eid. hiſt.
Ceraunia ſiliqua Theoph. 4. hiſt. 2. & Plin. l.13. c.8. Dalech. in Plinium: at hiſt. Lugd. auctor diverſam facit.
Fructus κεράτιος, ſiliqua, vulgo Carobe nominatur: cujus ſemen ſex grana pendens, ponderi illi auri quod Karat dicitur, nomen dedit.

II. Siliqua purgatrix.
Caroba ſive Sili. ex Guinea purgatrix, Pon. Ital.

III. Siliqua ſylveſtris rotundifolia.
Arbor Judæ, Bellon. (quæ Græcis vulgo Coucouchias) Geſ. hor. Dod. Ad. Lob. Rauvv. Lugd. Tab. Cam. Ger. Eyſt.
Fabago ſive ſiliquaſtrum, Bellon. Geſ. hor.
Ceratia agreſtis, Eid.
Siliqua ſyl. Bellon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cam. ep. & hor. Cæſ. cui Cercis Theophr.
Siliquaſtrum & Siliqua ſylv. & fatua, & arbos amoris, Caſt.
Quibuſdam Cercis ſiliquata Theophr. 1. hiſt. 18. alijs Colytea tertia Theophr. 3. hiſt. 14. quibuſdam Laburnum vel ejus ſpecies.
Acacia vera Matth. quibuſdam videtur, quam ſpinis horridam pingit, quas commentitias ſuſpicantur.
Flores eleganter purpurei, quandoque albi & cortice candicante.

IV. Siliqua ſylv. rotundifolia Indica.
Semen nummi inſtar rotundum planum denarij magnitudine, craſſiuſculum, ruffum, à Rev. D. Terentio ex India accepi, cum hac inſcriptione: Semen numulariæ eſt arboris Judæ Indicæ, cujus flos magnus elegans & odorus eſt.

V. Siliqua ſylv. ſpinoſa arbor Indica.
Coral arbor, ob flores colore Corallij æmulos, Cluſ. append. 1. hiſt. plant. & append. altera ad appendicem primam.
an Acacia prima, Matthiol. & Lugd.
an Acacia major, Caſt.

VI. Siliquæ ſylv. ſimilis.
Acacalis, vel Syriacè Kiſmiſen ſive Siſime, Cam.
Acacalis Keſmeſen, Bellon.
an Acatia Dioſcoridis, Rauvvolf.
Semen hoc Cairine & Kiſmiſen nomine à Doct. Paludano ex Syria reduce an. 1579. Patavij accepimus: an Dioſcoridis Acacalis? cum hæc

noſtra folijs rotundis enata ſit. Dioſcoridi verò l.1.c.118. & ex eo Æginetæ ἀκάκαλις, fructus ſit fruticis in Ægypto naſcentis, myricæ fructui quadantenus ſimilis. Valer. Cordus in Dioſ. non cognoſci ſcribit, niſi aliquis ex Myrobalanis Emblicis ſive Belliricis hunc eſſe exiſtimet.

CASSIA NIGRA SEU FISTULOSA.

Caßia Fiſtula ab Arabibus inventa eſt, & à recentioribus Græcis, ut Actuario, κασσία μέλαινα nominatur. Fabam Indicam veterum, ut Ariſtobuli, Valerius Cordus credidit. Siliquam Aegyptiam Theophraſti 1. hiſt.18. nonnulli cenſent.

I. Caſſia fiſtula Alexandrina.
Caſſia ſolutiva ſive Ægyptia ſiliqua, Matth.
Caſſia fiſtula, Dod. gal. Lac. Cord. in Dioſ. Geſn. hort. Caſt. Alpino, Frag. Tabern. Ger. Pigafette deſc. regni Congiani & Ind. or. p.1. & 4.
Caſsia fiſtula laxativa, Lon.
Caſsia ſolutiva, Bellon. Monard. Garziæ, Linſcot. p.4. Ind. or. fig.17.
Caſsia ſtercoraria, Guiland. pap.
Caſsia nigra, Dod.
Siliqua Ind. veterum, Cord. hiſt. Inda, Geſ. hor.
Canna fiſtula ſeu fiſtularis, Linſ. p.4. Ind. or. c.37.
Caſsiam quæ hujus arboris fructus eſt, Ægyptij Chaja-ar-xambar vocitant, Paludanus in Linſ.
Siliqua aut Caſsia purgatrix Arabum, Ad. Lob.
Siliqua ſive Caſsia cathartica, Lugd.
Caſsia, ſiliqua Ægyptia Theoph. videtur, Cæſ.
Caſsia Ægyptia ſive purgans, Cam.
Canna fiſtula, Acoſtæ.
Canna fiſtula ſive Caſsia: Joſeph. Acoſtæ, lib.3. cap.22. quæ in Hiſpaniola copioſiſsima: Idem lib.4. cap.29.

Eligenda fiſtula inſignis, plena, gravis & recens, & quæ concuſſa, incluſis ſeminibus minimè conſtrepat, ſplendens, foris ac etiam in pulpa pinguis: pulpam (quæ non ante uſum extrahi debet) florem Caſsiæ & Caſsiam extractam vocant.

II. Caſsia fiſtula Braſiliana.
Caſsia ſiliqua Braſiliana purgatrix compreſſa, Lob. in pharm. Rondel.

Hæc ex Braſilia advehi cepit, cujus pulpæ uncia una, plus quam unciæ duæ alterius Ægyptiacæ, purgat.

III. Siliqua Arabica, quæ Tamarindus.

Arabicam vocamus, eò quod ex Arabia in Indiam aliaſque regiones deferatur: à quibus Tamarindus nominata, quaſi dicas Dactylos Indos, ſive Palmulas Indicas: Tamar enim illis Dactylum ſignificat: licet arbor Palmæ ſimilis non ſit, nec ex Palmarum generibus, niſi ad fructus effigiem, quæ dactylum ſive digitum inflexum refert, reſpexerint. Sunt qui velint Plinium lib.12. cap.6. de hac intelligendum eſſe, cum inquit: eſt & alia ſimilis huic (Palæ ſcilicet) dulcior pomo, ſed interaneorum valetudini infeſta.

Tamarindi, dactyli Indici } Meſuæo, Lac. qui à
Palmæ ſyl. Indicæ fructus } Palmulis Thebaicis non differe vult.
Tamarindus Serapioni, Cæſ.
Tamarindi, Matth. Bellon. Garz. Acoſtæ, Frag. Lob. qui addit perperam Oxyphœnicum appellari, Lugdun. qui in ap. & alteram figuram Acoſtæ exhibet.
Thamarindus, id eſt, Acacia Indica, Cord. hiſt.
Palmæ ſylv. fructus Oxyphœnica, Lonic. Caſt. cum ficta figura.
Thamarindi, Cam. ep.
Tamarindus Derelſide appellata, Alpin.
Tamarinio, Puly & Ambiſy Indis, Linſcotto Ind. or. p.4. c.37.
Aſſa ſive Tamarindus: par.4. Ind. or. fig.15.

Folliculi recentes, cum melle aut Saccharo in India condiuntur: ex ſubſtantia intinctum (Caryl vocant) parant, cum cibis utendum.

IV. Tamarindis ſimile ſemen ſpadiceum dentatum.
Fructus alicujus ſemen num.20. à Gareto, Cluſio exot. lib.2. cap.16.

V. Tamarindo ſimilis frutex.
Queillos frutex folij Tamarindi, fructu ut fabæ Romanæ ſubduplo longiore, quo in cibis utuntur: par.4. Ind. or.8.

DE LOBIS.

Etſi Dioſcorides Smilacis hortenſis fructum λόβια, quaſi ſiliquulas dicas, vocarit, eamq; ob cauſam de Lobis poſt Phaſeolos dicendum videretur, tamen cum alij ſint Lobi, qui arborum fructus ſunt, de alijs verò non ſatis conſtet, placuit de omnibus hic agere, uſq; dum certius quid cognoverimus.

I. Arbor ſiliquoſa Juglandis folio Braſiliana, lobo longiſsimo Acaciæ ſiliquæ inſtar diſtincto.

Lobus Braſilianus ingens, Cluſ.exot.l.3.c.1.

Lobus cineraceus binos pedes Romanos cum triente longus, quatuor uncias latus: ſemina ex albo ruffeſcentia pene orbicularia, nuci vomicæ non admodum diſsimilia.

II. Arbor ſiliquoſa Braſiliana lobo latiſsimo.

Lobus Braſilianus alter, Cluſ.exot.l.3.c.2.

Hic Lobus, duplex eſt: major ex fuſco cineraceus, octo uncias longus, quatuor cum ſemiſſe latus, ſemine quaſi quadrangulo: alter minor, ex fuſco rubeſcens, ſemine citrij mali ſemini non valdè diſsimili.

III. Arbor ſiliquoſa ex Virginea lobo fuſco ſcabro.

Lobus ex Wingandecaovv, Cluſ.exot.l.3.c.3.

In hoc oſsicula verius, quam Phaſeoli, nigra, dura, Avellanæ magnitudine.

Hic duplex eſt: alius ex Virginea fuſcus, quinque vel etiam ſex uncias longus, duas vel duas cum ſemiſſe latus, unam craſſus. Alius ex inſula Hayti ſive Iſabellæ vicina, ſpadicei coloris, ſeptem uncias longus, tres cũ ſemiſſe latus.

IV. Arbor ſiliquoſa ex qua gummi Anime elicitur.

Lobo ex Wingandecaovv ſimilis, Cluſ.l.c.

an Guama Oviedi horum duorum alteruter.

V. Arbor ſiliquoſa lobo quadrangulo fuſco.

Lobus peregrinus quadrangularis, Cluſ.exot. lib.3.cap.5.

Lobus ſulcis diſtinctus, ſeptem uncias longus, binas latus.

VI. Arbor ſiliquoſa Africana, folijs fere pyri ſemine fabaceo.

Phaſeolus quintus peregrinus, ſive Phaſeolus Coles, Cluſ.exot.l 3.c.7.

Siliquæ candidæ, phaſeolis longiores & majores: ſemina albo putamine ablato minij colorem habent & ſiccata in binas partes ſpontè finduntur.

VII. Fructus oblongus cineraceus rugoſus & gibboſus.

Fructus ex Bengala ad Coles accedens, Cluſ. exot.l.2.c.14.

VIII. Fructus compreſſus quadrangulus venis candicantibus & nigricantibus, ut Coles fructus diſtinctus.

Fructus 6. Parduyni, Cluſ.exot.l.2.c.12.

IX. Lobus orbicularis fuſcus ſpinoſis tuberculis obſitus, binos phaſeolos nigros continens.

X. Arbor ſiliquoſa Guinenſis lobo ſpadiceo, fuſco.

Lobus ex Guinea, Cluſ.exot.l.3.c.4.

Lobus decem uncias longus, tres latus, grana dura ex ſpadiceo fuſca, medulla tetri odoris.

XI. Arbor ſiliquoſa Guinenſis, fructu fabaceo, lobo longiſsimo.

Lobus fabæ arboreſcentis, Cluſ.exot.l.3.c.6.

Lobus nigricans & fuliginoſus, uncias novendecim, vel viginti longus, tres latus, phaſeolos ſeptem, binas uncias cum ſemiſſe longos, ſemunciam latos, planos, ex ſpadiceo nigricantes & ſplendentes continens.

an Arbor fabas majores proferens, par.6. Ind. Orient. tab.14. lit.H.

XII. Lobus cortice cartilagineo, rugoſo, fuſco, duplici criſta [illegible] donatus.

Lobus primus cartilagineus ex inſula Mauritij 3. Cluſ. exot.l.3.c.9. & 10.

Hic vel uncias quatuor cum ſemiſſe, vel tres longus, binas latus; ille tres, hic duos phaſeolos orbiculatos ex puniceo nigros, veluti annulo cinctos, eoſque duros continet.

XIII. Fructus ſubrotundus durus eleganter rubens.

Fructus peregrinus 10. Mates nomine acceptus, Cluſ.exot.l.2.c.30. & tab.3. Lugd.

XIV. Lobus cortice membranaceo, atro tumido.

Lobus niger primus turgidus, Cluſ. exot. lib.3. cap.18.

Hic uncias binas longus, unam latus, ſemina nigra, plana, Acaciæ fructu ſimilia continet.

XV. Lobus membranaceus atroſpadiceus, planus Guinenſis.

Lobus niger 2. planus, Cluſ.l.c.

XVI. Lobus quadrangularis, Cluſ. exot. lib.3. cap.17.

Hic ex fuſco fuliginoſus, grana quadrangula, in binas partes dividua continet.

XVII. Lobus aromaticus ſubfuſcus Terebinthi corniculis ſimilis.

Lobus oblongus aromaticus, Cluſ. exot. lib.3. cap. 18.

Hic ſex, ſeptem, etiam octo uncias longus, vix ſemunciam latus, tenuem pollinem nigrum tenacem, Benzoini ferè odore, continet.

FRU-

FRUCTUS EXOTICI.

Fructus exoticos plurimos Cluſius propoſuit, plurimos etiam à D. Jacobo Guillelmi Hooft Amſtelrodamo ante octennium accepimus: quos quantum licuit in aliquem ordinem digeſſimus, aliquos ad arbores quibus conſimiles ſunt, vel ſaltem fructu, retulimus: alios verò ratione formæ diſtributos, hic recenſemus.

Fructus rotundi & orbiculares.

I. Fructus magnus ex rotunditate compreſſus, cortice rugoſo fuſco.
Fructus craſſus peregrinus, Cluſ. exot. l. 2. c. 7.

II. Fructus rotundus cortice fungoſo ſubpurpuraſcente.
Fructus 1. à Gareto, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.

III. Fructus orbicularis ſpadiceus lævis.
Fructus miſcellaneus 3. Cluſ. exot. l. 2. c. 25.

IV. Fructus orbicularis fuſcus, nucleo cineraceo.
Fructus miſcellaneus 4. Cluſ. exot. l. 2. c. 25.

V. Fructus orbicularis flavus maculâ ſubfuſcâ notatus.
Fructus peregrinus 6. Cluſ. exot. l. 2. c. 29. Lugd. Tab. Ger.

VI. Fructus orbicularis ſpadiceus nucleo duro.
Fructus exoticus 4. Cluſ. exot. l. 2. c. 19.

VII. Fructus orbicularis ex ruffo nigricans.
Fructus peregrinus 3. Cluſ. exot. l. 2. c. 30. & in tab. altera, Lugd. Tab. Ger.

VIII. Fructus orbicularis fuliginoſus.
Fructus 15. à Gareto, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.

IX. Fructus orbicularis ater & acidus.
Fructus peregrinus acidi ſaporis, Cl. ex. l. 2. c. 13.

X. Fructus orbicularis cinericeus ut Chamæriphes nucleus.
Fructus 12. navigat. Botau. Cluſ. exot. l. 2. c. 15.

XI. Fructus orbicularis Arantij forma cineraceus.
Fructus minor 7. Paludani, Cluſ. exot. l. 2. c. 20.

XII. Fructus rotundus parvus putamine ſpadiceo flaveſcente, nucleo ſubacido.
Fructus 7. à Gareto, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.

XIII. Fructus orbicularis compreſſus cineraceus.
Fructus minor 1. Paludani, Cluſ. exot. l. 2. c. 20.

Fructus orbiculares ſulcis nerviſque diſtincti.

I. Fructus orbicularis major fuſcus ſtriatus.
Fructus orbicularis peregrinus 1. Cluſ. ex. l. 2. c. 9

II. Fructus orbicularis minor cineraceus ſtriatus.
Fructus orbicularis peregrinus 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 9

III. Fructus orbicularis ſubniger & ſplendens ſulcis diſtinctus.
Fructus 1. è Walachria, Cluſ. exot. l. 2. c. 22.

IV. Fructus alter ſplendens quatuor ſulcis diſtinctus.
Fructus 9. à Gareto, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.

V. Fructus orbicularis in ſummo lineâ trigonâ diſtinctus.
Fructus 10. à Gareto, Cluſ. exot. l. 2. l. 16.

VI. Fructus orbicularis Arantium ſiccum referens, quatuor venis diſtinctus.
Fructus 2. Jacobi Plateau, Cluſ. exot. l. 2. c. 19.

VII. Fructus orbicularis fuſcus ſenis nervis diſtinctus ex Guinea.
Fructus orbicularis peregrinus 3. Cl. ex. l. c. c. 10.

VIII. Fructus orbicularis ſpadiceus novem venis diſtinctus major.
Fructus peregrinus orbicularis nervis diſtinctus 1. Cluſ. exot. l. 2. c. 10.

IX. Fructus orbicularis minor novem venis, ut & ſemen, diſtinctus.
Fructus peregrinus orbicularis nervis diſtinctus 2. Cluſ. exot. l. 2. c. 10.

Fructus figura oblonga ovali.

I. Fructus ovi anſerini magnitudine fuſco cinereus.
Fructus peregrini pulpa, Cluſ. exot. l. 2. c. 13.

II. Fructus ovi anſerini forma.
Fructus orbicularis peregrinus 3. Cluſ. ex. l. 3. c. 9

III. Fructus ovalis fuſcus nucleo avellanæ ſimili.
Fructus 2. à Gareto, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.

IV. Fructus ovalis putamine craſſo fibroſo.
Fructus 3. à Gareto, Cluſ. l. c.

V. Fructus ovalis fuſcus.
Fructus miſcellaneus 1. Cluſ. exot. l. 2. c. 25.

VI. Fructus ovalis lapidi Judaico ſimilis ex ruffo nigricans.
Fructus peregrinus alter, Cluſ. exot. l. 2. c. 3. & in tab. 2. Lugd. Tab. Ger.

VII. Fructus olivæ oſsiculum referens.
Fructus minor 5. Paludani, Cluſ. exot. l. 2. c. 20.

VIII. Fructus ovalis ſpadiceus.
Nux peregrina 2. Cluſ. exot. l. 2. c. 13.

IX. Fructus oblongus fuſcus ſtriatus.

Fructus exoticus 3. Cluſ. ex l. 2. c. 24.

X. Fructus oblongus arcuatus fuſcus.
Fructus 1. è navigat. Batav. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

XI. Fructus oblongus fuſcus ſplendens.
Fructus 1. Simonis Tovar Coxco cypote, id eſt nux ſive oſsiculum Cypote, Cluſ. ex. l. 2. c. 18.

XII. Fructus oblongus cineraceus nervis craſsis.
Fructus 3. Parduyni, Cluſ. ex. l. 2. c. 22.

XIII. Fructus oblongus cineraceus acidulus.
Fructus 12. & Oregioella, ex quo Cacao potionem conficiunt, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

XIV. Fruct. oblongus cortice flavo ſpadiceo.
Fructus 13 à Gareto, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

XV. Fructus oblongus lobum referens niger.
Fructus 13, Gareti, Cluſ. l. c.

Fructus pyriformes.

I. Fructus pyriformis major rugoſus niger, binis cellulis diſtinctus.
Fructus exoticus 1. Cluſ. ex. l. 2. c. 24.

II. Fructus pyrifor. minor ſpadiceo cinereus.
Fructus exoticus 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 24.

Fructus orbiculares & rotundi: & ovales tuberculis obſiti.

I. Fructus orbicularis fuſcus tuberculis obſitus.
Fructus 2. Parduyni è Guinea, Cluſ. ex. l. 2. c. 22.

II. Fructus orbicularis cineraceus tribus foraminibus donatus.
Fructus 8 à Gareto, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

III. Fructus rotundus flavus tuberculis obſitus, linea eminentiore tranſverſa.
Fructus peregrinus 4. Cluſ. ex. l. 2. c. 30. & tab. alt. Lugd. Tab. Ger.

IV. Fruct. rotundus flavus tuberculis obſitus.
Fructus peregrinus 5. Cluſ. ex. l. 2. c. 30. & tab. alt. Lugd. Tab. Ger.

V. Fructus ovalis ex fuſco ſubrubens tuberculis mucronatis obſitus.
Fructus 5. è navigat. Batav. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

VI. Fructus olivæ oſsiculum referens tuberculis obſitus.
Fructus minor 6. Paludani, Cluſ. ex. l. 2. c. 20.

VII. Fructus oblongus cineraceus durus tuberculis exaſperatus.
Fructus 1. Plateau, Cluſ. ex. l. 2. c. 19.

VIII. Fructus cordis formam referens, fuſcus tuberculis inæqualis.
Fructus minor 2. Paludani, Cluſ. ex. l. 2. c. 20.

IX. Fructus ſubrotundus rugoſus, ater.
Nux peregrina 1. Cluſ. ex. l. 2. c. 13.

X. Fructus Frago ſimilis.
Garnitre fructus parvus & ſubtilis fragi ſimilitudine, qui globulorum vicem ſupplet, Linſc. p. 3. Ind. or. 21.

Fructus angulis donati.

I. Fructus orbicularis fuſcus trifidus granis refertus.
Fructus miſcellaneus 5. Cluſ. ex. l. 2. c. 25.

II. Fruct. rotund. inæqualis cineraceus ſaxeus.
Fructus 6. Camiri Indis, ex navig. Batav. Cluſ. ex. lib. 2. cap. 15.
Fructus peregrinus 2. Eid. l. 2. c. 29.
Nucis eſt magnitudine, putamine ſaxea duritie, nucleo albo amygdalino.

III. Fructus Braſilianus inæqualis ſemine fuſco fervido.
Fruct. 1. à Gareto Aratucon dictus, Cl. ex. l. 2. c. 17.

IV. Fruct. anguloſus cineraceus cortice fibroſo.
Fructus miſcellaneus 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 25.

V. Fructus in gibbum extuberans cortice reticulato villoſo.
Fructus peregrinus reticulato corio ex Guinea, Cluſ. ex. l. 2. c. 11.

VI. Fructus niger in duas partes ſeparabilis acidiuſculus.
Fructus 10. à Gareto, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

VII. Fructus avellanæ magnitudine putamine velut in duas partes diviſo.
Fructus peregrinus 4. Cluſ. ex. l. 2. c. 29. Lugdun. Tabern. Ger.

VIII. Fructus ſubrotundus cineraceus duplici angulo.
Fructus 9. è navig. Batav. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

IX. Fructus triangularis fuſcus.
Fructus minor 4. Paludani, Cluſ. ex. l. 2. c. 20.

X. Fruct. pentagonus tuberibus inanis obſitus
Fructus minor 9. Paludani, Cluſ. ex. l. 2. c. 20.

XI. Fructus oblongus pentagonus fuſcus.
Fructus 2. è navigat. Batav. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

XII. Fructus criſtatus ſpadicei coloris.
Fructus 11. è navig. Batav, Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

Fructus diverſarum figurarum.

I. Fructus in orbem convolutus fuſcus.
Fructus minor 11. Paludani, Cluſ. ex. l. 2. c. 20.

II. Fructus eſt quatuor membranaceis folijs compoſitus nucleo orbiculari.
Fructus 17. navigat. Batav. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

III. Fruct. è multis fibris contextus ſpadiceus.
Fructus miſcellaneus 6. Cluſ. ex. l. 2. c. 25.

IV. Fructus metæ figuram referens cineraceus

Fructus

Fructus mior; Paludani, ad quem pro Balſami Peruani fructu miſſus, Cluſ. ex. l.2. c.20.

V. Fructus juli figuram quaſi exprimens cineraceus, grana ſpadicea continens.

Fructus miſcellaneus 8. Cluſ. ex. l.2. c.25.

VI. Fructus Braſil. ex fuſco cinereus acidus.

Fructus ſecundus Gareti, Cluſ. ex. l.2. c.17.

VII. Fructus Quittenſis.

Fructus ad Dyſenteriam, Monardi, Lugd.

Fructus varij.

I. Fructus in Bali Inſula, ſub terra juglandis magnitudine ſed durior & oleaginoſior, quo ad cibos condiendos utuntur: Linſ. p.3. Ind. or. c.39.

II. Fructus purpureus alij ſapore: par.6. Ind. Orient. c. 54.

III. Cautior fructus frequenter cibis adhiberi ſolitus, uberrimè in Guinea provenit: par. 4. Ind. Or. 8.

IV. Gato Gambar, fructus olivis aut Arecæ ſimilis in Cambaja, qui dentium dolori medetur, par.4. Ind. Or. 8.

V. Jalave Malays, arboris fructus glandis magnitudine, quē infirmi potiunculis miſcent, l.c.

VI. Javanos fructus in Bantan: part.3. Ind. Orient. 35.

VII. Indiamas fructus in Guinea: part.6. Ind. Or. 19.

VIII. Lucumas fructus in India, quem nihil aliud quam lignum eſſe diſſimulatum ajunt: Joſeph. Acoſta l.4. c.26.

IX. Madian, Main, Coraſſani, ex civitate Dachen importantur, ad acuendam gulam & ebrietatem facilius ciendam: par.4. Ind. Or. 8.

X. Tianco, fructus copioſè in Malacca, quem tuſum cum liquore bibunt, quoties malè habent: l.c.

SECTIO TERTIA.

AROMATA.

NUX MYRISTICA; MACIS ET MACER; CASSIA SIVE CANELLA; CINAMOMUM; TAMALABATRUM SIVE FOLIUM; BETHRE ſive Tembul; Caryophylli Aromatici; Piper; Cubebæ; Fagara; Mungo; Amomum & Amomis; Grana Paradiſi & Cardamomum.

NUX MOSCHATA.

Nux Moſchata, quæ veteribus Græcis cum ſua Maci incognita fuit, at recentioribus μοσχοκάρυον vel κάρυον ἀρωματικὸν dicitur: forte Nux Indica, in ſuffimento moſcato Aëtij.

I. Nux moſchata fructu rotundo.

Chryſobalanos Galeni quibuſdam.

Comacum Theophraſti & Cinnamum Caryopon Plinij, Guilandino.

Nux Bandenſis, Jauſibant Arab. Avicennæ.

Mux myriſtica, Matth. Caſt. Lugd. qui & Acoſtæ figuram in appen. habet, Cluſ. ex.

Nux muſcata, Lac. Lon. Ad. Lob. ico. Frag.

Nux moſchata, Cord. hiſt. Lob. (cui & odorata & aromatica) Cæſ. Tab. Acoſtæ.

Nux aromatites, quæ incolis Palla & lapatri, Garz. Linſc. Ind. Orient. p.4. c.22.

Arbor in Inſula Banda quæ nucem & macim profert, Pyri magnitudine, folijs laurinis, latioribus brevioribus: fructus cortice denſo, ut in noſtris Nucibus tegitur, cui alter tenuior reticulatus, rubeſcens ſubeſt, qui Macis dicitur. Fructus cum utroq; cortice muria conditus adfertur: quem & Saccharo condiunt & externum corticem in capitis affectib. commendant. In Java majore, ex nucib. Conſervas & confectiones, & tam ex nucib. quam folijs, oleum conficiunt. Sic aliam in planis, quę ad nos adfertur, aliam in montanis provenire ſcribunt, à cujus fructu cum vix matureſcat, ſaltem Macis adimitur.

II. Nux moſchata fructu rotundo parvo.

Nux moſchata humilis & fructu puſillo in Moluccis, Acoſtæ.

Nux aromatites infructifera in Moluccis & Zeilan, Garziæ.

III. Nux moſchata fructu oblongo.

Nux moſchata maſcula vel major, Cord. hiſt.

Nux moſchata mas oblongior, Lob.

Nux myriſtica mas, Cluſ. exot.

IV. Macis Officinarum.

Macis dicitur cortex alter tenuis rubeſcens, à Maceris Græcorum ſimilitudine, qui aëri expoſitus paulatim flaveſcit.

Macer,

Macer, officinarum Macis, Cord. in Dioſc.
Macis, veterum Macer ſeu medius nucis moſch. cortex, Cord. hiſt.
Macis, Ad. Garziæ, Acoſtæ, Frag.
Macer, Tab. qui cum fructu pingit.
Bunapalla & Jaifol incolis, Garziæ, Linſc. Ind. Oriental. part. 4. cap. 22.
Macis Javanenſibus Maſſa & Foelien, Linſcot. Ind. Orient. part. 2. c. 22.
Beſhaſe Arab. Avicennæ cui odoratæ nucis involucrum eſt.
Nucum myriſticarum flos, 4. par. Ind. Or. c. 21.

MACER VETERUM.

Macer Veterum, cortex eſt arboris ſui nominis, res à Maci recentiorum planè diverſa: de quo ſic Dioſcor. l. 1. c. 110. μακὲρ, cortex eſt è Barbaria advehi ſolitus, ſubflavus, craſſus & guſtu per quam aſtringens: & Plinius lib. 12. c. 8. Macir ex India (Galenum ſecutus) advehitur, cortex rubeus, radicis magnæ, nomine arboris ſuæ. Arbor Ulmo multò major in India Orientali, præſertim in Provincia Malabar, Acoſtæ.

Macer & Macir, Taliſafar radicis cortex, Avic.
Macer, arbor dyſenteriæ, à radicis corticis uſu & arbor ſancta, Acoſtæ, Lugd. in ap.
Cortex Xylocaſsiæ facie, Ad. Lob. ico.
Macer veterum, Cluſ. exot. l. 4. c. 4.
Macer Græcorum verum, ignotum putat Garz.
Macer veterum, Macir officinarum cenſent, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Macer veterum eſt alter cortex craſsior nucis moſchatæ, Cæſalp.
An idem.
Cortex ad alvi profluvia in novo orbe, Monar.
Arbor contra fluxum, Caſt.
Cortex ad dyſenteriam, Lugd.
Anonymos arbor in novo orbe folijs cordis figura, Frag.

CASSIA SIVE CANELLA ET CINAMOMUM.

Kασία ſive κασία, παρὰ τὸ κάσαι, quaſi κοσμῆσαι, διὰ τῆς εὐοσμίας τὰς αἰσθήσεις. Κασίας Dioſcoridi l. 1. c. 12. complura ſunt genera, quæ circa aromatiferam Arabiam gignitur: habet autem ſarmentum craſſi corticis folia verò piperis: primum locum habet γίζιρ roſarum odorem ſpirans: 2. ἄχυ indigenis, mercatoribus Alexandrinis daphnitis, odore vinoſo: 3. μοσυλήτης βλαςὸς, moſyleticus germen: reliquæ viles habentur, ut quæ ἀσυφήμων, nigra injucunda: & ea quæ μοτὼ ἢ δάρκα vocatur: eſt & quædam ψευδοκασία illi ſimilima, quæ neq; acris, neq; aromatica, & corticem medullæ cohærentem habet, &c.

Κιναμώμου plura genera Dioſc. l. 1. c. 13. regionum in quibus naſcuntur nominibus deſignata: excellit quod μόσυλον dicunt, quod ſimilitudinem aliquam habet cum Moſylitide caſſia, & quæ recens colore nigrum ex vinoſo in cinereum vergens, nodoſum, colore rutæ, aut cardumomo proximum eſt, hujus genera quinq; recenſet.

Fabuloſa varia & incerta, de Caſſia & Cinamomo à veteribus Græcis & Latinis, ob longas & difficiles navigationes ſcripta ſunt. Hinc Dioſ. ſcribit Caſſiam, eſſe virgulta craſſi corticis, piperis folijs: Cinamomi verò deſcriptionem prorſus omittit. At Theoph. Caſſiam & Cinamomnm, magnitudine Viticis, multos ramos lignoſos habere. Plin. l. 12. c. 19. Cinamomum dixit fruticem eſſe duorum cubitorum altitudine ampliſſimum, palmiq; minimum: Caſſiam fruticem eſſe trium cubitorum amplitudine. Galenus 1. Antid. arcam Romam delatam è Barbarorum regione tradit, longitudine cubitorum quatuor cum dimidio: & licet Caſſiam & Cinamomum diverſas arbores eſſe ſtatuat, ſcribit tamen Caſſiam ſæpe in Cinamomum tranſmutari: ſic Cinamomi ſurculos, Caſſiæ prorſus perſimiles. Genera Caſſiæ, eadem Galenus quæ Dioſcor. recenſet: item Cinamomi ſex à Dioſcor. etiam declarata. Theophr. 6. hiſt. 2. & Plinio, Caſſiæ duo duntaxat genera ſunt, candidum & nigrum. Recentiores, qui judicio valent, Cinamomum officinarum vulgo Canella dictum, legitimam antiquorum Caſſiam dicunt: cujus genera à Dioſcor. & Galeno tradita, apud Mercatores qui magnam copiam habent, internoſci poſſunt. Et in compoſitionibus Græcorum Xylocaſſiam, id eſt, Caſſiam ligneam ſive Caſſiam odoratam poſtulantibus, Canella noſtra adhibenda: in Mauritanorum enim Medicamentis, Caſſia fiſtula purgatrix intelligenda.

I. Cinamomum ſive Canella Zeilanica.
Caſsia, Cinam. & Canella orientalis, Monard.
Cinamomum, i. e. lignum odoratum quaſi Amomũ ex Sina, Canella & Caſsia idem ſunt, Garz.
Darſini Avicennæ & Arabibus, quod Perſis Lignum Sinenſe ſonat.
Canella legitima, Matth. Lugd. Acoſtæ.
Caſsia, Ang. Lob.

Cinamo-

Cinamomum, Lac.
Cinamomum & Caſsia unius plantæ cortices, Guil. the.
Cinamomum & Caſsia Græcorum, Ad.
Cinamomum Seylenſe, Linſcotto Ind. Orient. part. 2. c. 16. & par. 4. c. 19.

Arbor in Zeilan frequens oleæ magnitudine, folijs forma ad Citri folia accedentibus, fructu rotundo exiguis olivis ſimili. Canella eſt ſecundus & interior arboris cortex, in tubulos convolutus, qui ſingulo triennio adimitur, & ab exteriore cinerea pellicula, qua obductus eſt, repurgatur: In Canarijs etiam Inſulis Cinamomi nulla eſt penuria, 3. part. Ind. Or. c. 5.

II. Cinamomum ſive Canella Malavarica & Javanenſis.
Canella ignobilior, Garziæ.
Caſsia veterum forte, Cluſ. ex.
Canella in ſylvis Malabar, Acoſtæ.
Cinamomum Malabaricum, Canella de Mato, ſeu ſylv. cinamomum, Linſc. Ind. Orien. par. 4. c. 19. & figura 17.
Cinamomum ſylv. Canella de mare, 2. par. Ind. Orient. c. 13.

Cortice eſt enodi cinereo in Malavar & Java: & ut Acoſta, fructus oleæ baccis par oſsiculum continens, qui fructus ſeſsili parte, parvo calice præditus eſt.

III. Cinamomum ſive Canella Peruana.
Canella in America, quæ calices & glandes Suberis modo fert, quam ſui generis arborem, non Canellam eſſe, Garzias ſcribit.
Canella Peruana quam Gomara, Auguſt. Cararate, Petrus Cieca, & ex his Cluſ. notis in Garziam proponit.

Canella novi orbis Monardi, cui Caſsia, Cinamomum & Caſsia lignea, unius arboris cortices ſunt, & ſola loci varietate, altera alteram præſtantiorem facit: itaque Caſsiam & Cinamomum ſolis nominibus differre aſſerit.

Hujus fructum, qui parvo pileo ſimilis, ſua latitudine Taleri Germanici amplitudine æquat, in uſu eſſe ſcribit.

IV. Cinamomum ſive Canella tubis minoribus alba.
Canella alba quorundam, Cluſ. ex.

Duplex eſt: altera majoribus, longioribus & craſsioribus tubis: altera tubis tenuioribus & minoribus: Idem habet,
Canellam albam è radice: &
Canellam albam ex arbore.
Lignum aromaticum Monardi, Lugdun. Caſt. Frag. Cluſ. ex.
an Aſcopo, arbor lauro ſimilis, cujus cortex calidus & acris eſt, in Inſul. Virgin. deſcript. vel Ind. Occid. par. 1.

V. Cinamomum craſsiore cortice.
Xylocaſsia, Ad. Lobel. qui an Pſeudocinamomum Dioſcoridis ſit, dubitat, Lugd.

VI. Caſsia lignea fuſca aromatica.
Xylocaſsia ſubnigra, Lob. belg. & ico.
an Caſsia Syringitis, vel Syringis Cinamomo cognata, Cord. in Dioſc.
an Caſsię genus, quod Galeno referente, junior Andromachus, Caſsiam fiſtulam nominavit, quia inanis & cava & craſsi corticis, cujuſmodi in vulgari Cinamomo frequentiſsimè conſpicitur.

VII. Cinamomum ſeu Caſsia craſsior, quæ præter odorem & ſaporem in officinis occurrit, Pſeudocaſsiam eſſe non temerè quis dixerit.

VIII. Cortex cinereus acri ſapore.
Cortex eriophorus, Cluſ. ex. l. 4. c. 5.

Cinamomum veterum.

Cinamomum veterum, à Caſsia ſive Canella diverſum eſſe volunt, cujus ſe tres ſurculos vidiſſe Cluſius aſſerit, qui recti, ſed non enodes, cortice tenui, ſubcinerei coloris, jucundi & ſuavis guſtus, acrimonia linguam vellicante: lignum verò inodorum & inſipidum.

Galenus primus de Antidot. Caſsiam quæ Zizir cognominatur, adeo Cinamomo ſimilem ſcribit, ut ejus loco divendita fuerit: & pro qualibet Cinamomi parte, duas Caſsiæ adhiberi poſſe.

TAMALAPATRUM SIVE FOLIUM.

Μαλάβαθρον ἢ φύλλον, Latinis ſimiliter Malabathrum & Folium ſimpliciter, & Folium Indicum dicitur, Dioſ. l. 1. c. 11. μαλάβαθρον, inquit, nonnulli Nardi Indicæ folium eſſe arbitrantur, odoris quadam cognatione decepit: peculiare genus eſt, quod in paludibus Indicis gignitur: folium, id eſt, quod lentis paluſtris modo aquæ innatat, radicem non habens, &c. Et Plin. l. 12. c. 26. dat & Malabathron Syria arborem folio convoluto, arido colore: mox ſubjungit: in paludib. Indiæ gigni tradunt, lentis modo, oderatius croco, nigricans ſcabrumq́ʒ,

quodam ſalis guſtu: minus probatur candidum. Quibus verbis Plinius diverſa Malabathri genera propoſuiſſe videtur: at Dioſcorides unicum. Sed quid velint, non aſſequimur: noſtrum enim non innatat aquis, ſed in procera arbore, procul ab aquis in Cambaya naſcitur, ſecundum Garziam: at Linſc.4.par. Ind.Or.c.39. arbor eſt mediocris magnitudinis, quæ non niſi ad fluminum ripas aut lacus enaſcitur, in omni quidem India vulgaris, præcipuè tamen in Cambaya: folij odor qui Caryophyllorum, quare aliqui malè Caryophyll. folium eſſe putant.

Cadegi Indi, id eſt, folium indum, Arabib.
Folium Ind: Seplaſiariorum, Trag.
Malabathr Mat. (cui & Folium) Lac. Lob. Tab.
Caſsiæ folium, Cord. in Dioſc.
Caſsia aromatica, folium malè, nec Cinamomi folium, nec Malabathrum, Cord. hiſt.
Malabathrum, Folium, & folium barbaricum, res differentes ſunt, Ang.
Malabathrum & Folium, medicamenta duo ſunt, Guil. the.
Tamalapatra, ex qua voce corrupta Malabathrum Garz. Cluſ. Lugd.
Folium noſtrate, Malabathrum eſt, Ad.
Folium Indicum Acoſtæ, Caſt. Frag.
Folium Indum vocatum, Tembul Avicen. Cæſ.
Folium Indum, incolis Tamalapatra.

Figuræ: fructus glandis exiguæ effigie adpingitur à Cluſ. Lobel. & Lugd. quem Fructum Canellæ quorundam, alijs Tembul convolvuli in India nomine à Cortuſo, Cluſius, uti in notis in Garziam monet, accepit: qui tamen Malabathri noſtri fructum eſſe ſuſpicatur.

Huc referantur
Folia ſaporem Garyophyllorum referentia, in Inſula St. Maria, ad littus Madegaſcar: part. 3. Ind. Orient. c.12.

BETRE SIVE TEMBUL.

Betre Mallaccenſium volubilis modo arbores ſcandens, fructu lacertæ caudam æmulante.

I. Tembul pro Tambul, Avicennæ.
Betre, Garz. Frag. Lugd. qui in append. figuram Cluſij habet.
Betre ſive Betle, Aloyſ. Cadamuſto, Cluſ. ad Gar.
Betella, Lud. Romano, Odovardo Barboſa.
Betel, Caſt. Betele, Acoſt.
Betle vel Betre, Tab.
Betelle ſive Betre, Linſc. 4. par. Ind. Orient. c.16. & figura 14.

Sunt qui Folium Indum putant, ut Barboſa: & Amatus utrumq; confundit, cum Betre folio acutiore & teneriore ſit.

Hoc Indi Orientales perpetuò mandunt, apud quos in maritimis regionibus provenit: at in Malaca Vitis modo ſeritur, & additis pedamentis, Hederæ modo ſe ſuſtinet.

II. Kaate, ex hujus arboris ligno paſtillos concinnatos cū Betelle comedunt: Linſ. p.4. I.O.16.

CARYOPHYLLUS AROMATICUS.

FRuctus qui Καρυόφυλλον ſive καρυόφυλλ⊗, (i.e. ſi verbum verbo reddas, Nucifolium, cum quo tamen ſimilitudinem nullam habet) Latinis Caryophyllum & Caryophyllus dicitur: à Germanis & Gallis, Clavus nominatur, quòd clavi modo capitatus ſit. Hujus, nec Dioſcor. nec Galenus meminiſſe videntur, licet Serapio Galenum falsò citet, forſan rectius Aeginetam, vel Sethi nominaturus. Apud Pl. l.12.c.7. hæc leguntur: eſt etiamnum in India Piperis grano ſimile, quod vocatur Garyophyllon grandius fragiliusq;. Verùm hunc Plinij aliqui κώμακον Theoph.9.hiſt. eſſe putant: Comacum, inquit, ex India & Arabia deportatur, ad unguenta idoneum eſt.

I. Caryophyllus aromaticus fructu oblongo.
Caryophyllon, ipſe frutex. Ægin. Sethi.
Charunfel, Arabibus.
Caryophylli Matth. Lac. Ludov. Romano, Maximiliano Tranſylvano de Moluc. Tab. qui & Matthioli & Cluſij figuram (à Cluſio tamen improbatam) exhibet.
Caryophyllus Cord. hiſt. Ad. Caſt. Cæſ. qui Carpeſium Q. Medici ſuſpicatur.
Caryophyllon ſive Garyophyllon, Arabibus & pleriſq; Indis, Calafur, in Maluccis Chanque, Garz.
Chamke in Maluco Inſulis, in quibus ſolis naſcuntur, Linſc. 4. par. Ind. Orient. c.12.
Caryophylla arbor quæ Arabibus Siger: fructus, Carnuful, Acoſtæ.
Caryophylli, Lob. Linſcot. l.c.
Caryophylli aromatici, Lugd. cui etiam in append. Caryophyllus Acoſtæ.
Caryophyllus florens & Caryophylli veri, Ger. cum utraq; Tabern. figura.

Arbor

Arbor eſt, noſtris Malis, aut Pyris non minor, folijs venoſis: & ut Linſcottus, Lauri ſimilibus, (mea verò ad Pyri folia accedunt) non ita anguſtis & oblongis, ut Lobelius, Tabernæmontanus, Gerardus ex Cluſij editione prima pinxere, & Lugd. ſuæ figuræ, ex Matthiolo deſumptæ, folium adpoſuit: ſic fructus non ſparſim ramis inhæret, ut Acoſta, & ex eo Lugd. in append. pinxere, ſed extrema parte bacillis oblongis inſident, ut Cluſius in notis poſtremis ad Garziam, Acoſtam, & exot. lib. 1. pinxit: qui demum in Auctario ad exot. lib. Caryophyllorum ramulum cum fructus rudimento, florem nondum expletum ſuſtinente, & eo qui primum formari incipit, exhibet. In Maluccis ut etiam Makian & Tidore fructifera: in Zeilan, infructifera gignitur: & in Ambona inſula ſumma diligentia nunc colitur, ut ad curas poſteriores Cluſij plenius habetur. Hos rectè ſiccatos ſubflaveſcere, & ut nigriores evadant infumari, & ex recentibus aquam deſtillatione elici, & cum Sacchara Electuarium confici, Linſcottus l.c. ſcribit. Fructus qui in arbore remanentes craſsiores fiunt, & quos Javanenſes magis expetunt, dicuntur

Caryophylli mares, Avicennæ.

Caryophylli maturi ſeu majores, Cord. hiſt.

Antophylli, Lob. Lon. Tab. Ger. Linſcot.

Antophylli apud Nicolaum, Cæſ.

Sic fructus qui ab arbore decutiuntur & maximè expetuntur, aliqui

Flores Caryophyllorum vocant, cùm fructus rudimentum ſint:

Caryophyllus immaturus aut minor, Cord. hiſtor. Ita pediculi oblongi, à quibus flores dependent, feſtucæ Cordo, alijs Fuſti, Luſitanis Baſtan, dicuntur.

II. Caryophyllus albus ſpurius.

Cluſius in auctario ad lib. exotic. Solani Beladonnæ, aut ei congeneris flores ſuſpicatur: hoc Caryophylli quoque nomine à J. Pona Veronâ accepimus.

III. Caryophylli odore fructus exoticus.

Fructus caryophyllum olens avellanæ magnitudine, Garziæ, Fragoſo.

Fructus avellanæ nucis magnitudine, cujus folia Garyophyllos odore referunt, in Baya: par. 3. Ind. or. 15.

IV. Caryophyllus aromaticus fructu rotundo.

Garyophyllon, Plinij.

Amomum quorundam, Cluſ. exot. l. 1. c. 17.

V. Fructus fuſcus formâ caryophylli aromatici majoris.

Fructus 7. ex navigat. Batavor. Cluſ. ex. l. 2. c. 15.

PIPER.

Piper, πέπερι Græcis, Arabibus Fulfel & Fulful dicitur. Dioſcoridi lib. 2. cap. 182. arbor brevis, quæ fructum oblongum inſtar ſiliquæ profert, &c. & Plinio lib. 12. cap. 7. Piperis arbores Juniperis noſtris ſimiles ſunt, & ſemina à Junipero diſtant parvis ſiliquis.

Genera: Dioſcorides (& cum eo Galenus) eandem arborem & longum & candidum & nigrum proferre, & ſola maturatione differre credidit: quæ pleraque & Plinius habet: quæ cùm falſa ſint, hîc non adſcribemus. At Theoph. 9. hiſt. 22. piperis genera duo: unum rotundum Ervi modo, cute carneque conſtans ſicuti lauri baccæ, ſubrubrum: alterum oblongum, nigrum ſemina parva papaveris continens, quod altero longè validius. Verum Piper ad arbores, potiſsimum Faufel ſeritur, quas circumvolvendo conſcendit, folijs latis non ſerratis, Betre ſimilibus, fructum habens racemoſum, ſemper virentem, donec perfectè maturuerit: alia tamen eſt quæ Piper album, alia quæ nigrum fert, tam parva inter arbores differentia, quanta inter Vites, quæ uvam nigram vel albam profert, quamvis Ludovic. Romanus arborem quæ album profert proceriorem, craſsiore caudice, majoribus folijs eſſe dicat. & Piper longum, non plus cum illis ſimilitudinis habet, quam faba cum ovo.

I. Piper rotundum nigrum.

Piper nigrum, Matth. Lac. Caſt. Garz. Frag. Cluſ. exot. Lugd. qui in Append. Acoſtæ fig. habet, & inſuper, Arborem piperiferam ex Theveto, Tabern. Linſcotto in Arabia, Filfil; in Java, Sahang. 4. part. Ind. or. c. 18. & fig. 15.

Piper rotundum nigrum, Cord. hiſt. Adv. Cæſ.

Piper nigrum in Calecut, Ludov. Romano.

Piper rotundum Hippocratis, Garz.

Grana perpetuo virent, at Decembri & Januario, ubi maturari incipiunt, ſenſim nigreſcunt: & hoc vulgatiſſimum eſt, cùm albi proventus rarior ſit: cùm viride eſt, ab indigenis ſale & aceto conditur.

Quid ſibi velit Matthiolus cum ſua figura, quam & Caſt. Lug. Tab. & Ger. habent, non aſſequimur. de qua figura ſic Guilandinus ſcribit: Si frutex ille Piper eſt, vel etiam Amomum, ut

alij ſomniant, parum aberit, quin vulgare Ribes, vel Piper, vel Amomum eſſe poſsit.

II. Piper rotundum album.

Piper album, Matth. Lac. Lob. Garz. Frag. Cluſ. ad Garz. Caſt. Lugd. Tab. Linſcot. 4. part. Ind. orient. c. 18.

Piper rotundum album, Cord. hiſt. Adv.

Piperis alterum genus, quod in Taprobana Molaga vocant, Lud. Romano.

Piper alterum candidum, Cæſ.

Sabanh pute ſeu piper album, reliquis paulo exilius, in Sunda: part. 4. Ind. or. c. 8.

Hoc craſsiore eſt grano, nequaquam rugoſo & acriore.

III. Piper longum orientale.

Piper longum, Matth. Lac. Cord. hiſt. Adv. Lob. Garz. Frag. Cluſ. ad Garz. & exot. lib. 1. cap. 20. Linſcotto & Javanenſibus Pepileni.

Piper longum Orientale, Caſt.

Macropiper minus, Tab.

Hujus arboris facies longè alia exiſtit, Linſcoto, non autem Cluſio.

IV. Piper longum Occidentale dimidij pedis longitudine.

Piper, Monardi.

Piper longum Occidentale, Caſt.

Piperis longi genus in India occidentali, Cæſ.

Macropiper majus, Tab.

Piperis longi genus ex Carthagine, Frag.

Piper longum incolis Chiabe dictum, Linſc. 4. part. Ind. Orient. fig. 20.

Hoc priore longius, acrius & veluti ex multis granulis compoſitum.

V. Piper longum anguſtiſsimum ex Florida.

Piper longum, Felfel, Alpino.

Plantula peregrina, Cluſ. ex. l. 4. c. 11.

VI. Piper oblongum nigrum.

an Piper longum, Dioſc.

Habzeli & Piper Nigrorum, Serapioni.

Piper Æthiopicum, Matth. Lob. Caſt. Lug. Tab. Crone & Granum Aneſcen Avicennæ, Ang.

Carpeſium, Cord. hiſt.

Piperis aliud genus Æthiopicum, Frag.

Amomum officinarum nonnullarum & longa vita, Lob. ico.

VII. Piperi ſimilis fructus ſtriatus.

Haernia Serapionis.

Fructus cap. de Mungo additus, forte Negundo, Cluſ. ad Garz.

Mungo ſimilis fructus, Lugd.

Caryophyllus Plinianus ſive Negundo, Imper.

Negunpo, Garziæ, Acoſtæ, Fragoſo: mas procul aſpicienti Sambuco ſimilis: fœmina folijs populi albæ ſimilibus: fructus utriuſque piperi ſimilis & acris.

VIII. Lobus Æthiopico piperi ſimilis, Cluſ. ex. l. 3. c. 16.

IX. Piper abortivum.

Dioſcor. l. 2. c. 182. reperitur etiam quoddam in genere nigri, nutrimenti defectu, caſſum ſeu inane & leve, quod βράσμα vocant.

Breſma ſive Braſma, Cord. hiſt.

An exoticus fructus 4. ex Valachia, Cluſ. exot. lib. 2. cap. 22.

X. Piper inane.

Piper quod lingua Malavarica à Canara nomen ſumpſit, Garz.

Piper Canarynum, Frag. Lugd. Linſcot. 4. part. Ind. orient. c. 18.

Hoc cæruleum eſt, intus cavum, in cujus ſpacio granula quædam continentur, quod pauperculæ plebis uſibus cedit: quare Canarynum, i. e. ruſticanum vocari ſolet; & propter vilitatem, ad exteros non effertur.

XI. Piper racemoſum caudatum ex Guinea.

Amomum, Ang.

Piper caudatum, Adv. quod pimenta del rabo Luſitanis, Cluſ. ad Garz. Frag. Lugd.

Piperis nova ſpecies, Imperato.

Pimento del Rabo, Linſc. 4. part. Ind. or. fig. 15.

CUBEBÆ; FAGARAS; MUNGO.

Quas Cubebas officina vocant, Actuarius κουβέβας. Arabes Cubebe & Quabebe nominant: cujus arbor folijs eſt Piperis ſed anguſtioribus, ſimili modo in altum repens, cujus fructus & forma & magnitudine piper referunt,

I. Cubebæ vulgares, nec Arabum Cubebæ, nec Galeni Carpeſium, Matth.

Cubebæ, Lac. Cord. hiſt. Garz. Acoſtæ, Frag. Lugd. Caſt. Tab. Linſc. 4. par. Ind. or. c. 29.

Cubebæ Græcorum καρπήσιον, Lon.

Cubebæ officin. Piper rotundum, Theop. Piper ſimpliciter Hippocrati cui & Myrtidanum, Guiland.

Cubebæ officinarum, Adv.

Cubebæ vulgo, Amomi fructum putarim, Cæſ.

Hæ à Javanenſibus, nunquam niſi prius aqua decoctę vendûtur, ne apud exteros quoq; plantentur.

II. Cubebis affinis Fagara major.

Fagaras

Fagaras Avicennæ, Cluſ.in Garz.Lob.
Fagara, Caſt.Tab.Lugd.Linſcot.4.part.Ind.or. c.7. & fig.18.
Fagara major, Imperato.
III. Cubebis affinis Fagara minor.
Fagara minor, Imperato.
IV. Fructus niger Coriandro ſimilis.
Mungo, Garziæ.
Meſſe Avicennæ pro Mex.
Mens, Bellunenſi.

AMOMUM ET AMONIS.

Amomum, Græcis ἄμωμον, & Arabibus Hamana ſive Hamanus, & Conſtantinopoli in mercatorum officinis Amama nominatur. Dioſcoridi l.1. c.14. parvus frutex eſt, in uvæ modum ſuopte ligno in ſeipſum convolutus: florem habet parvum ceu Leucoium: folia verò Bryoniæ ſimilia. Differentias verò facit ratione loci, Armeniacum præſtantiſſimum: Medicum infirmius: Ponticum racemoſum, fructu plenum & odore nares feriens. Et Plinio l.12. c.13. Amomi uva in uſu eſt, Indica vite labruſca, uti alij exiſtimavêre, frutice myrtuoſo palmi altitudine, carpiturq; cum radice &c. addit: eſt & quæ vocetur Amomis, minus venoſa atque durior, at minus odorata: quo apparet aut aliud eſſe, aut immaturum colligi. At ſic Dioſcorides: Sunt qui Amomum, herba ſimili quæ ἀμωμὶς dicitur, adulterent, ſed quæ & modica ſit & fructu careat. Theoph.9.hiſt.7. Amomum alij ex Media, alij ex India cum Nardo advehi narrant. Verum alij Roſam Hiericunticam: alij Cubebas: alij Piper racemoſum: alij Piper Aethiopicum: alij quid aliud eſſe volunt. Vide & Adverſar. auctores.

I. Amomum racemoſum, quod verum credimus Amomum, Martinelli & Ponæ, de quo Nicol. Marogna Medicus Veronenſis librum Latinè ſcripſit, quem Doct. Franciſcus Pona Italicum dedit.
Amomum ſpurium, Cluſ.exot.auctario.
Fructus 5. è Walachria, Cluſ.exot.l.2.c.22.
Amomum verum Ponæ, Cluſ. cur. poſt. & ibidem ſub Amomo.
II. Amomum ſpurium folioſum.
Amomum, Cluſ.ad Garz.Lugd.Tab.
III. Amom.arbore, folijs bryoniæ florib.violæ pingit Caſtor Durantes, ſed quid ſit ignoramus.
IV. Amomis, Cluſ.ad Garz.Lugd.Tab.

GRANA PARADISI ET CARDAMOMUM.

Cardamomum, Græcis καρδάμωμον (quaſi Naſturtium ſuave) Arabibus Cordumeni nominatur: quod Dioſc.l.1.c.5. non deſcripſit, ſed ſolum quibus in locis optimum naſcatur, his verbis expreſſit: Cardamomum optimum eſt, quod ex Comagine, Armenia, Boſphoroq; devehitur: in India quoque & Arabia provenit: eligitur, quod eſt frangenti contumax, plenum, occluſum & caput odore tentans, guſtu acre & ſubamarum. Plinio l.12.c.13. Simile his (Amomo & Amomidi) & nomine & frutice Cardamomum, ſemine oblongo, &c. Et licet Dioſcorides, Galenus & cæteri Græci, unius tantum meminerint, Plinius tamen quatuor genera fecit: viridiſſimum ac pingue, acutis angulis: proximum è rufo candicans: tertium brevius atque nigrius: pejus tamen varium, odoriſq; parvi. Eſt autem Cardamomum aroma Indorum culinis familiare, carnem quam elixant condientes, quod frumenti modo provenit, & ocymi plantam ferè æmulatur.

I. Grana paradyſi officin. cujus folia (quæ ut & Nucis moſchatæ à D. Clutio Amſtelrodamo accepimus) ſub Melegueta in Prodromo deſcripſimus.
Cardamomum majus, Matth. Lon. Lac. (cui etiam Cardamomum hortenſe) Caſt.Lugd.
Grana paradyſi, Cord.in Dioſc.
Mellegetta ſeu Cardamomum piperatum, Eid. hiſtor.
Milleguetta, Adv.Lob.
Malaguetta Garziæ (cui & Combazbange, Avicen.) & ad Cluſ.cur.poſt.
Cardamomum primum, Cam.ep.alterum, Cæſ.
Cardamomum Arabum majus, Tab.
Grana paradyſi ſeu Meligettas, Linſ.par.3.c.14.
Hoc Cardamomi minoris loco aliqui utuntur & Melegeta dicitur, propter ſimilitudinem, quam cum Melicæ ſemine habet.
II. Granis paradyſi ſive Mellegetæ affinis fructus.
Fructus 14. ſive Melegueta ſpuria, Cluſ. exot. lib.2. cap.15.
III. Cardamomum majus officinarum.
Saccolaa Arabum, aut Sacoule Avicennæ, Elachi Mauritanis.
Cardamomum medium, Matth. Lonic. Caſtor. Lugdun.
Cardamomum majus, Cord. in Dioſcor. (cui

Heyl Arabum) & hiſt. Cluſ. ad Dod. Linſcot. 4. part. Ind. orient. c. 23.
Cardamomum majus vulgare, Adv. Lob. Cluſ. in Garz. Tab.
Cardamomum, Garz. Frag. ſecundum, Cam. ep.
Avicennæ duum generum, alterum Saccolaa quebir, id eſt, magnum: alterum Saccolaa ceguer, id eſt minus.
IV. Cardamomum medium: Adv. & Lob. Tabernæm.
Cardamomum mediocre, Cord. hiſt.

V. Cardamomum ſimpliciter in officinis dictum.
Cardamomum minus, Matth. Lac. Lonic. Adv. Lugd. Tab. Linſcot. l. c.
Cardamomum verum, Ang.
Cardamomum minus, Cord. in Dioſc. & hiſt. cui & Helbane Arabum.
Cardamomum minus vulgare, Lob. Cl. in Garz.
Cardamomum primum, Cæſ. tertium, Cam. ep.
VI. Cardamomum minimum: & Lob. Tab.
Cardamomum quartum, Cam. ep.

SECTIO QUARTA.

RHUS; COCCONILEA SIVE COGGYGRIA; SORBUS; AZEDARAETH; FRAXINUS; NUX JUGLANS; NUX AVELlana, ſive Corylus; Caſtanea; Fagus; Quercus; Robur; Quercus excrementa; Viſcum; Phellodrys; Suber; Smilax Arcadum & Ilex.

RHUS.

Ροῦς & Hippocrati ῥόος, à coccineo acinorum colore dicitur: ῥοῦς enim ἐρυθρὸν interpretantur, unde ruſſus vox Latina: Rhus, inquit Dioſc. lib. 1. cap. 147. quam aliqui Erythron, id eſt rubrum vocant, fructus eſt (ῥοὸς βυρσοδεψικῆς) rhois coriariæ, ſic vocatæ, quòd coriarij eâ utantur ad coria ſpiſſanda: eſt verò arbuſcula binûm cubitorum, in qua folia oblonga ſubrubentia, per ambitum Ilicis modo ſerrata: fructus autem racemulis ſimilis, denſus, terebinthini magnitudine, quadantenus latus, cujus corticoſa tunica ambiens perutilis eſt. At Plinio lib. 24. cap. 11. Rhus quæ Erythros appellatur, frutex eſt, & hujus ſemen aſpergitur pro ſale obſonijs. Verùm Plinius malè à Rhoë coriariorum diſtinguit: de Theophraſti Rhoë vide in Viburno.

I. Rhus folio Ulmi.
Rhus, Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Lac. Lugd. Tabernæm.
Rhus coriaria, Dod. ut: Ger. & deſc. Virgin.
Rhus, Rhus veterum, coriaria, obſoniorum & Sumac, Bellon.
Rhus obſoniorum, Ad. Lob. Cæſ. Cam. Cluſ. hiſt.
Sumach Arabum, Lon. Caſt. Rauvvolff.
Rhus obſoniorum, ſive rubrum, ſive culinarium, ſive coriariorum, idem ſunt: cujus ſeminis tunica externa, quæ ſapore acido eſt, vice ſalis condimentis aſpergebatur.
II. Rhus anguſtifolium, ſub Sumach anguſtifolio in Prodromo deſcribitur.
III. Rhus myrtifolia Monſpeliaca.
Rhus Plinij exiſtimatus Monſpelij, Geſn. hort.
Rhus Plinij myrtifolia Monſpelienſium, Adv. Lob. ico.
Rhus ſylveſtris Plinij, Lob. Dod. Lugd.

Rhus myrtifolius, Tab. Cam. Cæſalp.
Rhus Plinij nonnullorum, alij Driophanon ejuſdem lib. 27. cap. 9. arbitrantur.
IV. Rhus myrtifolia Belgica.
an Myrtus nemoralis & Dryophanon Plinij, Ruell.
Elæagnus lacus Orcomenij Theopraſt. Bellon. cult.
Rhus ſylv. Plinij, Dod. gal.
Chamælæagnus Dod. ſed melior figura in editione Belgica.
Gagel Germanorum & Myrtus Brabantica quibuſdam, Adv. Lob. vel Belgarum, Eid. Adv. parte altera.
Elæagnus Cordij, Lob. ico.
Rhus ſylv. altera, Lugd.
Rhus herba Plinij, Cluſ. hiſt.
Plinius l. 24. c. 11. nec Rhus inquit, Latinum nomen habet, cum in pluribus modis veniat:

nam

nam & herba eſt ſylveſtris, folijs myrti, caulicu-lis brevibus, quæ venena & tinea pellit, & frutex coriarius appellatur, ſubrutilus, &c.

Variat folijs aliquando latioribus, aliquando longè anguſtioribus: aliquando foliorum Arbuti inſtar crenatis, ut Roſtochio, nomine Roſmarini Septentrionalium, ſeu Myrti noſtratis, à Doct. Backmeiſtero accepimus.

COCCONILEA SIVE COGGYGRIA.

Κοκκονιλέα apud Theophraſtum 3. hiſt. 16. habetur, ubi pleriq; κοκκυμηλέα legunt, & Gaza, Prunum tranſtulit: de qua, ubi de κομάρῳ ϗ ἀνδράχνῃ (Arbutum & Portulacam Gaza reddit) egiſſet, ſubjungit: his folio ſimilis arbor parva, quæ hoc proprium habet, quod fructus in lanuginem abeat: hoc enim de nulla alia arbore audivimus: Plin. l. 13. c. 22. Coggygriam legit: nam cum Andrachnen delineaſſet, ſubjicit: ſimilis & Coggygria folio, magnitudine minor, proprietatem habet fructum amittendi lanugine, pappum vocant, quod nulli alij arborum evenit (imo Salici, Populo & Nerio ſimiliter contingit) Verum & Plinij Cotinum lib. 16. c. 18. eſſe volunt, de qua ſic: eſt in Apennino frutex, qui vocatur Cotinus, ad lineamenta, modo Conchilij colore inſignis. Sane Allobroges Rhu vocant, & cortice (ſicut & Auſtriaci circa Viennam) coria ſpiſſant: etiam ad pannos luteo colore tingendos utuntur: imò è radicibus pannos rubro colore inficiunt, Anguillara notante.

Cotinus, Mart. Ang. Geſ. hor. Caſt. Cam. Tab.
Cotinus coriaria, Dod. Eyſtet. coriarius Plinij, Ger. Rhus, Turn.
Coccigria, forte Barba Jovis Plinij, Geſ. hor.
Cotinus Plinij, Rauvvolf.
Coccigria Theophraſti, Ad. Lob.
Coggygria Plinij, Cluſ. pan. & hiſt. Tab. Ger. uterq; bis pingit. ſub Coccygria & Cotino Plinij.
Coggygria Theophraſti, Cotinus Plinij, Lugd.
Scotanum vulgo, Cæſalp.

S O R B U S.

Sorbus arbor ὄα ϗ ὄυα nominatur Dioſcor. l. 1. c. 137. qui non deſcripſit: at Theoph. 3. hiſt. 12. Sorbi folium totum prolixo nervaceoq; pediculo conſtat, pinnis ſimilia è lateribus exeunt. perinde ac ſi id unicum folium ſit. ad nervoſum uſq; pediculum, tanquam in lacinias diviſum: omnibus in poſtremo pediculi folium impar prominet, ambitu ſerrata, nec in extremum tam acutè mucronata, ſed rotundiora: florem racemoſum habet ex una veluti clava ex multis parvis & albis conſtantem: fructus quoq; cum magnus ejus proventus eſt, racematim coit, &c.

Sorborum genera (eidem) duo ſunt, fœmina fructifera, mas ſterilis (& 3. hiſt. 3. ſylveſtris maturior urbanâ eſt) fructu differt, quod alia orbiculatum, alia ovatum ferant: diſtant & ſuccis: nam orbiculati magna ex parte odoratiores ſunt & dulciores: ovati, ſæpè acidi & minus odorati. At Plinio l. 15. c. 21. Sorbis quadruplex differentia: alijs enim rotunditas Mali, alijs turbinata pyri, alijs ovata ſpecies, ceu malorum aliquibus: odore & ſuavitate rotunda præcellunt: cæteris vini ſapor: quartum genus torminale appellant.

I. Sorbus ſativa.
Sorbus, Brunf. Trag. Dod. ut: Ang. Lac. Cord. in Dioſc. Geſ. hor. Lon. Lugd. Tab. Ger.
Sorbus domeſtica, Matt. Ad. Lob. (qui Oſtriam Theoph. l. 3. c. 10. ſuſpicatur) Caſt.
Sorbum ovatum, Fuch. Tur.
Sorbus legitima, Cluſ. pan. & hiſt.
Sorbus eſculenta, Cam.
II. Sorbus ſylv. folijs domeſticæ ſimilis.
Fraxinea arbor, Trag.
Groſſer Mehlbaum/ Eid. Lon.
Sorbus ſylveſtris, Matth. Lugdun. Caſt. Taber. Gerard.
Fraxinus bubula, Dod. gal.
Fraxinus aucuparia, Geſ. col.
Ornus, Ruell. Geſ. frac. Dod. Portæ.
Sorbi prima ſpecies, Tur.
Sorbi 5. genus aucuparium, Cord. in Dioſc.
Sorbus ſylv. alpina, Ad. Lob. Cæſ.
Sorbus aucuparia, Bello. Cluſ. pan. & hiſt. Thal. aucupalis, Cam.
Sorbus torminalis, Lugd.

A Z E D A R A E T H.

Azedaraeth Avicen. l. 2. c. 17. arbor eſt nota, habens fructũ ſimilem Nabach (i. e. Loto) & nominant eam in Rechi, arborẽ Myrobalanor. & eſt ex magnis arborib. Hanc eſſe eam quam ſubjecimus plures exiſtimant.

Arbor fraxini folio flore cæruleo.
Pſeudoſycomorus, Matth. Caſt. Tab. Eyſt.
Sycomorus Italorum malè, Cord. in Dioſ. Geſ. h.
Perlaro, falſo Sycomorus Italorum, Bellon. cult.
Azedaracht Avicennę, Geſ. hor. Rauvvolf. cui & Aſtergir Rhaſis, incolis Zenſelacht.

Azeda-

Azedarach, Dod.
Azedarac, Lotus alba Pelicerio, Cluſ. hiſp. & hiſt. Camer.
Laurus Græca Plinij & Myxus alba, Geſ. hor.
Zizypha candida Monſpel. Lob. Ger.
Zizyphus alba Matthioli, Lugd.
Tuber, Zizypha Columellæ videtur forte & Plinij, Cæſ.

Plinio lib. 15. cap. 14. de Malorum generibus agenti Tuberum duo genera: candidum & à colore ſericum dictum: penè peregrina ſunt, in uno Italiæ agro Veronenſi naſcentia, quæ lanata appellantur: lanugo ea obducit, &c. ex his Plinij verbis quid colligas?

Ex nucleis precatorios globulos Monachi conficiunt, hinc arbor de gli patre noſtro, Italis: Gallis verò, arbor Sancta dicitur.

Variat folijs, quæ in Italica laciniata, in Gallica ſolum crenata ſunt, quod herbarij Lugd. auctor, duplici figura demõſtrare voluiſſe videtur.

F R A X I N U S.

FRaxinus, μελία arbor nota eſt inquit Dioſcor. l. 1. c. 198. Theophraſtus 3. hiſt. 11. deſcripſit, ejusq; genera duo fecit: unum excelſum, procerum, ligno candido, nervoſo, molliore, criſpiore, magis enodi. Alterum humilius, minus augeſcens, ſcabrius, durius & magis flavum. Et Plinius l. 16. c. 13. inquit, Græci fraxini duo genera fecêre, longam, enodem: alteram brevem, duriorem fuſcioremq;, laurinis folijs. Alij ſitu diviſêre: campeſtrem enim criſpam eſſe: montanam verò ſpiſſam.

I. Fraxinus excelſior.
Fraxinus prior & βουμελία (Fraxinus bubula Gazæ) Theophraſto.
Fraxinus bumelia, Plinio & Bellon.
Fraxinus, Brunf. Trag. Matth. Dod. ut: Geſ. hor. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Tab. Lugd. Caſt.
Fraxinus prima, & major, Anguil.

Theophr. monet Ideos exiſtimaſſe fructu & flore carere: ferre tamen in ſiliqua fructum minutum nucis modo, qualem Amygdalæ, guſtu ſubamarum: ferre & quædam alia οἱ βρύα, veluti muſcos, ut Laurus: cæterum denſiores & magis compactos, globoſos, non aliter, quam Platani pilulas. Sane globoſos hos muſcos, unà cum fructu hiſt. Lug. pingit, qui circa Veris initium obſervantur: qui veluti ex muſco glutinoſo impenſius reſiccato concreti videntur: Sic Camer. mas floret nigris racemis ſeu granulis, ſed fructum non fert, qui abſq; fructu, ut juglandiũ juli decidunt: quare Thal. alia ſterilis, alia frugifera.

Fructus ipſius ſive ſemen, Ornogloſſum & Lingua avis dicitur, Anguil. alijs fructus Fraxini: alijs lingua paſſeris: alijs anſeris. Avicenna inter medullas computat.

Ex fraxino haſtæ, menſę, vaſa & utenſilia multa fiunt: fiunt & pocula, ex quibus ſi quis aſsidue bibat, lienem extenuari ajunt: cujus nomine & corticis decoctum quidam exhibent: quo etiam aliqui vice ligni Guajaci felici ſucceſſu utuntur, Cæſal. monente: addens ejus corticem internũ, aquam, in qua maduerit, cæruleam reddere.

II. Fraxinus humilior, ſive altera Theophr. minore & tenuiore folio.
Fraxinus ſylveſtris, Columellæ.
Ornus, Bellon. cult. (cui & pumila fraxinus & ὀρεομελία) Lugd.

Triplicem Fraxinum facit Thalius: 1. Fraxinum paſsim naſcentem.

2. Fraxinum Fago ſimilem, Buchäſchen.

3. Fraxinum duram ſeu λιθόφλοιον, Steinäſchen.

III. Fraxinus rotundiore folio.
Ornus, Galli Preſſani lib. de re ruſtica.

IV. Lign. peregrin. aquam cæruleam reddens.
Lignum ad renum affectiones & urinæ incommoda, Monard.
Lignum ad Nephritidem, Lugd.
Lignum in Nova Hiſpania repertum, Cæſ.
Lignum ex novo mundo Pyro ſimile, Frag.

V. Arbor Indica fraxino ſimilis, oleæ fructu.
Nimbo, Garziæ, Acoſtæ, Caſt. Lugd. Frag.

N U X J U G L A N S.

NUces juglandes, Dioſcor. l. 1. c. 178. κάρυα βασιλικά, nonnullis περσικὰ dicuntur: & Theoph. 1. hiſt. 18. κάρυα, Nux Juglans, Perſica & Baſilica nuncupatur, quod è Perſide à regibus tranſlata ſit. Juglans verò quaſi Jovis glans: hinc Cloatius, Macrobio referente, Diuglandem primo vocatam ſcribit, quaſi διὸς βάλανον. Arbor, κάρυα: fructus, κάρυον dicitur, quod caput, πέρε]α ἄηρα, i.e. τῶν κεφαλῶν odoris gravitate offendat, ut Pl. l. 15. c. 22. habet: imo l. 17. c. 12. juglandis umbra capiti noxia: & l. 23. c. 8. aſſerit nuces juglandes Græcos à capitis gravedine ſic vocare. Genera: Pl. l. 15. c. 22. ſola differentia generum in putamine duro, fragiliore & tenui, craſſo, loculoſo. ac ſimpl. Addamus etiam in magnitudine & parvitate: quare recentiores 5. differentias potiſsimum notarunt.

I. Nux

I. Nux juglans ſive regia vulgaris.
Nux regia, Brunſ. Cord. in Dioſc.
Nux juglans, Trago, Matthiol. Lac. Geſ. hor. Lon. Dod. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Cam.
Nux, Dod. gal.
Juglans, Fuch. Tur.

Has à duo cortice & frangendi mora, Moracias & Moracillas appellari Hermolaus tradit, & Lug. & quæ à putamine vix purgari poſſunt, Surdæ nominantur, Cæſalp.

Nuces regiæ maxima frequentia in Virginea habentur, eaq; duorum generum: unum forma & ſapore parum ab Anglicis differt, putamine craſsiore & duriore: alterum majus cortice ſcabro & duro, nucleo magno, dulci & oleaginoſo, ex quibus contuſis Lac conficiunt cum ſuis cibis miſcentes: harum arborum nonnullę octuaginta pedes longæ, part. 1. Ind. Occid.

II. Nux juglans fructu maximo.
Nuces caballinæ, Lugd.
Ex harũ cuppis, marſupia pueris geſtanda fiunt.

III. Nux juglans fructu tenero & fragili putamine.
Nuces juglandes cortice tenuiſsimo, Geſ. hor.
Molluſca & Perſica, Suevio poëtæ apud Macrobium: cum Tarentina eadem, aut proximæ naturæ, Lugd.

IV. Nux juglans bifera.
Harum & Plinius meminit, & in agro Patavino provenire Hermolaus aſſerit, Lugd.

V. Nux juglans fructu ſerotino.
Nuces S. Johannis, quia ante diem S. Johanni ſacrum, neq; folia, neq; nuces oſtendunt: cum verò id tempus adeſt par reliquis nucib⁹, quoad fructum & folia: harum Tragus meminit: Johan. Bauhinus circa Tigurum, Dalechampius circa Lugdunum obſervavit, Lugd.

VI. Nux juglans folio ſerrato.
Juglandis genus alterum, fructu teneriorę & longiore, Cluſ. hiſt.

Arbores Indicæ Juglandi ſimiles.

I. Arbor Indica Mamei dicta.
Mamei arbor juglandis proceritate, folijs paribus, fructu duorum pugnorum, aliquando minore, Oviedo, Lugd.
Mamay, Gomaræ hiſt. Indicæ.
Mamei arbor Caſtaneę forma, fructu etiam maximi cydonij globum ſuperante, Scalig. Lugd.
Mamei arbor mediocris nucis magnitudine, fructu in Hiſpaniola rotundo, in continente longo, & craſsiore, Benzo Americ. lib. 4.
Mamei fructus, par. 6. Ind. Occid.
Mameyen fructus melocotones ſive Perſica æquant ſuperántve, Joſeph. Acoſt. parte 9. Amer. l. 4. c. 24. Alias dulces, alias acidi. Idem.

II. Arbor Indica folijs Juglandis, fructus nucis magnitudine.
Ambare, Garz. Acoſtæ, Frag.
Ambares, Caſt.

III. Fructui prædicto affinis.
Fructus Braſilianus 1. & 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 7.

IV. Arbor Braſiliana juglandi ſimilis nucibus carens.
Copau, Ind. Occid. p. 3. c. 12.

V. Hobos, Pacayes ſive Guavas multi pro nuce juglande habuerunt: ſæpius tranſplantatas, nuces Hiſpanicis ſimiles gignere ajunt: part. 9. Ind. occid. l. 4. c. 26.

NUX AVELLANA.

Nuces avellanæ, κάρυα ποντικὰ ϗ λεπτοκάρυα, Dioſcor. l. 1. c. 169. id eſt, nux Pontica & tenuis dicitur: at Theophraſto 3. hiſt. 15. ἡρακλεωτικὰ κάρυα, nuces Heracleoticæ (quod ex Heraclea Ponti tranſlatæ) alijs Præneſtinæ & Avellanæ dicuntur. Avellanæ Plinio l. 15. c. 22. quas antea Abellinas, patrio nomine vocabant: in Aſiam Græciamq; è Ponto venêre: & ideo Ponticæ nuces vocantur. At arbor Latinis Corylus dicitur. Theoph. 1. hiſt. 16. folia inſecta habet ut Ulmus & Robur: 3. hiſt. 6. quidam florere exiſtimant: 3. hiſt. 7. ſed poſtquam fructus decidit, racemoſum quiddam vermis prægrandis magnitudine naſcitur, ex uno pediculo pingui: 3. hiſt. 8. julos nonnulli vocant, quod ex minutis ſquammis innumeris ordine nucis pineæ conſtat, &c.

Genera: Sylveſtris eſt & urbana: ambæ bino genere conſtant, quædam enim rotundam, quædam oblongam nucem largiuntur: ſed urbanarum fructus candidior eſt, Theoph. 3. hiſt. 15.

I. Corylus ſativa fructu albo minore ſive vulgaris.
Nux avellana rotunda, alba, domeſtica, Brunſ.
Nux avellana fructu rotundo, Matth. Lac. Cæſ. Corylus hortenſis, Dod. gal. ſativa, Lon. Lugd. domeſtica, Cluſ. hiſtor.
Avellana domeſtica, Fuch. Tur.
Avellanæ tertium genus, Cord. in Dioſc.
Corylus domeſtica rotunda alba, Caſt.
Corylus perſimilis alno, Ad. Lob.

Nux avellana ſive Pontica, Cam.
Corylus ſativa rotundis nucibus, Lugd.
Fructus major eſt, & ſuavior ſylveſtri.

II. Corylus ſativa fructu rotundo maximo.
Avellana urbana rotunda circa Lugdunum, Geſn. hort.
Avellana major Lugdunenſis, Cam.

III. Corylus ſativa fructu oblongo rubente.
Nux avellana domeſtica oblonga, rubra, Brunf. Matthiol.
Corylus ſativa rubris oblongis nucibus, Trag.
Corylus hortenſis fructu rubro, quæ nux Pontica veterum, Dod. gal.
Nux avellana urbana cute rubente, Eid.
Avellanæ urbanæ oblongæ rubicundæ Lombardicæ quibuſdam, Geſ. hor.
Corylus domeſtica longa rubra, Cord. domeſtica oblonga, Cluſ. hiſt.
Corylus ſativa nuce oblonga, Lugd.
Nux avellana fructu oblongo, Cæſ.
Pontica nux hortenſis, ruffa ut plurimum membrana, Cord. in Dioſc.
Hæc præſtantior, & tardius rotunda maturatur: hanc quæ fructu eſt oblongo etiam duplicem faciunt, cujus alterius nucleus rubra, alterius alba pellicula integatur.

IV. Corylus nucibus in racemum congeſtis.
Corylus Macedonica, Cord. in Dioſc. Geſ. hor.

V. Corylus ſylveſtris.
Nux avellana ſylveſtris, Brunf. Matth. Lac. ſive Corylus, Dodon.
Corylus ſylveſtris, Trag. Matth. Dod. gal. Geſn. hort. Lon. Lob. Caſt. Lugd. Cuſ. hiſt.
Avellana nux ſylv. Fuch.
Pontica nux in Corylo vulgari, Cord. in Dioſc.
Corylus avellana, Tur.
Avellana Corylus ſylv. Geſ. hor.
Fructu eſt minore, albidiore & rotundiore, quàm ſativa ſit.

VI. Avellana peregrina humilis.
Nux barbata Plinij lib. 19. cap. 1.
Avell. pumila Byzantina, Cluſ. pan. & hiſt. Ger.
Avellana Byzantina, Tab.
Variat fructu majore & minore.

VII. Avellana purgatrix.
Avellanæ purgatrices, Monar. Lugd. Frag. Cluſ.
Avellanæ purgativæ, Cæſ.
Nuces purgantes, Tab. Ger.
Ben magnum Medicorum vulgo, Monard.
Ex novi orbis Inſula S. Dominici adfertur.

VIII. Avellana Indica oſculo trifido.
Avellanæ Indicæ 2. Matth. & Lugd. adpinxit.
Mehenbethene, Lob. Cluſ. ad Garz. (cui Nucis unguentariæ genus) Tab. Lugd.

IX. Avellanæ prædictæ affinis fructu ſpadiceo, velut in binas partes ſecto.
Fructus miſcellaneus 7. Cluſ. ex. l. 2. c. 25.

X. Avellana quadrifida.
Avellana purgativa, Oviedo.
Fructus exoticus 6. Cluſ. ex. l. 2. c. 16.
Hic velut ex quatuor avellanis ſimul connexis lævibus & ſpadiceis conſtat.

XI. Nux purgatrix.
Fructus exoticus, 17. Cluſ. ex. l. 2. c. 16.

XII. Avellanæ Indicæ 3. genus, Matt. Lugd.
Avellana Indica 2. Cluſij, ſecundum, Lugd.
Fructus exoticus 2. Cluſij in Garz.
Fructus peregrinus 1. quem etiam pro Balſamo Peruana accepit, Cluſ. ex. l. 2. c. 29.
Balſama fructus, Lugd.

CASTANEA.

Caſtanea, Græcis κάϛανα ἢ καϛανεία, à Caſtano Magneſiæ urbe: vel ut Stephanus ſcribit, Apuliæ, non procul à Tarento, unde advectæ ſunt. Fructus ejus σαρδιανὰι βάλανοι, ἢ λόπιμα, ἢ κάϛανα, ἢ διὸς βάλανος, Dioſc. l. 1, c. 145. i. e. Sardianæ glandes, quod Sardib. eæ primum provenerint: lopima, à cortice craſſiore, qui Græcis λέπος dicitur: Theoph. 3. hiſt. 3. & 4. διὸς βάλανος; Gaza Nucem caſtaneam vertit: dicuntur etiam καϛαναϊκὰ κάρυα, nuces caſtanicæ, Diodoro: κάρυα εὔβοικὴ, κάρυον καϛαναικὸν, διὸ βάλανον, diſtinctis locis Theophr. nominat.

Genera: antiqui plura ferere, nominibus pleriſq; à locis unde importabantur, inditis, ut ex Plin. l. 15. c. 13. colligere eſt: à quo recenſentur, Tarentina, figura plana: Balanitis, quæ rotundior & ſponte proſilit: & Salariana plana eſt: Coralliana laudatior ipſa Tarentina: Metereana rubenti cortice. Sane fructus magnitudine & parvitate: item figurâ, cum quædam in ventrem magis creſcant, quædam in longitudinem: & ſapore, differunt.

I. Caſtanea ſativa.
Caſtaneæ domeſticæ, Matth. Cæſ. Caſt.
Caſtanea ſativa grandis, Cord. in Dioſc.
Caſtaneæ craſsiores, Bellonio.
Caſtaneæ majores, Geſ. hort. Lugd.
At ſativę duplices ſunt, grandiores quas Maronas vocant, quę divitum menſas claudunt, quæ cinerib. obrutę igne coquūtur: ſunt & minores.

II. Caſta-

II. Caſtanea ſylveſtris, quæ peculiariter Caſtanea.
Caſtaneæ populares & coctivæ, Plinio.
Caſtanea, Brunf. Trag. Tur. Fuch. Ang. Dod. ut: Geſn. hort. Guil. Lac. Lon. Adv. Lob. Tab. Ger.
Caſtaneæ minores, Matth. Lugd.
Caſtaneæ ſylv. Cord. in Dioſc. Cæſ. Caſt.

Hæ in aqua decoctæ pauperum jejunia ſaturant: & ex earum farina panis conficitur. Sic in Virginia Caſtanearũ magna quantitas eſt, & in Florida, ſed Gallicis magis ſylveſtres; p.2. Am.

III. Caſtanea humilis racemoſa.
Caſtanea humilis, Joh. du Choul in hiſt. montis Pilati, Lugd.

IV. Caſtanea folio multifido.
Caſtanea equina, Matth. Dod. Ad. Lob. Caſt. Cl. pan. & hiſt. & hiſt. app. alt. Lugd. Cæſ. Tab. Ger. an ſit Myrobalanus folio heliotropij Plinij l.12. c.21. dubitat Cæſalpinus.

Ex Oriente primùm Conſtantinopolim, hinc Viennam, ubi provenit, delata: & quia equis anheloſis prodeſt, equina dicitur.

V. Caſtanea leporino feni ſimilis.
Caſtanea Peruana, Cluſ. hiſt.

VI. Caſtanea purgatrix.
Caſtaneæ purgativæ, Monard. Caſt.
Fructus cholagogus, Monard. Lugd.

Ex maritimis Nicaragua in Hiſpaniam delatus.

VII. Caſtanea ex Bali inſula.
Fructus pyri magnitudine, caſtaneæ forma cortice tenui minus tamen aculeato, albicans, ſapore jucundo, Ind. or. par.3. c.39.

VIII. Arbor Mexiocana fructu caſtaneæ coccifera.
Arbor finium regundorum, Scalig. & ex eo Lug. quia in fructu coccos, quo ad picturas utuntur, & in tabellis pictis, cum literas non habeant, agrorum facies, fineſque prædiorum ſervant: an Daburi, Cluſ. exot. l.3. c.19.
Bixa Oviedi, Cluſ. exot. l.3. c.20.

IX. Fructus peregrinus Caſtaneæ ſimilis.
Gor fructus caſtaneæ ſimilis ſed amarus, Scalig. Lugdun.

FAGUS.

Fagus Theoph. 3. hiſt. 7. ὀξύη (Gaza Sciſſima vertit, quòd ſit in laminas ſectilis) cujus fructum 3. hiſt. 10. deſcribit, lævem, glandeum, in calice echinato, placido tamen & lævi non hiſpido ut Caſtaneæ; illi tamen dulcedine & ſucco ſimilem. Sed præter glandem etiam baccam parvam gignit, de qua ſic Plinius l.16. c.16. Fagi glans nucleis ſimilis, triangula cute includitur, &c. media parte folij, plerunque gignens ſuperne parvulam baccam viridem cacumine aculeatam. Theophraſto 3. hiſt. 10. & 5. hiſt. 8. duplex eſt: altera montana candida: altera campeſtris, nigra: ſed campeſtris minus utilis montanâ, quæ ad multa perutilis.

Fagus, Brunf. Trag. Matth. Anguil. Dod. ut: Geſn. hort. Lac. Tur. Lon. Adv. Lob. Caſt. Lugd. Cæſ. Tab. Ger.
Oxya, Bellonio.
Oxya Græcorum, Fragus recentiorum, Geſn. de (lapid.
Ornus, Pandectario.

QUERCUS.

Quercus δρῦς Græcis: licet priſci Græci omne genus arboris δρυὸς nomine intellexerint, à verbo δρύω erumpo: ſic Latini Glandis nomine, omnẽ fructũ complexi ſunt, ut Jabolinus ait, exẽplo Græci ſermonis τ̃ δρυὸς, apud quos omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα appellantur, ut παρὰ τ̃ δρυὸς, fiat dictio ἀκρόδρυα, quo verbo Cajus, omnem fructum ſignificari dixit. Quæ etiã glandis appellatione apud ſcriptores intelliguntur, à Græcis βαλανηρὰ vocantur: ſed revera δρῦς tantùm arborẽ glandiferam denotat, & præſertim Quercum. Glandem verò (ut habet Plin. l.16. c.6.) quæ propriè intelligitur, ferunt, Robur, Quercus, Eſculus, Cerrus, Ilex, Suber: quámvis Roboris appellatione omnia genera contineri poſſe, Gaza cenſuerit: cum tamen Robur una ſolum ſpecies ſit, quæ δρυὸς generi ſubjectæ ſunt. Et Theop. 3. hiſt. 9. Quercus genera ſunt, ἡμερὶς, αἰγίλωψ, πλατύφυλλος, φηγὸς, ἁλίφλοιος: Gaza ſic vertit: Roboris genera habentur, placida, cerrus, latifolia, fagus, falſicortex, quam aliqui recticorticẽ vocant.

I. Quercus latif. mas, quæ brevi pediculo eſt.
πλατύφυλλος Idæorum & Maurorum, Theoph.
latifolia, Plinio.
Glandiferarum arborum ſpecies tertia, Ang.
Platyphyllos mas, Lugd.

Glande eſt mediocri, calice tantùm puſtulata ſcabritie aſperato: ſæpe ternis aut binis ſimul cohærentibus, raro unica, in ſummo ramorum prodeunte.

II. Quercus latifolia fœmina.
Platyphyllos fœmina, Lugd.

Hæc per omnia minor, folijs ob denſas lacinias veluti criſpis: glandib. interdũ ſenis aut quinis, ſæpe ternis aut quaternis, rarò binis, rariſsimè ſingularibus, calici firmiter adnexis. Verùm ſæpè penè rotundæ imperfectę calyci continuę reperiuntur, quemadmodũ in hiſtoria Lugdunẽſi pingitur.

III. Quercus latifolia perpetuo virens.
Quercus ubi Sybaris perſpicua, quæ nunquam folia demittit, Theoph.1.hiſt.15.
Quercus in Thurino agro, ubi Sybaris fluit, Plin.l.16.c 21.
Quercus in Apennino & Andium Gallicæ gentis agro, Lugd.

IV. Quercus cum longo pediculo.
Hemeris Idæorum, Etymodrys Macedonum, Hemeris, Plinio; placida, Gazæ. (Theop.
Quercus, Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. Tur. Lon. Tabernæm.
Quercus vulgaris, Lob. Ger.
Quercus vulgaris, hemeris, Cord. in Dioſc.
Hemeris etymodrys, Lugd.

Huic peculiare, quod glans modo unica, modo gemina longo pediculo affixa dependeat.
Quercus latifoliæ ampliſsimæ circa Viennam Cluſius meminit, cujus omnes glandes è longis pediculis dependentes, quaſi viridi quadam excreſcentia, multis inæqualibus angulis prædita, incluſæ erant, quæ reſiccata gallarum modo firma & dura erat.
Querc. Pannonica latifolia, rectius Cerrus, Cã.
Sic Quercus præaltæ & vaſtæ in inſula Virginea: & in Guayaquil ſingularis præſtantiæ & longiſsimæ durationis: Joſeph. Acoſta l.4.c.30.

V. Quercus parva ſive Phagus Græcorum & Eſculus Plinij.
Φηγὸς, ἀπὸ τοῦ φαγεῖν, Latinis ab eſca vel eſu, Eſculus, quòd fructus ejus dulcis ſit, ac ceu Caſtanea edulis, cùm cæterarum Quercuum fructus, ſuibus tantum ſapiat.
Quercus, ſive glandiferarum arborum 1. ſpecies, Ang.
Phegus, Quercus ſpecies, Cord. in Dioſc.
Eſculus veteribus Græcis πλατύφυλλος, Bellon.
Phagus eſculus mas & fœmina, Lugd.
Ilicis genus, quod in Hiſpania Enzinas vocant, Cæſalp.
Folio præcedenti anguſtiore, infernè candicante, glande communiter unica, raro gemina & aculeo magis pungente: quas Hiſpani ſub cineribus coctas, ſecundis menſis apponunt.
Quercus genus à noſtris diverſum, quod veteribus ignotum arbitramur, cujus glandes minoribus fabis haud ſunt majores: hæc Bellon.

VI. Quercus calice echinato glande majore.
Αἰγίλωψ Idæorum, Aſpris Maurorum, Latinorum Cerrus.
Cerrus, glandiferarum 2. ſpecies, Ang.
Ægilops ſive Cerris majore glande, Dod.
Quercus Ægilops, ſive præcelſa dicta Cerris Plinij, Adv.
Cerris Plinij majore glande, Lob.
Quercus altera, quæ Cerrus, Cæſ.
Cerris ſive Quercus 4. genus, Lugd.
Cerris Plinij 1. Tab.
Hiſce glandibus ad pannos atro colore inficiendos, gallarum vice utuntur.

VII. Quercus calice hiſpido glande minore.
Ægilops minore glande, Dod.
Cerris Plinij minore glande, Lob.
Cerrus Ægilops Theoph. Cluſ. pan. & hiſt.
Glandifera folio ſinuato deciduo tertia, vel Quercus 3. ſpecies quæ in Etruria Farnia, Cæſalp.
Haliphleos, Cerrus fœmina, ſive Quercus 5. genus, Lugd.
Huc referatur,
Quercus peregrina ſive Mauritanica grandiſsima glande, cujus ex Scaligero, Lugd. meminit.

VIII. Quercus Burgundiaca calyce hiſpido.
Quercus alia Bauhini, ſive Haliphlæos Sequanorum, Lugd. niſi eadem cum priore.

IX. Quercus pedem vix ſuperans.
Robur 5. Cluſ. hiſt. hiſp. (at 7. in hiſt.) Tab.
Quercus humilis, Dod. Ger.
Quercus pumila fruticis ſpecie, fronde Ilicis molliore, Lob.

ROBUR SIVE QUERCUS GALLIFERA.

I. Quercus folijs molli lanugine pubeſcentib.
Robur primum, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Hujus altera ſpecies, quæ folio eſt minus amplo, & minore glande.

II. Querc. gallam exiguæ nucis magnitudine ferens.
Robur 2. Cluſ. hiſp. at 3. Eid. hiſt.
Galla, an Theoph. Fagus, Adv.
Galla major, Lob. & Dod. Galla, Caſt.
an Gallæ magnæ, quas Poma de Coquo nuncupant, Garziæ.

III. Quercus folijs muricatis, non lanuginoſis, galla ſuperiori ſimili.
Robur tertium, Cluſ. hiſp. (at quartum in hiſt.) Tab.
Galla major altera, Lob.
Galla ſive Robur majus, Ger.

IV. Quercus folijs muricatis, minor.
Robur quartum, Cluſ. hiſpan. (at quintum in hiſt.) Tab.
Galla minor, Lob. Dod. Ger.

V. Quer-

V. Quercus humilis gallis binis, ternis aut pluribus ſimul junctis.
Robur humile, Cluſ. pan. at ſextum, Eid. hiſt.

Quercus etiam miræ magnitudinis & amplitudinis reperiuntur in Septentrionali plaga Harcyniæ ſylvæ, Plin. lib. 16. cap. 2. Quercus quæ Baſileæ in D. Petri nemore eſt, Cardanus lib. 6. var. rer. cap. 23. Bellon. Lugdun. & etiam Geſnerus meminêre.

VI. Glans Virginea.
Fructus exoticus 21. vel glandis calix ex Wingaudecaovv allatus, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.
an Mangummenauck, Virginiæ hiſtoriæ, quæ in cibum cum piſcibus & carnibus cedit.

VII. Glandium vel baccarum quinque genera, quæ in diverſis arboribus naſcuntur.
1. Sagatémener. 2. Oſámener. 3. Pummuckoner: ex his indigenæ oleū dulce eliciunt: 4. Sapummener dictum, coctum Caſtaneæ eſt ſapore, ex hac interdū panem pinſunt: 5. Magúmenauck, glans eſt Querc. illius provinciæ: omnibus decoctis in cibis utuntur in Virginea, par. 1. Ind. oc.

VIII. Quercus lapidea.
Lithoxyla ſive ligna lapidea Anglica, Ad. Lob.
Ligna lapidea, Lugd.
Lithoxyla ex Cerro, Cluſ. pan. & hiſt.

Verùm & Abies, Alnus, Ulmus montana & alia quoque ligna aliquando in lapidem mutantur, monente etiam Geſnero l. de lapidibus. Abietes integræ cum cortice in Elbogane tractu, in lapidem verſæ, Agricola.
Fagus altitudine 170. ulnarum cum trunco, ramis, folijs, in ſaxo cinereo duriſsimo ſub terra in valle Joachimica reperta: & ibidem ex Alno lapis, unde cotes fiant, arte conficere docet, Jo. Kentmannus lib. de foſsilibus.

Quercinum lignum ſub terra defoſſum, in cotem lapideam mutatum, manibus ſuis eruit Langius.

Arbores integræ petrificatæ, ſtantibus adhuc ramis, cortice, medulla ac radicibus, ſæpiſsimè in Bohemiâ & vicinis locis ſubterraneis invenias, Agricola authore.

Narrat Porta l. 2. Magiæ natur. alicubi ſuccum abundantem petrificum ab arborib. per radices & trunci poros exſugi: atq; radices ipſas, truncum, ramos, folia & flores in lapidē convertere.

Amnes & rivuli ſunt in Anglia, ubi pali lignei, ridicæ, aut conti, ſi immergantur, aliquot menſibus lapideſcunt, imò ferè ferreſcunt, &c. Adverſar. quod in Pannoniâ quoque Cluſius notavit. Sic in Tercera fons quoque, qui omnia vel illapſa, vel injecta, in ſolidiſsimum lapidem commutat, Linſcot. 3. part. Ind. or. 6.

Similiter in Java majore affirmant incolæ, flumen præterlabi, in quod ſi ligna quæcunq; immergantur, ea in lapides mutari. 2. p. Ind. or. 22.

Et Plinio l. 2. c. 103. in Ciconum flumine & in Piceno lacu lignum dejectum, lapideo cortice obducitur: & in Surio Colchidis flumine, adeo ut lapidem plerunque durus adhuc integat cortex: Similiter in flumine Silaro, non virgulta modò immerſa, verùm & folia lapideſcunt, alias ſalubri potu ejus aquæ.

QUERCUS EXCREMENTA.

Quercus præter glandem plurima alia gignunt, Theophr. 3. hiſt. 8. & Plinio lib 16. cap. 7. auctoribus. Galla Græcis κηκὶς dicta, fortè à κηκὶα, id eſt fuligine: quod Gallarum, pannis nigro colore tingendis, magnus uſus ſit. Et licet Plinius l. 16. cap. 6. voluerit Gallam omnes ferre quæ & Glandem, Quercubus tamen magis peculiaris eſt, adeo ut Dioſcorides lib. 1. cap. 146. Gallam Quercus fructum appellarit: quam Græci duplicem fecere: Dioſcoridi altera ὀμφακῖτις, parva, tuberoſa, gravis, nullo foramine pervia: altera plana, levis & perforata, quæ major eſt. Theophr. 3. hiſt. 6. altera candida & exigua, quarum aliquæ non majores fabis evadunt: altera nigra, & magnitudinem mali nonnullæ capeſſunt: & cap. 8. Quercus præter fructum gignit Gallam parvulam, atque alteram reſinoſam & nigram: & Plin. lib. 24. cap. 4. Gallæ genera facimus, ſolidam, perforatam: Item albam, nigram: majorem & minorem. Hic notatu dignum, quod Matthiolus in comment. addit: majores Gallas illud peculiare ſibi vendicaſſe, ut quotannis, aut annonæ fertilitatem, aut ſterilitatem, aut peſtilentem auram prænuncient: nam ſi integræ rumpantur quæ perforatæ non ſunt, aut muſca, aut araneus exit: ſi muſca evolat, futuri belli: ſi repat vermiculus, annonæ penuria: ſi currat araneus, peſtilentium morborum præſagium eſſe. Gallarum genera, Tabern. & Gerard. quatuordecim propoſuere. Tragus ſcribit, Quercus peculiare genus eſſe, quod Gallam ferat, nec in Germania provenire.

I. Gallæ maximæ orbiculatæ.
Gallarum 1. & 2. genus, Tab.
Gallæ ex Oriente: & Provinciales, Lugd.
Gallæ orbiculatæ, Gerard.

Harum aliæ ſunt Orientales, aliæ Provinciales, & Illyricæ.

II. Galla oblonga: & Ger.
Gallæ ex Iſtria, Lugd.
Gallarum 3.4. & 5. genus, Tab.
III. Galla minor.
Gallarum 6. genus, Tab.
Galla viridis ſive omphacicis, Ger.
IV. Galla galericulata: & Ger.
Excrementa duo fungum quodammodo exprimentia, Lugd.
Gallarum genus 12.13. & 14. Tab.
V. Galla angulosa.
Gallarum genus 7.8.9.10. Tab.
Galla viridis ſive omphacitis, Ger.
VI. Galla umbilicata.
Excrementum umbilicatum, Lugd.
VII. Galla Braſiliana quinquangula.
Fructus miſcellaneus 10. Cluſ. exot. l.2.c.25.

Alia Quercus Excrementa.

I. Ecrementum moro ſimile.
Συκαμινῶδες Theoph. 3. hiſt. 8. ſpecie mori, ſed durum & fractu admodum difficile: quædam veluti mora fert, Plin. lib.16.c.7.
II. Excrementa pudendi virilis effigie.
Αἰδοιῶδες ſive colis effigie repræſentans, Theoph. Veretrum, Lugd. (Lugd.
III. Excrementum tauri caput referens: & Ταυροκέφαλον durum & perforatum & tauri caput quodammodo æmulans, quod præruptum nuclei oleæ ſpeciem intus oſtendit, Theoph. Tauri caput imitantia, Plinio.
Gallarum genus undecimum, Tab.
Galla aſinina, Ger.
IV. Pilulæ lanatæ: & Lugd.
πῖλον pilum quidam appellant: pilulæ ſunt lanuginoſę, molles, nucleum duriorem amplexę, quibus ad lucernas utuntur, Theoph. Pilulæ nucibus non abſimiles, intus habentes floccos molles, &c. Plin.
V. Pilulæ capillatæ: & Lugd.
Σφαίριον κόμην ἔχον, pilula comam habens, quæ inutilis Theoph. pilula alia inutilis cum capillo, verno tamen tempore mellei ſucci, Plin.
Bedeguaris effigie excrementum ſpongioſum & muſcoſum, Lob.
VI. Pilulæ in alis ramorum.
Σφαίριον μασχαλογενές, in ramorum alis pilulam aliam gignit, ſine pediculo, concavoq; ſeſſilem & verſicolorem, &c. Theoph. gignunt & aliæ ramorum pilulas, corpore, non pediculo, adhærentes, candicantes umbilicis, Plin.

Pilulæ ſeſsiles, Lugd.
Capita multis ſquammis conſtantia, Cluſ. in Cerri hiſtoria: vide & Thalium in Quercu.
VII. Pilulæ è folijs convolutis.
Σφαίριον φυλλικόν, pilula è folijs compreſſa & convoluta, Theoph. è folijs convolutæ pilulę, Plin.
Pilulæ folioſæ, Lugd.
an idem cum κάχρυ Theoph. 3. hiſt. 7. & Cachry Plinij lib.16. cap.8.
VIII. Pilulæ aquoſæ: & Lugd.
Σφαίριον ὑδατῶδες: ſuper folijs tergo adhęrentem pilulá fert candidam, aquoſam dum tenera eſt, in qua culices, & matureſcens in modum parvę Gallæ dureſcit, Theop. in folio rubente aquoſi nuclei, candicantes & tranſlucidi, &c. Plin.
Ὀνονιΐδες, Galeno.
Pilulæ aſininæ, Trago.
Quercus vulgaris cum ſuis excrementis fungoſis, Lob.
IX. Pumex quercinus.
Λιθάριον pumiceum lapillum quoque gignit, quanquam rarò: Theoph. aliquando & pumices gignit, Plin.
Pumex, Lugd.
X. Quercus excrementum villoſum.
Σπλάγχνος, Dioſc.
Φάσκος, Theoph. 3. hiſt. 9.
Panos arentes, muſcoſo villo canos è ramis dependentes, Plinius l.16. c.8. vocat.
Sphagnos & Bryon, Plin. l.12.c.23.
Splanchnon & Hypnum, Lugd.
Uſnea, Arabum.
XI. Foliorum quercus gemmæ foraminulentæ.
XII. Coccus Quercuum.
Coccus cochlearum exilium in ſimilitudine in Ciliciæ Quercubus, Dioſc. l.4.c.48.
XIII. Verruca ſeu nodi Quercus.
XIV. Quercus albumen.
XV. Uva Quercina.
Uva Quercina à me inventa, quâ nihil pręſtantius in dyſentericis etiam deploratis, Encelius l.3. de lapid. c.51. vide & Schenck.
Uva Quercina in annoſarum Quercuum truncis, Thal. in Quercu.
an Hypodrys fungus rubēs, ad Quercus radices: eodem modo quo Hypociſtis ſub Ciſto pululare ſolet, Solinander conſil. ſect.4. conſ.24. & 25.
XVI. Boleti Quercus, qui è radicibus & circa radices gignuntur, Plin. l.16.c.8.

XVII. Quer-

XVII. Quercinum Agaricum vel Fungus. de Boletis & Fungo inter Fungos actum eſt.

XVIII. Quercus excrementum purgans: & Lob. obſ.

VISCUM ARBORUM.

Viſcum licet multis arboribus adnaſcatur, quia tamen in Quercubus optimum provenit, unde Jon poëta ſudorem Quercus vocavit, idcirco Quercus excrementis illud ſubjungere lubet. Viſcum ὁ ἰξὸς Ariſtoteli 1. gen. an. 1. dicitur, unde Latinum Viſcus fluxit: ἰξία Theoph. 3. hiſt. 9. & 16. quod nomen commune, at Stelin Euboënſium, Hyphear Arcadum vocabulum eſſe ſcribit. Dioſcor. l. 3. c. 103. ἰξὸς (ſic glutinum quod ex eo fit appellat) è fructu quodam rotundo fruticis in Quercu naſcentis, folijs buxo ſimilibus conficitur, ἰξὸς quidam derivari dixerunt ab ἔχω ſignificante κρατῶ, quaſi ἰξὸς à futuro ἕξω.

Genera Viſci: Plin. l. 16. c. 44. in abiete ac larice (pino Theophr.) Stelin dicit Euboëa, Hyphear Arcadia naſci ſcribit: Viſcum autem in Quercu, Robore, Ilice, Pruno ſylv. Terebintho, nec alijs (& alijs Theophr.) arboribus adnaſci plerinq; vide Theoph. 2. cauſ. 23. & hiſt. 16. At Dioſcor. l. c. gignitur quoq; in malo, pyro & plerisq; alijs arboribus. atq; etiam apud fruticum quarundam radices reperitur. Quare recentiores obſervârunt in abiete, acere, betula, caſtanea, cerro, corylo, cotoneo, cynosbato, ilice, larice, meſpilo, nuce, olea, oxyacantha, oxycedro, pomo, populo nigra, pruno ſylv. pyro domeſtica & ſylv. quercu, robore, roſis, ſalice, ſubere, ſorbo, terebintho & tilia. Veteres arbitrati ſunt, Viſci acinis à Turdo comeſtis, quod ad pulpam pertinet, concoqui: quod ſeminis eſt, incoctum ab alvo dejici, ſiſtiq; in arboribus illis, in quibus iſti quieſcere conſueverunt. Sed quaſi cornua ex oſſibus animalium: ſic ex arboribus viſcum educi, cum Scaligero exerc. 168. credimus.

I. Viſcum baccis albis.
Viſcus, Brunf.
Viſcum, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Ang. Tur. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. (qui fruticem dicit) Cluſ. Caſt. Tab. Ger.
Lignum Viſci quercini & Lignum S. Crucis, Gentilis & Jacobus de partibus, vocant.
Quercinum omnes commendant: quidam & quod Caſtaneæ adnaſcitur, probant: quod verò malo ac pyro ſyl. ac domeſticæ, penitus inutile ſcribunt: & ut Bellonius refert, nulla Quercus eſt inter montem Athon & urbes Ceres & Tricaſa, quæ Viſcum non alat & à ruſticis Oxo nuncupatur: nam tenaciſsimum Viſcum ex ejus baccis, quemadmodum Rhodienſes ex fructu Sebeſten conficiunt.
II. Viſcum baccis rubris.
Viſcum baccis rubris in oleis circa Hieruſalem, Bellon. Caſt. Lugd.
Viſcum baccis purpureis, in olea, Cluſ. hiſp. & hiſt. qui & Viſci oxycedri meminit.
III. Viſcum racemoſum.
Viſcum polycoccon, Cam. ep.
Hoc à vulgari ſolùm baccarum racematim cohærentium copia differt.
IV. Viſcum latifolium ſenis circulis utrinq; inſculptis.
Viſcum Indicum, Adv. Lobel. Lugdun. Taber. Gerard.
V. Viſci modo arboribus Indicis adnaſcens.
Peruviana alia Aloës facie, arboribus innaſcens Viſci ritu, Ad. Lob. Lugd.
Planta Peruana Viſco ſimilis, Tab.
Viſcum Peruvianum, Ger.

PHELLODRYS.

Quam φελλόδρυν Arcades nuncupant, natura eſt inter Ilicem & Quercum media, atq; adeò Ilicem fœminam quidam eſſe putaverunt, Theoph. 3. hiſt. 18. auctore. Dicitur Phellodrys quaſi Suberiquercus, nomine ex Subere & Quercu facto, quod natura utriusq; participem eſſe oſtendit. Hæc, Theoph. l. c. Ilice mollior ac ſubtilior, Quercu durior ac ſpiſſior: colore ligni decorticati, candidior Ilice, fulvior Quercu: folio ſimilis ambobus, verùm majori quam Ilex, minori quam Quercus: fructu Ilice minore, at Quercu majore. Plinius l. 16. c. 8. eandem cum Subere exiſtimaſſe videtur, ut qui Theophraſti de Phellodry verba ad Suber tranſtulerit.

I. Phellodrys candicans latifolia molliter aculeata.
Phellodrys alba latifolia, Lugd.
Suberella, Cæſalp.
Phellodrys, Matth. Ad. (& Ilex fœmina) Caſt. Lugd. Tab.
ſub Subere latifolio ramus ſerratis folijs apud Lobel. pingitur.
II. Phellodrys candicans anguſtifolia ſerrata.
Phellodrys alba anguſtifolia folio ſerrato, Lug.

Cerro-

Cerroſugaro Matthioli, Cluſ. hiſt.

III. Phell. nigricans latif. inciſuris ſpinoſis.

Phellodrys nigra latiſsimis folijs, Lugd.

IV. Phellodrys nigricans anguſtifolia.

Phellodrys nigra mediocribus folijs, Lugd.

V. Phellodrys folijs muricatis.

Phellodrys folijs muricatis calyce glandis echinato, Lugd.

SUBER.

Suber φελλὸς Græcis à φελλάζω fluctuo, Suberis modo, quòd aquis ſemper innatet: qua ratione etiam ὕψος, quòd ſemper altum petat dicitur. Theophr. 3. hiſt. 16. arbor eſt caudicoſa, parumq́ ramoſa, procera tamen, auctuq́ inſignis, ligno robuſto, cortice unico craſſo, diſrumpiq́ ſolito: folio fraxini, craſſo oblongiori & deciduo, fructu glandoſo Agriæ ſimili: corticem detrahunt, inverſumq́ dividendum cenſent: alioqui arborem deteriorem effici volunt: rurſum verò intra triennium repletur. Plin. l. 16. c. 6. Suber inter glandiferas recenſet: & c. 8. corticis uſum in hyberno fœminarum calceatu: quare non infacetè Græcos, corticis arborem appellaſſe ſcribit.

I. Suber latifolium folio deciduo, & Theop.

Suber, Matth. Lac. Bellon. Cæſ.

Phellos ſive Suber Gazæ, Ang.

Suber Aquitanicum folio deciduo, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Phellos ſive Suber in Aquitania, Dod.

Suber folio breviore & latiore, Lugd.

II. Suber latifolium perpetuò virens.

Suberifera latifolia Ilex glandæ echinato, Ad.

Suber Hiſpanicum latifolium perpetuo virens, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Phellos ſive Suber in Hiſpania, Dod.

Suber latifolia, Lob. Caſt. latifolium, Tab. Ger.

Videntur hæ duæ ſpecies ſaltem in eo differre, quòd altera, quæ circa Pyrrhenæos montes, folijs hyberno tempore exuatur, quod Theoph. de φελλῷ Pyrrheno ſcribit: altera verò perpetua fronde in Italia ac Hiſpania vireat.

III. Suber anguſtifolium non ſerratum.

Suber 2. & anguſtifolium, Matt. Caſt. Tab. Ger.

Suberifera anguſtifolia Ilex, Ad.

Suber folio longiore & anguſtiore, Lugd.

Suberis latifoliæ ramus dexter, apud Lob.

Suber alterũ oblongis anguſtiſq; folijs, Cl. hiſt.

IV. Suberi affine lignum fomitis vicem præbens.

Lignorum duo genera Braſiliani habent, quorum alterum eſt molliſsimum, alterum clariſsimum, quibus ad ignem excitandum utuntur hoc modo: virgam ex præduri illius ligni, pedali longitudine ab altera parte ad fuſi modum excavant, hujus cuſpidem in mollis illius ligni fruſto defigunt, virgam maxima celeritate volvunt, quaſi ligni ſuppoſiti fruſtum perforaturi, ſicq; non modò fumus quem Tataton vocant, ſed etiam ignis qui illis Tata excitatur, & goſſypio, vel folijs ſiccis admotis, ignis concipitur, Lerius in hiſt. Braſiliana c. 17.

an Lignum fomitis vicem præbens, Cluſ. exot. lib. 1. cap. 8.

Ligna in Braſilia quæ Urakuciba vocant, quæ exſiccant, dein invicem terunt, ex quo attritu pulvis deraſus inflammatur. Stadius par. 2. Ind. Occid. c. 6.

V. Lignum leve fungoſum è Java majore.

Lignum cotis vicem præbens, Cluſ. l. c.

At Geſ. lib. de lapide, ubi adeo eſt lignum induratur, ut vel Cotes ex eo fiant, aut fieri poſsint.

ILEX ET SMILAX ARCADUM.

Ilex Dioſc. l. 1. c. 144. & Theoph. 3. hiſt. 16. πρῖνος, quia ſerra propter duritiem ſecanda ſit. Eſt autem Theoph. l. c. folio Quercus, ſed minore aculeatoq́: cortice leviore quam Quercus: arbor magna inſtar Quercus aſſurgit: materies ſpiſſa & robuſta: radix alta admodum atq́ multiplex: fructus glandoſus, ſed glans ipſa puſilla eſt: veterem novus occupat, nam ſero matureſcit, quamobrem bifera à nonnullis exiſtimata: fert præter glandem granum quoddam puniceum, & viſcum atq́ hyphear habet, &c. Σμίλακα Arcades vocant arborem Ilici ſimilem, folio tamen non aculeato, ſed molliori profundioriq́: nec materia ut illo ſolida ſpiſſaq́, ſed ſoluta molliq́, &c. Theophr. l. c. At Plinio l. 16. c. 6. Ilicis duo genera: ex ijs in Italia folio non multum ab oleis diſtant, Smilaces à quibuſdam Græcis dicta: in provincijs Aquifoliæ, &c.

I. Ilex oblongo ſerrato folio.

Ilex, Matth. Ang. Lac. Bellon. Cæſ. Lugd.

Ilex arborea, Ad.

Ilex anguſtifolia, Taber.

Sanè Phellodryn, ſi faciem & folia perpendas, Ilicem quampiam dixeris: ipſum autem lignũ molliꝰ & laxius Ilice, & fructꝰ major quàm Ilicis.

II. Ilex folio anguſto non ſerrato.

Smilax

Smilax humilis anguſtifolia, Lugd.
III. Ilex folio rotundiore, molli, modicéq; ſinuato, ſive Smilax Theophraſti.
Ilex major, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Ilex major glandifera, Dod.
Ilex arbor, Lob.
Ilex, Taber. glandifera, Ger.
Ilex latifolia, Camer. epiſt.
Ilicis alterum genus, Cæſ.
Ilex in Gallia Narbonenſi, Lugd.
Smilax Arcadum glandifera, Lugd.
Fructu eſt majore & longiore Hiſpanica: at Narbonenſis minore & breviore.
Huc referri debet
Ilex Londinenſis duplex, quas Cluſius in ſua hiſtoria deſcripſit: qui etiam in Ilice Monſpeliaca, aliquando granum ex puniceo nigricans, & interdum tenuem & capillaceum muſcum cinereum, è ramis depēdentem, non verò Viſcum aut hyphear, obſervavit.
IV. Ilex aculeata cocciglandifera.
Ilex hæc à Dioſ. l.4.c.48. κόκκος βαφική, à Theophr. 3. hiſt. 16. communi nomine πρῖνος: à Plin. l.16.c.6. Ilex aquifolia, & c.6. Ilex parva Aquifolia: à quibuſdam Phellodrys coccifera appellatur. Eſt autem Dioſ. l.c. frutex parvus è cremiorum genere, cui grana ceu lentes adhærent, quæ decerpta reponuntur: hæc ille. Etenim in foliorum ſupina parte, nonnunquam ſed rarius, in ſurculorum quoq; nodis, granum quoddam rotundum, parvum rubens, ſanguineo colore plenum innaſcitur, quod Dioſc. & Theophraſt. κόκκον φοινικοῦν: Pauſanias, Coccum: Plinius, granum, coccum, quiſquilium (cuſculium aliqui legunt.) Arabes, Chermes: officinæ granum tinctorium, nam in ipſo grano vermiculus naſcitur, ex quo Chermeſinum conficitur: aliqui Scarlatum vocant: ex hoc quoq; Monſpeſſuli confectio Alkermes conficitur.
Coccum infectorium, Matthiol. Lacun. Bellonio cult.
Coccus infectoria, Cord. in Dioſcor. Ad. Lob. Caſt. Tab.
Cocci infectorij arbuſcula, Lugd.
Granum & coccus Baphica, Ang.
Ilex in quo coccus baphica, Bellon. & Ilex pumila.
Granum tinctorium, Lon. Cæſ.
Ilex minor coccigera, Dod.
Ilex coccifera, Rauvvolf. Cluſ. hiſpan. & hiſt. Gerard.
Ilex coccifera, Bellon. Cam. ep. Tab.
Ilex aquifolia, Lugd.
Ilicis ſpecies, Fragoſo.
Ilicis alterum genus, Quiquerano.
Huc referatur ex Anguillara
Agria quam Plinius Aquifoliam vocitat, quæ folijs eſt Ilicis aliquantulum ſpinoſis, glande minima, & quæ in agro Patavino provenit.
an Milav ſive Acylaca, ilicis ſpecies Bellon.
V. Ilex aculeata baccifera folio ſinuato.
Hæc Theoph. 3. hiſt. 4. ἀγρία (Aquifoliam Gaza vertit) quam perpetuò virere & in montibus naſci ſcribit: & Plinio l.16. c.21. Aquifolio, folia non decidunt, & montes amat.
Aquifolia, Trag. Dod. gal. quibuſdā Ruſcus ſyl.
Aquifolium, Ruel. Matth. Bellon. Geſ. hor. (quibuſdam Palma aculeata) Lobel. Caſt. Lugdun. Thal. Tab.
Agrifolium, Guilan. (fortè Cratægus Theoph.) Dod. Cæſ. Cam. Ger.
Aquifolium ſive Agrifolium Septentrionis, Ad.
Paliurus ſecundus, Lacun.
Ilex aquifolia, Lonic.
an ſit Hedera rigens Plinij dubitat Cæſ. at Plinij l.16. c.34. hæc ſunt: eſt & rigens Edera, quæ ſine adminiculo ſtat, ſola omnium generum ob id vocata ciſſos.
Hæc multis in locis tam pumila, ut ad frutices referenda ſit: alijs in locis in juſtam arborem attollitur: hinc apud Tragum
Aquifolia arbor, & Aquifolia frutex.
Hæc per ætatem redditur folio nequaquam fimbriato, nec pungente, ſed ſolum extremitate acuminata, & hæc eſt
Aquifolij alia ſpecies levi folio, Geſ. hor.
Ruſtici ex cortice radicibus detracto Viſcum parant.

SECTIO QUINTA.

TILIA; ULMUS; OSTRYS SEU OSTRIA; BETULA; ALNUS; EVONYMUS; VIBURNUM; POPULUS; GOSSIPIUM SIVE Xylon; Acer; Platanus; Saſſafras & Ricinus.

TILIA.

Tilia, Theoph. 3. hiſt. 10. φιλυρα dicitur, quod in tenues aſſulas ſive philyras diſcerpatur: & inter corticem & lignum, aliæ tenues interiores cortices ſunt, & veluti membranæ, à quib. aliarum quoq; arborum cortices interiores, Tiliæ & Philyræ vocantur: quod ex Plin. l. 16. c. 14. & l. 24. c. 8. colligere eſt. Theophr. l. c. altera mas eſt, altera fœmina: differunt inter ſe cum tota forma, tum ligno: & quod mas ſterilis eſt & ſine flore: fœmina, florem & fructum gignit, &c. folium figura Hederæ folio ſimile, verum ſenſim magis rotundatur, & juxta pediculum, id quod velut in gibbum prominet, à folij medio, longiore tractu, in acutum magis cogitur: per ambitum criſpa & ſerrata folia ſunt, &c. & Plin. l. 16. c. 14. Tilia mas & fœmina, quæ omni modo differunt, &c.

I. Tilia mas folijs Ulmi.
Tilia mas, Brunf. Dod. Lugd. quoad deſcriptionem, non iconem, quæ Ulmi eſt.

Hæc cum non ſemper fructum ferat, à quibuſdam ſterilis exiſtimatur: interdum ſiliquas rotundas, compreſſas, coacervatas, cum fiſſura in ſumma parte edit, quarum ſingulæ & ſingulis petiolis dependent.

II. Tilia mont. maximo folio: an mas Theoph.
Tilia ſylveſtris ſive montana, Thal.

In monte noſtro Muteto provenit, in qua nullum hactenus fructum obſervavimus.

III. Tilia fœmina folio majore.
Tilia fœmina, Brunf. Matt. Fuch. Ang. Dod. gal. Geſ. hor. Ad. Lob. Cæſ. Lugd. Tab.
Tilia, Tur. Lac. Lon. Dod. ſativa, Trag.
Philyra Græcis, Tilia Latinis, Guil.
Philiyrea, Caſt. ico.

Ex tiliarum cortice funes, & ut Bellonius refert, in monte Athou etiam lagenæ fiunt.

Mirum profecto quod Plinius l. 17. c. 16. ſcribit Tiliam juxta Tiburtes conſpici omni genere pomorum onuſtam, alio ramo nucib⁹, alio baccis, aliunde vite, ficis, pyris, punicis, malorumque generibus, ſed cui vita brevis fuit.

A tiliarum antiquarum radices ſæpenumerò ſimile obſervatur ei, quod ad Quercus radices Uva eſt, Thalio monente.

IV. Tilia fœmina folio minore.
Tilia ſylveſtris, Trago.
Tilia minor, Geſ. hort.

Hæc per omnia minor eſt, & fronde nigriore.

ULMUS.

Quæ Latinis Ulmus, πτελέα Dioſ. l. 1. c. 111. & Theoph. 3. hiſt. 14. qui genera duo fecit: unum ὀρειπτελέα (montiulmus Gazæ, Ulmus montoſa, Plinio) alterum πτελέα (Ulmus campeſtris Plinio) intereſt quod Ulmus fruticoſior eſt, montiulmus auctior: folium individuum leviter circumſerratum, oblongius quàm pyro, ſcabrum neq; læve: materies flava, robuſta, nervoſa, deformis, quia tota cor eſt: ſterilis putatur. At Plinio l. 16 c. 40. ſemen fert latiuſculum, rotundum tenue: qui l. 16. c. 17. Ulmi quatuor genera fecit: Græci, inquit, duo Ulmi genera novere: montoſam, quæ ſit amplior: campeſtrem, quæ fruticoſa. Italia Atinia vocat excelſiſſimas, & ex ijs ſiccaneas præfert, quæ non ſunt riguæ: alterum genus Gallicas: tertium noſtrates, denſiore folio & ab eodem ſurculo numeroſiore: quartum ſylveſtre. Theop. 3. hiſt. 8. Ulmus mas, fert & folliculos quoſdam: & 8. hiſt. 8. ὀρινωρυκοῖς (φύσαις Dioſcoridi) in folliculis gummi gignit & animalia quædam culicibus ſimilia (& ut Dioſcorides, humor is dum exiccatur, in animalcula culicibus ſimilia reſolvitur.) Nam ſi Ulmus verno tempore pluvijs, ſubitoq; calore Solis infeſtetur, ipſius folia protinus corrugantur, & veſicæ ſeu folliculi ſcroti humani figurâ generantur, quibus humor initio lentus, mox in gummi concreſcens includitur, qui dum ſiccatur in vermiculos, qui cinipes, culices & muliones appellantur, avolant. Addit Theophr. Cachryn (amenta Gazæ) etiam edere peculiarem, autumno, multam minutam, nigram. Semen à Plinio Samora vocatur.

I. Ulmus campeſtris, & Theophr.
Ulmus noſtras ſive Italica, Plinij.
Ulmus vernacula, Columellæ.
Ulmus, Trag. Matt. Dod. ut: Bellon. Lac. Fuchſ. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſ. hort. Lon. Ad. Lob. Ic. Cæſ. Lugd. Cam. Cluſ. hiſt.

Ulmus in planis proveniens, Ang.
Ulmus 1. Tab. qui & 2. habet, quæ Ulmus, Ger.

Huc referri debet ea, cujus folijs averſa parte folliculi adnaſcuntur, quæ dicitur
Tilia mas, Matth. Adv. Lob. Lugd. Tab. Ger.
Carpinus nigra, Caſt.
Ulmus aut ei ſimilis cum folliculis, quam aliqui pro Tilia mare offerunt, Dod.

Notatu omnino dignum quod Cluſius obſervavit, nempe Ulmorum, juxta Thormim amnem in Hiſpania naſcentium, quaſdam radices in tenuiſſima ſtamina deſinere, quæ cum à præterlabentibus aquis perluuntur, rubeſcentem colorem contrahere, in quibus exigua quędam animalcula, exiguis locuſtis ſimilia naſcuntur & latitant, quæ piſcatores in eſcam capiendis piſcibus colligunt: quæ verò adoleſcunt ex radiculis emergentia, instar terreſtrium locuſtarum avolare: poſtea certo tempore in aquas ad ſuum genus conſervandum remeare. Sic Bellonius ex Ulmi cortice lagenas confici ſcribit.

II. Ulmus montana.
Ulmus latifolia, Trag. Ger.
Ulmus montana, Matth. Ang. Caſt.
Ulmi alterum genus, Cord. in Dioſc. Cæſ.
Ulmus 2. Dod. tertia, Tab.

Ulmo ſimiles arbores.

I. Cortex arboris Ulmo ſimilis ad catarrhos.
Arboris cortex ad rheumatiſmos, Mon. Lugd.
Arbor vaſta Ulmo ſimilis cum amplitudine, tum forma.

II. Pacal Indis arbor jam deſcripta minor, Monard. Lugd.

OSTRYS SIVE OSTRYA.

Οστρυς, quam nonnulli ὀστρύαν vocant, inquit Theoph 3. hiſt. 10. eſt unica ſpecies, Oxyæ (id eſt Fago, Sciſſima Gazæ) tum ſatu tum cortice ſimile, folio pyri non multo oblongiore, in acutum contractiore & majore, fibris multis & craſſis, à medio dorſi in modum coſtarum rectâ ſecundum magnam fibram porrectis, in fibris ipſis rugato, & in ambitu leviter ſerrato: materia dura, decolore, albida: fructu puſillo, oblongo, ordeo ſimili, flavo: radices ſublimes habet. Et Plinio lib. 13. cap. 21. Oſtrys quæ & Oſtrya, arbor ſimilis Fraxino cortice & ramis, folijs pyri, paulo tamen longioribus, craſſioribuſq; ac rugoſis, inciſuris, quæ per tota diſcurrunt: ſemine hordeo figura ſimili & colore.

I. Oſtrya Ulmo ſimilis fructu in umbilicis foliaceis.
Ornus, Trag. Lon.
Carpinus, Matth. Dod. Adv. Lob. Tab. Cam.
Carpinus alba, Caſt.
Ulmi 2. ſpecies, fortè Ulmus ſyl. Plinij, Dod. gal.
Oſtrya Cordi, Geſn. de lapid. Bellon. Thal.
Oſtrys Theoph. Fagulus herbariorum, Cl. hiſt.
Fagus ſepiaria, Geſn. hort.
Ulmus Atinia, Lugd.
Fago ſimilis altera, Cæſalp.
Betulus, Lob. in ico. Ger.
Carpinus, Matth. quæ Oſtryā ſatis repræſentat, (Cam.

II. Oſtrya Ulmo ſimilis fructu racemoſo lupulo ſimili.
Fago ſimilis prima, Cæſ.

Hæc Italis, illa Germanis frequens, quam alij ad Ulmum, ad Fagum alij, alij vero ad Carpinum Plinij, quæ Aceris ſpecies eſt: alij ad Oſtryn Theophraſti referunt.

BETULA.

Betula vel Betulla, quæ quibuſdam ſic dicta videtur, quod bitumine ſcateat: Theophraſto 3. hiſt. 14. σημύδα folio eſt Caryæ (forte Oxyæ) paulo anguſtiore, cortice verſicolore, materia lævi, nec niſi ad baculos utili: at Plinio l. 16. c. 18. Betula arbor eſt Gallica mirabili candore atque tenuitate, terribilis magiſtratuum virgis, (idcirco arborem ſapientiæ appellare conſuevimus,) &c. Hujus cortici liber albus ſubeſt (qui liber Betulæ) tenuis, candidus, chartæ noſtræ modo, cui veteres opera ſua, ante chartæ noſtræ uſum repertum, inſcribebant.

Betula, Trag. (qui papyri ſpeciem veterum cenſet) Matth. Dod. ut: Ang. Bellon. Lon. Adv. Lob. Lugd. Caſt. Tab. Ger.
Populo albæ ſimilis in alpibus, Cæſ.

Hæc ſæpè in arborem altam & craſſam aſſurgit: aliquando pumila reperitur: hinc
Betula arbor, &
Betula pumila, Thalio.

ALNUS.

Alnus, quod amne alatur: κλήθρα Theoph 3. hiſt. 14. ſterilis eſt & unius generis, recta arbor natura, ligno molli, medulla tenera, folio pyri ſed ampliore nervoſioreq;, cortice ſcabro, intus rubēte, quo coria tingūt:

 radice

radice eſt per ſumma terræ ſparſa, nec major quam Laurus : & 3. hiſt. 4. tum ſterilis, tum fructifera floreſcit. Verùm Theophraſtus aliquando eas ſteriles vocat, quæ fructum non conſpicuum, aut inutilem ferunt : quidam & cortice & fructu viridi, gallarum vice ad ſcriptorium atramentum utuntur. Plinius lib. 16. cap. 24. Alno folia craßißima tribuit : & cap. 26. nullum ſemen aut fructum ferre ſcribit : fortè Ariſtotelis auctoritate motus, qui inter naturæ miracula retulit, quod Alni in ſola Creta non ſint ſteriles : ſed ne apud nos quidem infructiferæ ſunt.

I. Alnus rotundifolia glutinoſa viridis.
Amedanus, Creſcentio.
Alnus, Brunf. Trag. Matth. Ang. Dod. ut: Turn. Lon. Adv. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. Thal. Tab.
Alnus vulgo Schlitro in Creta, Bellon.
Alnus vulgaris, Cluſ. hiſt.

Ad hujus radices quandoque excreſcentiam ramoſam, Uvæ quercinæ ſimilem obſervavimus. Ex hujus ligno pali in aqua ædificiorum fundamentis ſubacti lapideſcunt, cujus cauſam Vitruvius refert.

II. Alnus folio oblongo viridi.

III. Alnus folio incano.
Alnus hirſuta, in Matthiolo noſtro picta & deſcripta.
an Alnus altera, Cluſ. hiſt. qui figuram ex Lobelij iconibus habet.

IV. Alnus alpina minor.

Hæc cum prima convenit quidem, ſed per omnia minor & humilior eſt, nec folia ita lento humore aſperſa ſunt : quæ in Alpibus Auſtriacis provenit.

Alnus baccifera.

I. Alnus nigra baccifera.
Avornus, Creſcentio.
Faulbaum / Trag.
Frangula, Matth. Dod. Lugd.
Alnus nigra, Dod. gal. Adv. Lob. Cam. Thal.
Jovis barbæ ſpecies, Bellon. cult.
Alnus nigra baccifera, Lugd.
Alnus baccifera, Tab.
Arbor fœtida, Lon.
Siler Plinij quibuſdam monente, Lugd.

Hæc dum puſilla eſt in locoque pingui folia oblonga & magna fert. Cortice interno multi pro Rhabarbaro utuntur.

Sunt qui & hirſutam notarunt.

II. Alnus nigra pumila Thalij quid?

III. Alnus nigra polycarpos.
Kreutzbeer / Lonic.

E U O N Y M U S.

EUώνυμ@ (Theoph. 3. hiſt. ult.) arbor, naſcitur magnitudine mali punici, atque folia ejuſdem, majori quam Vinca pervinca : & molli ut punicæ : flos odore albæ violæ ſimilis, odore infeſtus, fructus cum putamine ſiliqua Seſamæ proximus, intus ſolidus, præterquam quod in verſus quaternos dividitur.

I. Euonymus vulgaris granis rubentibus.
Fuſanus, Creſcentio.
Carpinus, Theoph. Trag. Lon.
Euonymus, Matth. Don. ut: Ang. Turn. Geſn. hort. Adv. Lob. Thal. Caſt. Tab.
Anonymos alijs Euonymus, Cord. hiſt.
Siler Plinij, Cæſ.
Tetragonia Theophraſti, Lugd.

Theophraſto 3. hiſt. 6. τετραγωνία (Quadratoria Gaza vertit) ſerotino germine conſtant, ſicut Thuya & Taxus: hæc Theoph.

Fructu eſt communiter rubeſcēte: rarius albo.

II. Euonymus granis nigris.
Euonymus alter, Cluſ. pan. & hiſt.
Euonymus pannonicus, Tab. Cam.

III. Euonymus latifolius.
Euonymus Pannonicus prior, Cluſ. pan.
Euonymus primus ſive latifolius, Eid. hiſt.
Euonymus latifolius, Tab.

IV. Euonymo ſimilis Ægyptiaca, fructu baccis lauriſimili.
Bon vel Ban, ex cujus ſemine Ægyptij potum Caova conficiunt, Alpin. & Palud. notis in Linſcot. part. 2. Ind. or. c. 28. ſed Choana vocat.
Buncho Avicennæ & Bunca Rhaſis ex cujus fructibus Turcæ potionem Chaube parant, Rauwolff.
Buna ex qua in Alexandria potio fit, Cluſ. notis in Garz. Lugd. Tab. Belli ep. 4. ad Cluſ.
Elkane nonnullis, Pancio.

VIBURNUM VULGO.

ETſi Viburnum alicujus ſingularis plantæ nomen non ſit, ſed cujuſq; virgulti fruticiſve proprium ... bone & Nemeſiano teſtibus, cum tamen vulgo huic, nomen hoc tribuatur, aſſervare placuit.

Kleiner Mehlbaum/Trag.Lon.
Viburnum, Matth.Geſn.hort.Cam.Caſt.Lugd.
Spiræa Theophraſti Dalechampij, Lugd.
Viurna vulgi Gallorum & Ruellij, Lob.Caſt.
Lantana, Geſn. hort. (quod lenti ſint rami) Guiland.Dod.Cæſ.
Rhus coriariorum Theophraſti & Plinij Cæſalpino videtur.

Rhus (ait Theop.3.h.18. Fluidam Gaza vertit, nomen illi à ῥέω impoſitum fuiſſe exiſtimans) alia maſcula, alia fœmina, quia alia ſterilis, alia fructifera: nec virgas longas gerit, neq; craſſas: folium Ulmo ſimile, niſi quod parum oblongius denſumque aliquantulum: ramulorum novellorum folia paribus internodijs conjugatim condita adhærent, & planè à lateribus ordo verſus conſpicitur: flos candidus racematim enaſcens: hic ubi defluxit cum labruſca rufeſcit fiuntque ceu lentes tenues congeſtæ: figura his quoque in modum uvæ, &c. Plinio l.24.c.11. Rhus frutex eſt coriarius, ſubrutilus, cubitalis, craſsitudine digitali, cujus aridis folijs, ut Malicorio coria perficiuntur, &c. & alibi inter Syriæ arbores, Theoph. deſcribit.

P O P U L U S.

Populi tria genera Plinius l.16.c.23. fecit, albam, nigram & Lybicam: Theoph.3.hiſt.4. λεύκη, αἴγειρος καὶ κερκὶς: Gaza ſic reddidit: primam quidem ſimpliciter nomine populi, 4.hiſt.9.al. quando populi albæ, 3. hiſt.6. Alteram, populi nigræ, 2 hiſt.3. At 3.hiſt.1. voces λεύκη καὶ αἴγειρος, reddidit populum tam albam quàm nigram. Tertiam, alpinæ nomine: nam 3. hiſt.14. ἡ κερκὶς δὲ παρόμοιον τῇ λεύκῃ, alpina, populo albæ non abſimilis: quamvis Gaza 3. hiſt.6. ubi habetur λεύκη, αἴγειρος, vocem poſteriorem non reddiderit. Sic apud Dioſcoridem l.1.c.109. & 113. λεύκης καὶ αἴγειρος legitur: ubi interpretes nomen populi addidere.

I. Populus alba (quæ λεύκη ab albedine dicitur) majoribus folijs.
Populus alba, Matth. Dod. ut: Cord. in Dioſc. (cui & Farfarus antiquorum) Bellon.Lac.Adv. Lob.Cæſ.Caſt.Lugd.Tab.Ger.
Populi albæ alia ſpecies, Trag.
Populus alba latifolia, Lob.ico.
Populi prima ſpecies, Ang.
Populus alba Arabibus Haur, Rauvvolff.

Uvas lanoſas quædam fert: quædam ſterilis, ut etiam non floreat. Dioſcorides σφαιρίων, i. e. pilularum, prima foliorum germinatione erumpentium meminit. Theoph.2. cauſ.21. τὴν λεύκην ἐξαιγειροῦσθαι φασί, i.e. populum albam in nigram tranſire ferunt, tum fronde tum etiam tota ſpecie: & 4. cauſ.6. populus alba in totum nigræ diſsimilis, fronde formaque tota eſt, ſed in ſenecta ſimillima efficitur.

Muſcus quandoque etiam adnaſcitur, quem Populneum muſcum Dioſcorides & Galenus, unguentis & oleis inferunt.

II. Populus alba folijs minoribus: & Lob.in.ic.

III. P[illegible]s nigra.
Popul[illegible] Trag. (cui & [illegible] ſive vulgaris) Lon.
Popul[illegible], Matth. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Bello[illegible]d. Lob.Cæſ.Caſt.Lugd.Tab.Ger.
Populus fœmina, Ang.Tur.

[illegible]dam floret, & fructum non fert: quæ[illegible] fructum fert, & non floret: flos inſtar a[illegible] colore rubente, aut candicante: fructus, racemulus oblongus ex plurimis granis viridibus compoſitus, in quibus lana candida continetur: nonnunquam etiam ramis nodi quidam duri adnaſcuntur. Ex gemmarum (oculorum) viſcido & flavo humore, Unguentum populeum in Vere paratur. Reſina ῥητίνη ex hac colligitur Dioſcoridi, qui & δάκρυον, i. e. lachrymam deſtillatam concreſcere & Electrum fieri ex aliorum ſententia monet.

IV. Populus tremula.
Populus Lybica Plinio, alpina, Gazæ.
Populus nigra, Trag.Lon.
Populus Lybica, Matth. Dod. ut: Bellon.Adv. Lob.Caſt.Lugd.Thal.Tab.Ger.
Populus alpina, Bellon.
Populi 3. ſpecies, Ang. Cord. in Dioſcor. cui & Tremula Latinorum.
Populo nigræ ſimilis in alpibus, Cæſ.
Cercis Theophraſti ſive Populus Lybica Plinij, Cluſ.hiſt.

Hanc κερκὶν Theophraſti volũt, de qua 3.hiſt.14. ἡ κερκὶς παρόμοιον τῇ λεύκῃ, ſic Gaza, Alpina populo albæ non abſimilis eſt, cum magnitudine, tum verò quod ramis albicantibus ſpargitur, folio hederæ, ſed parte altera ſine angulo, altera oblongo, inque angulum acutum exeunte, colore parte reſupina, pronaque ferè ſimili: pediculo prolixo tenuique annexo, quare non erecto ſed inflexo, cortice aſperiori, quã populus alba, &c. Sunt qui κερκὶν à crepatu, non κερκὶς dicendum

cenſeant.

cenſeant. Aliqui Cratægum Theophraſti volunt, Lobelio monente. Plinio l.16.c.23. populus quæ Lybica appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungiſque enaſcentibus laudatiſsima.

V. Populus rotundifolia Americana.
Populus novi orbis, Adv. Lob. Caſt.
Populus America ſive Peruana, Lugd.
Populus Americana, Tab. Ger.

Populo ſimiles exoticæ.

I. Arbor populo ſimilis reſinoſa.
Focot Guebit, i.e. lignum expetitum, Frag.
Tocot Guebit, i.e. lignum deſiderij, Cl. in Mon.
Arbor in India occid. ex qua Idola conficiunt: ſub cujus cortice, gummi Thure candidi[illegible], cujus loco etiam utuntur.

II. Arbor populo ſimilis reſinoſa altera.
Tacamahaca colligitur in nova Hiſpania ex arbore odorata, magna ut Populus, cujus fructus coloratus ut Pæonia eſt, Monard. Frag. Lugd.
Tacamahaca 9. hiſt. Ind. occid. l.4.c.29.
Gummi Taccamaca ex arbore quæ folijs longis anguſtis, fructu prunorum magnitudine, 4. par. Ind. orient. 7.

GOSSIPIUM SIVE XYLON.

UT Græcè Ξύλον & Γοσσίπιον, ita Latinis Xylon & Goſsipium nominatur. At Theoph. 4. hiſt. 9. δένδρον ἐριόφορον dicitur: in Tylo inquit, inſula multæ ſunt arbores lanigeræ, quæ folia vitis habent, verum minora, fructum fert in quo lana continetur mali magnitudine, vere naſcitur occluſum, quod cum maturũ eſt, aperitur, & lana excipitur, qua telas texunt. Plinius l.12.c.10. de his arboribus paulò aliter egit: & fortè ſeq. c.11. eædem ſunt arbores, quas Goſſampinos vocari tradit: qui aliâs inter lini genera, l.19.c.1. recenſuit, his verbis: frutex quẽ aliqui Goſsipion vocant, plures Xylon & ideo lina inde facta Xylina: parvus eſt, ſimilemq; barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur: nec lina ſunt eis candore mollitiéve præferenda.

I. Goſsipium fruteſcens ſemine albo.
Coto & Bombax, Serapioni.
Xylon ſive Goſsipium, Matth. Guil.
Xylon, Fuch. Dod. gal. Geſn. hort. Lac. Lon.
Goſſypium, Turn. Dod. Rauvvolff. Adv. Lobel. Caſt. Cæſ. Lugd. Cam. Tab.
Bombax Officinarum.
Goſsipium par. 4. Ind. occid. c.15. & p.8.
Algodon, Catoen ſive Goſſypium in arbuſculis tam magnis quàm minoribus naſcitur: aliud denſum & craſſum, aliud molle & tractabile, part. 9. Ind. occid. l.4.c.23.
Goſsipium in ſylvarum humilibus arboribus copioſè, Linſcot. Ind. or. part. 3.c.9.

II. Goſsipium arboreum caule lævi.
Goſsipium perenne & arboreum, ſive Aſiaticum, Bellon.
(tum, Alpin.
Goſsipium arboreum, Gotne Mſegiar appella-

III. Goſsipium arboreum caule ſpinoſo.
Goſsipium Braſilianum, Bellon. & Belli.
Bombax Indica, Ponæ ital.
Xyloa, Stadio in Braſil. part. 3. Ind. occid. c.38.
Xyliferæ arbores, Lerio, part. 3. Ind. occid. c.12.
Hujus ſemina nigra ſunt, in dena vel duodena grana uvæ modo congeſta: cum Aſiaticum ſingula grana ſeparata habeat.

IV. Goſsipium Javanenſe ſalicis folio.
Cylæ, Oviedo.
Lanifera arbor peregrina, Cluſ. exot. l.1.c.14.
an Lanifera arbor, Bellon.

A C E R.

ACer Græcis σφένδαμνος dicitur. Theophraſto 3. hiſt.11. σφενδάμνου (Acer Gaza vertit) alij bina, alij tria genera faciunt: unum quod communi nomine σφένδαμνον (Acer) vocant: alterum ζυγίαν (Carpinum) tertium verò κλινότροχον (Lectirotariam Gazæ) At 3. hiſt.4. σφένδαμνος quæ in monte ζυγίαν, quæ in planis γλεῖνον (Gallicum Gazæ) vocari tradit. Plinio lib.16. cap.16. Aceris plura genera: album, quod præcipui candoris, vocatur Gallicum: alterum genus (Zygias Theoph.) criſpo macularum diſcurſu, qui cum excellentior fuerit, à ſimilitudine caudæ pavonis nomen accepit: è viliori ge[illegible]raſp[illegible]ium (clinotrochon Theoph.) Græci ſitu diſcernunt: campeſtre candidum [illegible], quod glinon vocant: [illegible]um verò, criſpius duriuſq;: & tertium Zygiam, &c. quod alij generis proprij eſſe volunt & Latinè carpin[illegible]ellant. Verum ſic diſtinguere licet, quod Sphendamnus acer ſit nervoſum & album: Zygias verò, flavum [illegible] criſpum: clinotrochos, flavum & non criſpum: glinon, candidum, minus criſpum.

I. Acer montanum candidum.
Platanus, Trag. Lon.
(Dod. gal.
Aceris ſpecies folio majore, Carpinus videtur,
Sycomorus Ruellij, Geſn. hort.
Aceris prima ſpecies, Ang.
Acer, Cord. in Dioſc. Cæſ.

Aceris ſpecies Platanus Gallorum, Bellon.
Acer major, Cord. hiſt. Geſn. hort. Dod. Ad. Lob. Cam. ep. Thal.
Acer, κλινότροχ☉ antiquis, Ad.
Acer latifolia, Cluſ. pan.
Acer montanum, Geſ. hor. ſive Gallicum, Lugd.
Hujus turiones lacte ſcatent, ut Ficus: ſic quædam floret, quędam non floret, nec fructum fert.
II. Acer montanum flavum ſive criſpum.
Acer criſpa materia, Acer montana Aſphendamnos ruſticis Cretenſibus, Bellon.
Aceris altera ſpecies, quę fortè Zygia Theo. Ad.
Opulus montanus, Lugd.
Acer montanum in marem & fœminam diſtinguunt: mas colore magis flavo, ligno duriore & venoſiore, magiſque criſpo, citiuſq; floret: fœmina tardius, & ligno eſt pallidiore, minusque criſpo. Germani ob flexuoſos venarum diſcurſus ad opera lautiora utuntur, lignum nobile vocantes, ex hujus radicibus cochlearia pulchra conficiuntur.
III. Acer montanum tenuiſsimis & acutis folijs.
Acer acutioribus folijs, Geſ. hort.
Acer tenuifolia, Thal.
IV. Acer campeſtre & minus.
Acer, Trag. Lob. Tab. minus, Geſ. hor.
Acer campeſtre, Dod. gal. & Lugd. cui & Carpinus & Opulum campeſtris veteribus.
Opulus, Tur. Geſ. hort. Cæſ.
Acer tenuifolia, Cord. hiſt.
Acer, Opio cognominatum Romanis, Bell. cult.
Aceris ſpecies quæ Sphendamnos Theoph. Ad.
Acer minor, Dod. Cluſ. pan. Cam.
Platanus, Lon. ico.
Opulus & Rhambolinus, Cordi Schol.
Acer latifolium, Cluſ. hiſt. ico.
Alibi frutex, alibi arbor eſt.
V. Acer trifolia.
Acer Monſpeſſulanum, Lugd.
an Aceris arboris genus à reliquis diverſum au ſextum id genus à nobis obſervatum, Bellon.

P L A T A N U S.

Platanus πλάτανος Græcis, à latè diffuſis ramis nomen ſortita eſt: πλατύνω enim dilato & ſpecioſum reddo ſignificat: hujus apud Dioſc. l. 1. c. 107. nulla deſcriptio: at Theoph. 1. hiſt. 16. platano folia ampla tribuit: & 3. h. 2. ſemen manifeſtum producit, eoq́; gignitur: quam (1. hiſt. 15.) in Creta Inſula apud fontem ſtare aſseverant, quæ nunquam folia deperdat: & Plin. l. 2. c. 1. de Platano multa habet, oſtendens quomodo mero affuſo enutriatur: ſicq́; & arbores vino potare: Aelianus ſcribit (cum adeo patulis ramis diffundatur) Xerxen adeo ipſius umbra dalectatum, ut in Lydia diem integrum, cum maximo exercitu ſub ea conſumpſerit.

I. Platanus, Matth. Ang. Dod. ut: Cord. in Dioſc. Bell. Geſ. hor. Tur. ico. Lac. Ad. Rauvvolf. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Cluſ. hiſt.
Fructus ipſius σφαιρία Dioſcorides, pilulas Plinius l. 24. c. 1. vocat.
Ex hujus truncis craſsis montis Athon incolę naviculas conficiunt, Bellonio eas deſcribente.
II. Arbor Platani folio fructu peponis magnitudine eduli.
Mamœra ipſa arbor: at fructus Mamaon ab uberum forte ſimilitudine, Luſitanis in America eſt mas ſterilis, fœmina fructifera, Cl. cur. poſt.

S A S S A F R A S.

Arbor ex Florida ficulneo folio.
Pavame Indorum, Monardi, Lugd. Frag.
Saſſafras arbor, Monardi, Lugd.
Saſſafr. Caſt. Capevaccio, cui & Ind. Saſſifragia.
Lignum ex India Occid. Saſſafras vocant, Cæſ.
Saſſafras, ab indigenis in Virginea, Winauck appellatum, par. 1. Ind. Occident.
Ex Florida, novi orbis provincia, adfertur: fructum oblongum, rugoſum, longiſsimis pediculis donatum habet. Hujus folia fructumq́; Doct. Doldius p. m. unà cum infinitis alijs ad me Norinberga miſit.

R I C I N U S.

Ricinus, Dioſcor. l. 4. c. 164. Κίκι ἢ κρότων, à ſimilitudine Crotonis vel Ricini animalis, quod ſemen ejus refert, quod animal Plinius l. 11. c. 34. & l. 30. c. 10. deſcripſit. Alijs Pentadactylus & vulgo Palma Chriſti, [illegible] palmam digitis expanſis æmulantur, Mauritanis Cerva. Dioſcoridi arbuſcula eſt ut [illegible] habens folia Platani, at majora, leviora ac nigriora, ramis radicibusq́; cavis harundinis modo: ſe[illegible] aſperſis. At Plinio l. 15. c. 7. Cici arbor in Aegypto copioſa, & in Hiſpania repente provenit, altitudine [illegible] ferulaceo folio [illegible], ſemine uvarum gravidum &c. meminit & l. 16. c. 22.

I. Rici-

I. Ricinus vulgaris.
Granum regium majus, Meſuæo.
Ricinus, Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſn. hott. Lac. Lon. Adv. Lob. (Gallis Palma Chriſti) Cæſ. Caſt. Lugd. Tab.
Cici, Geſn. hort.
Kikaion S. Jonæ: Alkaroa & Kerua Arabibus: Mira ſole Italis, Guiland. epiſt.
Ricinus vulgaris, Cam.
Phaſelus Romanus Thuſcis, Mar. Virgilio.
Ricinus, Kerua Tripoli, Rauvvolf.
Cerva aut Cataputia major, Frag.
Ricinus major, Eyſtet.

Folijs ludit: quare Theop. 1. hiſt. 16. Crotonis folia initio cùm proveniunt, rotunda ſunt, deinde in angulos formantur tàquam perfectè articulata. Ratione loci magnitudine variat: nam hominis craſſitudine in Hiſpania Cluſ. & magnas arbores in Creta, Bellon. vidit, ut ſcalis admotis conſcendi debeant: ex quo apud Hiſpanos oleum conficiunt, quod oleum ficus infernalis nominant, Monar. & Fragoſo monentib.

Fit etiam in horto Eyſtettenſi mentio Ricini minoris, qui omni ex parte prædicto magnitudine cedit.

II. Ricinus vulgaris minor.
Ricinus minor, Eyſtett.

III. Ricinus Americ. major ſemine nigro.
Ricinus Americus, Curcas incolis, Cluſ. notis ad Monard. Lugd. Tab.
Ricinus Syriacus, Cam.

IV. Ricinus Americanus minor.
Eravvay: Ricini puſillum genus, Cluſ. exot. l. 2. cap. 21. &
Ricini ſemina exigua l. 2. c. 25. ſub fructu nono.

V. Ricinus Americanus folio Staphyſagriæ.
Ricinus Americanus folio ficus Ponæ.

VI. Ricinus Americanus falſo creditus.
Dende Serapionis, & Abelmoluch Mauritanorum, Imperato.

Serapioni ſpecies tres ſunt, Seni, Sahati & Indi; at Imperatus legit, Chinenſe, Indianum & Sahatenſe, quod minus probatur.

VII. Ricino affinis fructus.
Exoticus fructus quartus, Cluſ. ex. l. 2. c. 24.

VIII. Curcas Malavarenſium: Carpata, Cambayenſium, Garziæ: fructus eſt magnitudine Avellanæ cum ſuo putamine, candidus, guſtu quaſi ſunt tubera cocta: forte Habilcul-cul Serapioni.

SECTIO SEXTA.

Pomiferæ Arbores.

MALUS; MALUS CYDONIA; CITRIA; LIMONIA; ARANTIA; PUNICA; PYRUS; PERSICA; PERSEA; AMYGDALUS; ARMENIACA; Prunus; Myrobalani; Sebeſten; Jujubæ; Cornus; Lotus; Guajacum; Ebenus; Ceraſus; Chamæceraſus; Styrax; Aria & Hamomilis; Cotonaſter & Chamæmeſpilus.

POMUS SIVE MALUM.

ETſi Pomi nomen apud Latinos latius pateat, quàm μῆλον apud Græcos: attamen uſus obtinuit, ut Pomus pro Malo arbore, & Pomum pro Mali fructu capiatur: quamvis Plin. l. 15. c. 17. etiam ipſam arborem Pomum appellarit. At Græcis, ſi nullum Adjectivum addatur. Malus μηλέα, & Malum μῆλον nominatur: derivatur autem μῆλον, à verbo μέλω, quod idem atq; φροντίζω, ſive curo ſollicitusq; ſum, denotat: quia de ipſis priſci mortales multum ſolliciti fuerunt, cura, ſeduloq; ſtudio digna judicarunt: & id forte propter inſignem uſum alimentarium cibariumq;. Pomum autem, cujus primus inventor Dionyſius ab Athenæa ſtatuitur, forte ſic dictum quod eorum plurima etiam ſitim tollant, ita ut ſimul ſint cibo & potui.

Genera malorum Dioſc. ſunt l. 1. c. 159. & ſeq. vulgaria, cotonea, perſica, armeniaca, medica ſive citria, quæ Adjectivo addito diſtinguuntur. At vulgaria eidem ſunt, verna, melimela, epirotica, ſylveſtria. Sic Th[eo]p. 6. cauſ. 24. ſunt tam ſylveſtria quàm urbana: & 4. hiſt. 16. ſunt verna, ex omnibus infirmiſſim[a] [illegible] hiſt. 19. [illegible] hiſt. 14. malus punica: & 4 hiſt. 4. malus perſica & malus medica. Et Plin. l. 15. c. 14. multa genera enum[erat] [illegible] Zizipha, tuberes. & quæ lanata vocantur: in ſumma genera 29. recenſet. Mala, inqui[t], habent origin[em] [illegible] tio, Ceſtioq; & Manlio: item Claudio: quin & Cotoneo, inſita ab Appio, Appiana c[o]gnominata, i[llegible]

neutrum magnitudo quæ Claudianis: ſunt & Sceptiana ab inventore Libertino. Cato adjicit Quiriana, & quæ tradit in doliis condi, Scantiana: ſunt parva gratiſſimi ſaporis, quæ Petiſia nominantur: patrias nobilitavêre Camerina & Græcula. Cetera è cauſis traxêre nomen: germanitatis cohærentia & Gemella, nunquam ſingula in fœtu, coloris Serica, cognationis Melapia (quod malorum & pyrorum quandam ſpeciem habeant.) Muſtea à celeritate miteſcendi: quæ nunc Melimela dicuntur à ſapore melleo. Orbiculata, à figura orbis in rotunditatem circumacti, quæ Græci epirotica vocant: Mammarum effigie Orthomaſtica: à conditione caſtrati feminis, quæ Spadonia appellant Belgæ. Meloſoliis folium unum, aliquando & geminum erumpit è latere medio. Celerrimè in rugas marceſcunt Pannucea: ſtolidè tument Pulmonea: Sunt quibus ſanguineus eſt colo, origine ex Mori inſitu tracta. Sunt & parva gratia ſaporis atq; etiam acutiora odore, ſylveſtria. Datis ſtrenè viliſſimis nomen, quanquam primis adventu, decerpiq; properantibus: hæc Plin. & Colum. l. 5. c. 10. de malorum generibus egit: ſic & Ruell. l. 1. c. 96. & ex eo Lugd. hiſt. his Plinij diverſas ſpecies Gallis familiares adjicit. Nam ſingulæ regiones plurimas malorum differentias habent: ſic Valerius Cordus in ſua hiſtoria ſupra triginta genera recenſet: Tabernæmontanus viginti tres figuras habet: & Joh. Bauhinus frater, in ſuo de balneo Bollenſi l. 60. genera, cum ſuis figuris & deſcriptionibus exhibet. Noſtri, inprimis magnifaciunt ea quæ Grunicher/id eſt Praſomila (quæ duplicia, nobiliora & vulgaria) nominantur, quæ colore ſunt in viridi pallido, figura oblonga, ſapore ex dulci & acido mixto, quæ ſerius cruda comeduntur, quare per totam hyemem durant, ægris aſſervantur, in cibis & medicamentis commendantur, quæ fortè Malacria Ruellij & Lugd. Secundum locum tribuunt illis, quæ Curtipendula vulgò Gallis dicuntur, & apud ipſos principatum obtinent, (quæ hodie prima commendationis, ad nobilem Alkermes confectionem, Ad.) Sic in Hetruria præſtantiſſima quæ Appiole & Mileroſe vulgò appellantur, Matthiolo notante. Et Scaligero, ut ex eo Geſn. lib. de hortis, Mala apiola Italis dicta, quæ dulcia quidem, ſed ita jucundè fragrant, ut univerſas Indias ſua ſuavitate ſuperent. Sed ſubſiſto, quis enim poſſet in tanta Malorum varietate, nominumq; pro cujuſlibet regionis & ruſtici placito, diverſitate, & cum quotidie novo inſitionis ingenio, velut nova prodeant, ſine errore ea recenſere? nec etiam opus eſt, cum arbores valde ſimiles ſint: licet fructus variet, ſiquidem poma magna ſint & exigua: rotunda oblonga: candida, viridia, lutea: quædam rubedinis aliquid, alia multum habeant, & quædam foris tantum, alia & intus, & quidem vel rubris tantum notis, vel lineis oblongis aſperſis: ſapore quoq; alijs acido, aquoſo, auſtero: alijs dulci: alijs indulci ſubacido, vel vinoſo: alijs inter dulcem & aceſcentem medio. Sunt deniq; præcocia, media, ſerotina. Sic malorum quædam genera, ramis & brachijs ſuis in latitudinem diduci ſolent, ita ut tecti cujuſdam ſpeciem, pedamentis in orbem digeſtis ſuſtentata, præ ſe ferant: peculiaria tamen videntur ſequentia.

I. Malus pumila, quę potius frutex quā arbor.
Mala præcocia, Trag. Tab.
Malus humilis, cujus fructus pomum Adami, Geſn. hort.
Hæc duplicia rubentia & candida.

II. Malus exigua pallidis floribus.
Malus arbor cujus fructus poma nana, Cam.

III. Malus ſine ſemine interius in fructu, Camer.

IV. Malus non florens, fructificans tamen, Geſ. hort. ap.

V. Malus folio pyri.

VI. Malus flore pleno.
Poma flore multiplici ſeu pleniflora, Eyſt.

VII. Mala ſylveſtria, quæ & alba & rubra: majora & minora.
Mala ſylv. rubentia, Tab.
Malus ſylv. rubens, Ger.
Malus ſylv. major albus, Tab.
Malus ſylv. alba, Ger.
Malus ſylv. minor, Tab. Ger.

Arbores pomiferæ exoticæ.

I. Malus Maluccenſis nonnihil ſpinoſa.
Mala Indica, Acoſtæ, Lugd.
Ber, Bor, Garziæ, Frag.
In hujus ramis formicæ alatæ Laccam conficiunt.

II. Mala Goënſia fructu octangulari pomi vulgaris magnitudine.
Carambolas, Garz. Frag. Acoſtæ, Lugd. Linſc. 4. par. Ind. Or. 10.
Carambolas, Camarix, Carabelli, Chamaroch, Bolunbac, Palud. in Linſcot.

III. Mala Guianenſia.
Pinas, quæ totius mundi poma ſuperat, necullibi meliora, quàm in Gujana, par. 8. Ind. Occid.

IV. Mala Americana pyri ſpecie.
Pomi peculiare genus in Nicaragua, nulli alteri Indiæ parti conceſſa, par. 5. Ind. Occid. c. 16.
Pomum Nicaraguę Bentzoni, Lugd. Cluſ. exot. lib. 2. cap. 28.

V. Pomo ſimilis Braſiliana.

Genipat Theveto, Lugd. Lerio.
an Yagua, Oviedi.
Juni Pappaeyma, Lerio 3. part. Ind. Occ. 37. Cluſ. ex. l. 1. c. 11.

Duplex eſt, alia fructu majore & eduli: alia fructu minore non eduli, & hujus fructus ſucco totum corpus inficiunt, Theveto, Lerio.

VI. Fructus prædicto affinis.
Fructus Braſilianus 1. & 2. Cluſ. exot. l. 2. c. 7.

VII. Pomo ſimilis fructu Caſtaneæ aſperiore.
Duriacon fructus tribus involucris donatus, in Java 4. par. Ind. Orient. c. 6.

VIII. Arbor pomifera fructu aculeatò melonis magnitudine.
Batan arbor, cujus fructus Duryaoen, flos Buaa dicitur, Palud. in Linſcot.
Darion, Coſtino, Scalig. Lugd.
Doriones, Garz. Frag.
Duriones, Acoſtæ, Lugd.
Jaca major, Caſt.
Guanabanus, Oviedi, Cluſ. in Garz. & Lugd. qui fructum pingit.
Guanabanus Oviedi huic fructui valde ſimilis. Frag.
Duryoens ex Malacca, Linſc. par. 4. Ind. Or. c. 13. fig. 12.
Fructus cui ſuavitate in toto orbe ſimilis non reperitur, tantum in Malaca proveniens.

IX. Anon, Oviedo, Cluſ. in Garz. magnam cum Guanabano ſimilitudinem habens.

X. Abavo arbor radice tuberoſa.
Baobab, Alpino.
Abavo. Honor. Belli ep. 4. & 5. ad Cluſ.
Baobab ſive Abavi, Cluſ. exot. l. 2. c. 1.

Fructus Æthiopicus melonis magnitudine, brevi lanugine obſitus: folijs nunc ſingularibus, nunc binis, vel ternis, ſerratis, uni petiolo adhærentibus: modò non ſerratis, etiam binis aut ternis, aliquando quinis uno pediculo donatis: quæ ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

An idem cum
Guanabano Scaligeri, Cluſ. in. Garz. Lob. Lugd.
Fructus quidam ex Guinea, Guanabanus forte Scaligeri, Geſn. hort.

XI. Arbor Chinenſis fructu Anguriæ magnitudine.
Bruſathaes, Scalig. Pigafettæ & Lugd.

XII. Arbor fructu melonis forma pugni magnitudine.
Pepajos in India Hiſpanica, Linſc. 4. part. Ind. Or. 10.
Arbor folijs magnis latiſq;, quæ ſterilis, niſi arbor arbori ſociæ quaſi matrimonio jungatur.

XIII. Arbor Indica fructu Cucurbitæ forma & ſapore.
Higuero Oviedo, Cluſ. in Garz. & ex. l. 2. c. 2. Lugd.
Fructus Higuero apud Cluſium, Lob. Lugd. qui fructum & folium pinxit.
Higuero fortè, Taber.

Hujus ſeminibus Cambales filum trajiciunt, cruribus alligant, & pro tintinabulis utuntur.

XIV. Arbor America folijs pomi, fructu triangulo.
Ahovay Theveti, Cluſ. in Garz. Lob. Tab. Lugd. qui arborem & fructum ſeparatum pinxit.
Aouai lignum teterrimi odoris, cujus nucleus præſentaneum venenum, ex quo crepitacula Braſiliani faciunt, Lerio 3. part. Ind. Occid. c. 12.

XV. Fructus capitis magnitudine.
Locos fructus in Inſula Magador. in arbore, ramis & folijs carente, caçumine, putamine fibroſo, nucleo amygdalino, part. 8 Ind. Occident.

XVI. Fructus Indicus tinctoribus expetitus.
Brindones, Garz. Frag.
Brindoyn, Linſcot. 4. part. Ind. Or. c. 10.

Ex cortice acetum conficiunt.

XVII. Arbuſcula mali ſimilitudine, lacteum ſuccum fundens.
Pipinichi, Monardi, Caſt. Lugd. Frag.

Ex ramis inciſis lacteus humor emanat, cujus tres vel quatuor guttæ potentiſſimè purgant.

MALUS CYDONIA.

Malus Cydonia, Græcis μηλέα κυδωνία, à Cydone Cretæ oppido, unde primum advecta, Plinio l. 15. c. 11. dicitur. Cotoneum malum primus Cato, dein Plinius nominavit. Fructus μῆλον κυδώνιον, Latinis malum cydonium & cotoneum: officinis citonium.

Duum generum Dioſc. & Galeno: vera ac germana (ait Dioſcorid.) qualia parva & rotunda ſunt: alia στρούθια Struthia & magna, quæ minus utilia cenſentur: Theoph. 2. hiſt. 3. in στρούθιον κυδώνιον, ex Struthio cotonea degenerat: & Galen. 6. tuend. ſan. quædam dulciora, majora ac minus acerba, quæ in Aſia Struthia vocantur: at 2. alim. Cydonia à Struthijs, quæ etiam Struthiomela nominat, aperte diſtinguit, Cydoniorumq́; ſuccum minus eſſe ſuavem, & maximè adſtringentem. Columell. l. 5. c. 10. tria genera facit, Struthia, Chryſomela, Muſtea, Plin. l. c. plura ejus genera chryſomela inciſuris diſtincta, colore ad aurum inclinata: quæ candidiora noſtratia cognominata, odoris præſtantiſſimi: eſt & Neapolitanis ſuus honor: minora (fortè majora legendum) ex eodem genere Struthea, odoratius vibrant, ſerotino proventu, præcoci verò Muſtea. Strutheis autem Cotonea inſita, ſuum genus fecere Mulvianum, quæ ſola ex ijs vel cruda manduntur. Sunt præterea parva ſylveſtria è Strutheis odoratiſſima, in ſepib. naſcentia. Gallis quoq; & Italis tria genera ſunt, & minora Mala, majora Pyra cotonea vocant. Sic Perſica arbore in malum Cydoniam inſita, Cydonium malum enaſci, ſcribit ex Monardi Geſ. hor.

I. Mala cotonea minora.
Malus cotonea, Brunf. Trag. Matth. Ang. (cui & Matthiolo triplex fructus) Fuch. Tur. Caſt.
Malus cydonia, Geſ. hor. Lac. Lon. Ad. Tab. Cam. cui fructus varij generis.
Coroneus, Cord. hiſt. & fructus Mala cotonea minora ſive Struthea.
Cotonea & cydonia mala, Lob.
Mala rotunda minora, nonnullis χρυσόμηλα ab exterioris cutis colore, Dod.
Poma cotonea in Inſula Pieco. Ind. Occid. par. 9. add[illegible].

Ex his Genuenſes ſuum delicatiſſimũ Cydoniatum parant.

II. Mala cotonea majora.
Mala cotonea majora, Cord. hiſt. ſpe[illegible] dici, in Dioſc[illegible] monet, & majora malis ſimilia, mi[illegible]ora verò, pyri [illegible] turbinata, aſſerit.

Corb-

Cotonea magna & Pyra cotonea, Geſn. hort.
Mala cotonea oblongiora & majora, Dod.
Pyra cotonea, Cæſ. Pyrum cydonium, Ger.
Cotonea majora ſive Struthia, Cam. ep.
Struthia & Pyra cotonea, Caſt.

III. Mala cotonea media.
Mala cotonea milviana ſive notha, quia proveniunt ex Cotoneis quæ Strutheis, vel è contra inſita fuêre, Matthiol. Caſt. Lugd.
Cydonia milviana, Tab.

Majores ſunt primis: at ſecundis minores.

IV. Malus cotonea ſylveſtris: & Cord. in Dioſc. & hiſt.

Hæc ſativæ per omnia ſimilis, ramis minoribus & fructu minore, quod ſponte ſua in Danubij petroſis ripis in collibus proveniat.

V. Cydonia exotica.
Cydonia è Bengala, Garz.
Serifolia, Fragoſ.
Marmelos de Bengala, Caſt.
Mala cotonea ſive Mermelacta ex quo fructus, quem Capotes ſive Chicocapotes nominant, par. 9. Ind. occ. l. 4. c. 25.
Chicocapotes eadem ferè cum Capotes facie in nova Hiſpania, Idem.

Fructu eſt coroneo ſimili, folijs verò perſicæ.

VI. Arbor Indica cydonij facie fructu melonis effigie.
Melo corcopali, Scalig.
Arbor cydoniæ magnitudine & folijs, cujus fructus Corcopal, Theveto & Lugd.

MALUS CITRIA.

Malus Citria, Græcis μηλέα μηδική malus Medica & Aſſyria dicitur, utroque nomine à regionibus ducto, ut habet Theoph. 4. hiſt. 4. Etenim Citrus apud Medos & Perſas in primis frequens: dein Paladij diligentia in Italiam tranſlata fuit: poſtea in Hiſpania in uſum devenit, ut nemora & campos occuparit: fructus μῆλα μηδικὰ ἢ περσικά, addit Dioſcorides l. 1. c. 166. ἢ κεδρόμηλα. Latinis citria, citrea & citromela. Folium habet (Theoph.) ſimile & penè æquale Adrachne (Portulacæ Gaza) aculeos quales pyrus, aut ſpina acuta, ſed tenues & vehementer acutos & validos, Et Plinio lib. 12. cap. 3. Malus aſſyria quam alij vocant Medicam, folium ejus eſt Unedonis intercurrentibus ſpinis: Pomum ipſum (idem & Theoph.) alias non manditur, &c. Malum (Dioſcoridi) oblongum eſt, rugoſum, aureo colore, cum gravitate odoratum: ſemen habet pyri. Sanè his pomis olim non veſcebantur, ſed propter odorem tantum & medicamenta erant in uſu, arbore nimirum adhuc inculta, peramaros & acetoſos fructus ferente.

I. Malus medica.
Citrum, Brunf. Citria, Trag.
Citrangula, Monardi.
Citrus, Ang. Tab. Cæſ. Ind. orient. part. 9. lib. 4. cap. 31. arbor, Cord. hiſt.
Malus medica, Matth. Tur. Lac. Cord. hiſt. Dod. Lob. ſeu Citria, Eyſt.
Malus citria, Dod. gal. Geſ. hor. Lugd. Lon. Caſt. Cluſ. hiſt. Cam. & Ind. occid. p. 3. & Ind. or. p. 3.
Citria & Mala Medica, Bellon.
Citrones, Rauvvolff.
Mala citrina & poma citria, Ind. occid. p. 8.
Cedrus Theophr. at Dioſc. Medica malus, ſive Cidromela, Adv.

Fructus magnitudine variant: quædam in molem excreſcunt Melopeponibus parem, ita ut ad pondus librarum decem quandoq; perveniant, ut Cardanus & Geſnerus notarunt, quæ nullo ferrè ſucco ſunt, & ex Liguria & Adriatici maris inſulis adferuntur: alia minora: alia Limonum magnitudine, aut paulò majora, & à lacu Benaco aſportantur, quę potiſsimum in cibis expetuntur, & Pomcires, quaſi Poma citri vocari, Lugd. aſſerit: ſic alia prælonga, alia rotundiora. Etenim hominum induſtria, translatione, inſitione, omni deniq; cultus mangonio, Citria in plures formas digeſsit, ut remiſsiore ſapore & vehementiore: item dilutiore, ſaturatioreq; colore differant, non multum tamen naturâ & viribus, veluti Limonia, Arantia, atq; ea quæ Poma Adami vulgo nominantur. Quare Monardes lib. de Arantijs ſcribit, Citriorum genera multiplicia fuiſſe inſitione: ita ut reperiantur tot genera Limonum & alia, quæ nec Citro, nec Limonibus conveniant; quemadmodum Zamboas Torongas, Limas, Limones, quæ omnia nec priſci cognoverunt.

Sic citrum monſtroſum maximum, calceum Turcicum referentem, in horto Stutgardiano natum, J. Bauhinus in ſuo l. de thermis pingit.

II. Malus medica maxima pulpa plurima.
Ponzires, Cæſ. qui à citrijs melopeponis magnitudine diſtinguit, & Ponzires inter Limonem & Arantium ambigere ſcribit.

Hæc guſtui non ita placent, ſed quia pulpæ multò plus habent, officinis expetuntur, ſaccharo vel melle aſſervanda.

III. Malus medica fructu ingenti tuberoſo.
Melangula quæ alijs Citrangula, Cæſ.
Citrij mali genus quoddam in Provincia, humani capitis magnitudine, Cam.

Citranguli nomine volũt Monachi in Meſuen c. de oleo è pomis Citranguli, non ſolum Citria, ſed etiam Arantia & Limonia intelligenda eſſe

IV. Malus medica ab Imperatore Carolo V. ex Ungaria in Hiſpaniam delata, quæ omnium mali Medici generum acidorum ſuaviſsimum, ut Cluſius in ſua hiſt. refert.

V. Malo Medicæ affinis Javanenſis folio rotundiore.
Samaca fructus citri magnitudine, acidus, ſucculentus, granis nigricantibus, Linſcot. part. 4. Ind. or. & fig. 14.

Malus Limonia.

I. Malus Limonia acida.
Malus limonia, Matth. Dod. Lon. Lugd. Caſt. Tab. & Ind. occid. par. 3. & orient par. 3.
Limones, Dod. gal. Cord. in Dioſc. Bellon. Rauvvolff. Tur. Adv. Lob. Cæſ. Cluſ. hiſt. & Ind. occ. par. 9. l. 4. c. 31.
Limon arbor ex citrij genere, Cord. hiſt.

Tum facie, tum facultate Citria referunt: cujus plures differentiæ, quædam oblongiores, aſperiores, cortice craſsiore, Cucumeris aut Melonis effigie, & Limæ Adverſar. dicuntur: alij cortice læviore tenuiore, ſucco acidiore. Cordo quadruplex genus, 1. anſerini ovi forma & magnitudine: 2. minus, globoſum, utroque capite veluti umbilico inſigne: 3. ovi gallinarum figura & quantitate: 4. tertio æquale, globoſum, ſuperficie æquale.

II. Malus Limonia major dulcis.
Limones dulces, Cæſ.
Limones dulces oblongis Limis ſimiles, Cluſ. hiſtor.

III. Malus Limonia minor dulcis.
Limones puſilli dulciſsimi in Zeilan, Scaliger, Lugd.
an Limonis genus in Hiſpania, vix nucis amplitudine, Cæſ.

IV. Malus Limonia folio ſerrato, fructu oblongo cortice tenuiſsimo.
Limas primum genus, Cluſ. hiſt.

V. Malus Limonia fructu rotundo orbiculato.
Limas alterum genus, Cluſ. hiſt.

VI. Limones prægnantes alium fructum minorem in ſe continentes, Cluſ. hiſt.

VII. Limones variarum figurarum toti ferè carnei, Cluſ. hiſt.

VIII. Limones citrij mali grandioris magnitudinem æquantes, Cluſ. hiſt.

IX. Limonum ſyl. in Syria provenientium, Scalig. & Lugd. meminêre.
Limones ſylveſtres non majores ovo columbino, circa Cairum, Bellon.

MALUS ARANTIA.

Aurantia, fortè à corticis colore, qui colore auri relucet, ut Aurea mala verè nominari poſſint: ſive ab Arantia oppido dicta: veteribus ignota, inſitione ad nos devenerunt. Citrus enim arbor, in Aurantio inſerta ad magnam proceritatem pervenit: Arantius verò in Citro, tam humilis, ut Aurantius unius cubiti magnitudinem non excedat.

I. Malus Arantia major.
Pomum Arantium, Trag. Eyſt. ſive Nerantium, Rauvvolff.
Aurantia mala, Matth. Lac. Cæſ. Lon. Caſtor. Lugd. Tab. Cam.
Aurea & Aurantia mala, Bellon. & Ind. or. par. 1.
Aureum malum, Geſ. h. Dod. gal. (cui & malum heſpericum) Cluſ. hiſt. & Ind. occid. p. 3. & p. 8.
Arangia, Cord. in Dioſc.
Arangius ſive Citrius arbor, Cord. hiſt.
Arantia, Tur. Lob.
Malus anarantia, Dod.
Aurantia: nonnullis in locis Indiæ integræ ſylvæ ſunt arborum aurantia ferentium: in part. 9. Ind. or. l. 4. c. 31.

Genera plura ſunt ab inſitione prodeuntia: hinc pleraque cortice amaro, craſſo, aureo: alia ſubvirente: alia cortice tenuiſſimo, ſubrubente, medulla dulci: aliqua & cortice dulci: aliqua in uno pomo duo genera botrorum habent: alia abſque ſemine ſunt. Sic & pulpæ ſapore differunt, cùm alijs acida, alijs dulcis, alijs vinoſa, ſive media ſit.
Sic in regno Congiano habentur, quæ nec dulcia, nec nimis acria: & in inſula Fayel, ſuaviſſima & ſapidiſſima: par. 3. Ind. orient. c. 7. & in China poma aurea, quæ dulcedine ſaccharum vincunt, par. 2. Ind. or. c. 25.

Ex floribus aqua elicitur, quam Lanfam vocant.

II. Malus Arantia humilis.
Aurea malus pumilio, Cluſ. hiſt.
Poma Aurantia Nana dicta, Eyſt.

III. Malus Arantia cortice dulci eduli.

Arantia in Indiæ inſula Zeilan, cortice dulci & ſuavi, Scalig. & Lugd.
Aurea malus eduli cortice, Cluſ. hiſt.

IV. Malus Arantia unico grano.
Aurea malus μονοσπερμόφορος, Cluſ. hiſt.

Malo Arantio ſimiles exoticæ.

I. Malo Arantio parvis fructibus ſimilis.
Aracinappil Indorum.

II. Arbor peregrina Aurantio ſimili fructu, Cluſ. exot. l. 1. c. 13.

E Nigritarum regione delata, pulpa fungoſa, nonnullis granis ut in ficulneis permixtis.

III. Coru folijs mali aureæ, flore luteo, Acoſtæ: at Garzias & Fragoſus, & Caſtor. folia mali perſicæ, flores candidos tribuunt, uterque radicis cortices ad ventris profluvia commendat: Luſitanis Herba Malauarna, Caſtori.

IV. Carcapuli, Acoſtæ, Lugd. append. Caſt. fructu malo aureo æmulo.
Carcapuli, Linſc. 4. part. Ind. orient. cui fructus ceraſi magnitudine: & fig. 17. iconem exhibet.

V. Guyabo pomifera Indica.
Guyabo arbor, at fructus Guyaba dicitur Oviedo.
Guajava, Scalig. Lugd. Cluſ. hiſt. app. 1.
Guayavas, Monardi, Lugd. app. Frag.
Guayavos, Gomaræ, & part. 4. Ind. occid. c. 28.

Alia ſativa, alia ſylveſtris: ſic alia pomis longiuſculis aut rotundis, luteis aut viridibus: pulpa alijs rubra alijs candida.

Malus Adami.

Adami pomum vulgo dicitur, quia cortex rimis quibuſdam exaſperatur, ac ſi dentibus demorſus eſſet, quare pomum, quod Adamus in Paradiſo deguſtavit, eſſe exiſtimant.
Pomum Adami, Matth. Cord. in Dioſc. Bellon. (qui à Citrijs ſive Poncires diſtinguit) Rauvv. Caſt. Lugd.
Citrius altera, Cord. hiſt.
Malus Aſſyria, Dod. Tab.
Pomum Aſſyrium, Adv. Lob.
Poma Adami quæ Gallis Poncires, Cluſ. hiſt.

A Limonibus natura & viribus non multum differt, folijs Limonij, floribus Citrij fructu Arantij, ſed duplo triplóve majore.

MALUS PUNICA.

Malus punica, Græcis ῥοιά, Dioſcoridi l. 1. c. 151. & Theoph. ῥοά, quo nomine & fructus donatur. Hippocrates l. de nat. mulieb. σίδας appellat. Plinio l. 13. c. 19. Africa circa Carthaginem punicam malum cognomine ſibi vendicat, aliqui Granatum appellant. Communiter malum granatum, ab interiorum granorum multitudine: alijs à Granata Hiſpaniæ regione, quod in ea copioſe proveniat. Hanc Theoph. 1. hiſt. 3. ſic deſcripſit: radicem habet brevem & per ſumma terræ adhærentem: 1. hiſt. 5. caudices multos: 1. hiſt. 8. ſed contortiores & breves: 1. hiſt. 14. verum in ramos ſpargitur & molem ſuperiorem, grandioremq́ gestat: 1. hiſt. 6. folia anguſta ſunt: 1. hiſt. 17. fructus ex humore & cute conſtat: 1. hiſt. 18. & acinos habet: 1. hiſt. 22. verum ſuper fructum ipſum florem inſidentem emittit: 1. hiſt. 23. & ex annotinis fructus gignit, &c.

Genera: Dioſcorides dulcia, acida & vinoſa recenſet: & Theoph. 1. hiſt. 19. ſuccus acidus eſt: & 2. hiſt. 3. & 4. in Aegypto acidam in dulcem quodammodo, aut vinolentam converti: in Cilicia omnes ſine nucleo ſurgunt, neglecta vero in ſylveſtrem tranſit: 1. cauſ. 15. nonnunquam etiam fructum ſecundum oſtendit: 5. cauſ. 16. & puniceæ dulces magis putreſcunt quam acidæ, &c. Plinius l. c. diviſit in genera, Apyrinon vocando, cui lignoſus nucleus adeſt: ſed candidior ei natura & blandiores ſunt acini, minusq́ amaris diſtincti membranis: alia ſtructura eorum, ut in favis. Communium & nucleos habentium quinque ſpecies, dulcia, acria, miſta, acida, vinoſa. Samia & Aegyptia diſtinguuntur erythrococcis & leucococcis: vide & l. 23. c. 6. Verum cum plures partes hujus in uſum medicum veniant, nominibus diſtincta, de his paucis.

Flores ſativæ punicæ, κύτινοι dicuntur Dioſc. l. 1. c. 152. & Gal. 6. ſimpl. at Gal. 6. κατὰ τόπους, Cytinus fructus rudimentum eſt, quod deciduo flore primum apparet & formatur: quæ Celſus, mali punici capitula vocat: & Plinio l. 23. c. 6. primus pomi hujus partus florere incipientis, Cytinus vocatur Græcis: & in hoc ipſo Cytino floſculi ſunt, antequam ſcilicet malum ipſum prodeat, erumpentes, quos Balauſtia vocari diximus. Verum Βαλαύστιον, ſylveſtris punicæ flos eſt Dioſcoridi l. 1. c. 154. cujus complura ſint genera, candidum, rutilum & colore roſaceo: & ex Cytino ac Balauſtijs, velut ex Hypociſtide ſuccus ad eadem efficax elicitur. At officinæ citra diſtinctionem Balauſtia nominant, quibus Cytinorum appellatio de ſativis ignota eſt.

Mali punici putamen, quod tanquam corium ſit, cortice durius, nucis involucro tenerius, Malicorium vocant, quod Græcis, σίδιον Dioſc. lib. 1. cap. 153. monente, nunc τὸ τῆς ῥοιᾶς λέμμα ἀπὸ τοῦ λέπειν dicitur.

Marcellus medicus, caliculos punici vocat. Plinio l. c. vulgus ex punicis acerbis coria perficere novit, ob id Malicorium appellant Medici: Officinis, Pſidion.

I. Malus punica ſativa.
Malus punica, Trag. Matth. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſ. hor. Tur. Lon. Lugd. Cam. fl. ſimplici, Eyſt.
Mala punica ſeu granata, Cord. in Dioſ. Bellon.
Malum punicum, Adv. Lac. Lob. Caſt.
Malus granata, Rauvvolff. Tab.
Punica quæ malum granatum fert, Cæſ.
Poma ſive malus punica, Ind. occid. par. 8.

Differunt potiſsimũ in ſucco, alijs acidus, alijs dulcis, alijs mixtus, medio quaſi ſapore, quem vinoſum vocant: & quæ medij ſaporis, Arabes Muza, voce μέσον corrupta, appellant. Mala punica majora in regno Congiano habentur.

II. Malus punica ſylveſtris.
Punica ſylveſtris, Cord. hiſt. Rauvvolff.
Pomum granatum ſylv. cujus flores Balauſtia, Anguil.

Sativæ per omnia ſimilis, ſed ſpinis horridior in Syria circa Alepum, Africa & Hiſpaniæ regno Granatæ.

III. Balauſtia flore pleno majore.
Malus granata ſylv. flore pleno, Rauvvolff.
Balauſtium, Lob. belg. Tab. Eyſt.
Balauſtium orientale, Caſt.

Punica flore adeo multiplici folio, ut Roſæ videantur centifoliæ, colore ſaturato.

IV. Balauſtia flore pleno minore.
Balauſtium flore minore Romanum, Eyſt.

Folijs atrovirentibus, calice craſsiore, flore minore, triſtiore, ſaturata purpura punicante à priore differt.

V. Malus punica fructu maximo, granis aureis.
Malus aurea, Dod. qui Palam Arienam Plinij ſuſpicatur, quæ tamen potius Muſa eſt, quę nullo eſt intus nucleo vel ſemine. Illa verò grana Mali punici majora obtinet. Quid ſit ignoro.

PYRUS.

Pyrus, Græcis ἄπιος, & de arbore & de fructu, ſed propriè de ſativa dicitur: nam ἀχράς pyrus agreſtis eſt (Pyraſtrum Gaza reddit) Dioſc. l. 1. c. 167. & 168. & Theoph. pluribus locis: quæ tamen differentia non ſemper obſervatur. Ἄπιος autem dicitur Euſtachio, quaſi non habens πιότητα pinguedinem: alij ab Apia regione deducunt, quod ex ea primum hæc arbor allata fuerit. Sic Pyra multis à fructus figura, quod ad pyramidis ſimilitudinem à lato in acutum ſpectet, & in mucronem turbinetur: & quemadmodum Mala, brevi pediculo annectuntur: ſic Pyra longo pediculo pendent. Eſt autem Pyrus Theoph. 1. hiſt. 5. natura fructificoſa: 1. hiſt. 16. folijs orbiculatis: 1. hiſt. 21. floribus foliatis: 1. hiſt. 18. ſeminibus congeſtis, quæ aliquo putamine & tunica continentur: 1. cauſ. 23. quæ omnia ferè pulpis plenioribus includuntur, quo plus temporis perdurare valeant, &c.

Genera pyrorum multa ſunt, Dioſc. l. 1. c. 177. addit Theoph. 4 h. 6. majorem in modum, bonæq; frugis, præterquam ſi quæ ſerotinæ. Plinio l. & c. 15. ſunt Superba, parva ſed ocyſsima: cunctis autem Cruſtumina gratiſsima: proxima ijs Falerna à potu, quoniam tanta vis ſucci abundat: lactea, à candore vocantur: alia colore nigro donavit Syria: reliquarũ nomina aliter in alijs atq; alijs locis appellantur. Sed confeſsis urbis vocabulis auctores ſuos nobilitavêre Decimana: Dolabelliana longiſsimi pediculi: Pompejana cognomine mammoſa: Liceriana: Severiana & quæ ex his nata ſunt Tyranniana, longitudine pediculi diſtantia, Favoniana rubra, paulo ſuperbis majora: Lateriana, Anitiana poſt Autũnalia acidulo ſapore jucundæ. Tiberiana, quæ maximè Tiberio principi placuere. Patriæ nomina habent ſereniſsima omnium Amerina, Picentina, Numantina, Alexandrina, Numidiana, Græca & Achrade ſpinoſa arbore: & in ijs Tarentina, Siguina, quæ alij à colore Teſtacea appellant: ſicut Onychina à colore gemmæ onychis, purpura. Ab odore Myrapia, Laurea, Nardina: à tempore Hordearia, quæ cũ hordeo matureſcunt: à collo Ampullacea & Coriolana &c. Multo plura ſunt hodie, imo infinita in tota Europa Pyrorum genera, quæ magnitudine, figura, oblonga, rotunda, orbiculata: odore: ſapore, dulcia & ſucculenta, acida: ſic alia ſicca, alia pinguia: colore, & tempore quo matureſcunt, alia tempeſtiva, alia ſerò matura, alia ſubito pereunt, alia ſervari poſſunt, differũt: & à primis inventoribus, regionibus, alijſq; notis nomina invenere, quæ ſigillatim explicari nõ poſſunt, cũ qualibet regio ſua habeat, & qualibet urbs peculiaria nomina ijs tribuat. Apud Germanos enim quamplurimæ differentiæ occurrunt, ut videre eſt apud Tragũ. Sic Val. Cordus quinquaginta, J. Bauhinus l. de balneo Bollenſi, ſupra quadraginta. Tabernæmont. ſeptendecim differentias propoſuit. Noſtri in primis magnifaciunt ea quæ ab odore & ſapore Moſchatellina, quæ Superba Plinij videntur: dein quæ à forma ovi Ovata dicuntur: tum quæ Speckbiren/ *id eſt, Lardina nominantur: tandem* Regelßbiren/ *ſive Regalia (Regia & Regulana, Geſ.) ex quorum ſucco Electuarium ſuaviſsimum paratur. Sic Galli ſua habent, in primis Bonchriſtiana cognominata Carol. Stephano & Lug. ut videre eſt apud Car. Stephanum, Ruellium, & in hiſtoria Lugdunenſi. Itali ſua, de quibus Matthiolus & Cæſalpinus.*

I. Pyrus

I. Pyrus ſativa.

Pyrus, Brunſ. Dod. ut: Cord. hiſt. Geſ. hor. Lon. Cæſ. Lugd.

Pyrum, Turn.

Pyra, Mat. Ang. Cord. in Dioſ. Lac. Ad. Lob. Caſt.

II. Pyrophylla, ad imitation. Plinij l.15.c.14. Malorum genera recenſens, Melofolia nominat quibus folium unum aliquando geminum erumpit è latere medio.

Pyra è quorum medio corpore folium exoritur, Dalech. in Plinium, Cam.

III. Pyra, quæ comeſta ventrem ſubducunt, Camerar.

IV. Pyrus ſylveſtris.

Ἀχρὰς ἢ ὄχνη dicitur: ὄχνη quidem à verbo ἄγχειν ſtrangulare, quod acerbitate ſua propemodum ſtranguleт: attamen inter ἀχρὰς ἢ ὄχνη ſunt qui differentiam faciunt: Achradem pyri ſpeciem quandam facientes ex Dioſcoride (ut Cæſalp. & Lugd.) quæ ſpinis quidem agreſtis modo, horrida ſit, ſed fructu pulcherrimo & optimo: ὄχνη verò, ſpinis armata, omnino ſylv. fructu puſillo, nec eduli, aliquando mediocris altitudinis, ſæpius humilis arbuſcula. Quamvis ἀχρὰς Ariſtoteli 8. hiſt. 6. de pyro ſylv. & ὄχνη, Homero etiam de pyro hortenſi dicatur. Deducitur autem ἀχρὰς, ab α privativo & χρεία, id eſt, uſu: eò quòd ejus fructus uſus nondum eſſe cœperit inter alimenta humani corporis, niſi forte extrema fame urgente.

Pyraſter Gazæ, ἀχρὰς, Theophr. 1. hiſt. 3.

Pyra ſylveſtris, Ang.

Pyra ſylveſtris major, Tab.

Pyra ſylv. & pyra ſylv. minima, Tab. Ger.

V. Pyra ſylv. Cretica.

Pyra exigua à Cretenſibus Achlades nominata, à noſtris diverſa: apud quos aliàs pyra ſylv. Agaſuga appellantur, Bellonio.

Pyro ſimiles exoticæ.

I. Pyro ſimilis ex Guinea.

Lata, fructus exoticus Cluſ. ex. l.2. c.22.

II. Pyro ſimilis fructus in nova Hiſpania nucleo magno.

Palto arbor cujus fructus benè maturus pyrum majuſculum refert, qui maturus butyrum æmulatur, in Inſula S. Dominici: at in Peru grandiores ſunt, cute duriuſcula: in Mexico minores cute teneriore, par. 9. Ind. Occid. l.4. c.24.

Melocotones ſeu Pyra Indica ſunt Mameyen, Guayanen, & Platen, Idem.

III. Pyro ſimilis fructus alter in nova Hiſp. Annona ſive Guanavano pyri magnitudine, pulpa butyri modo, cui grana plurima nigricantia includuntur: Joſeph. Acoſta l.4. c.25.

Mangier blanco eſt Annona ſive Guanavana, p.9. Ind. Occid. l.4. c.25.

IV. Pyro ſimilis fructus in Virginea.

Metaqueſunaux, fructus pyriforma & magnitudine, impensè foris & intus rubens: part. 1. Ind. Occid.

V. Fructus in Inſula S. Mariæ, pyra majora referens, intus mucculentum: par. 3. Ind. Or. 10.

MALUS PERSICA.

Malus Perſica: Græcis περσικὴ μηλέα: & Perſicus, Palladio: & fructus Perſicum malum, περσικὸν μῆλον, Dioſc. l.1. c.164. At Theoph. 2. hiſt. 3. πέρσιον (Perſicum Gaza reddit) Aegypti ſterileſcit: 3 hiſt. 5. ſed aliquando ibi & locis proximis fructificat: quanquã in Rhodo uſq; florem duntaxat devenit: ſed diſtinguere oportet à Perſea, quemadmodum ex Theoph. 4. h. 2. colligere eſt: & Plin. l.15. c.13. apertiſſime diſtinguit: falſum eſt (quod Nicander & Soſtrates prodidêre) venenatam cum cruciatu in Perſis gigni: id enim de Perſea diligentiores tradunt, quæ in totum alba eſt, myxis rubentibus ſimilis, nec extra orientem naſci volunt, &c. ſemper autem folia habet & poma ſubnaſcentibus alijs. Et Rauwolffius commemorat, Perſas etiam hodierna die Perſeam à Perſico arbore diſtinguere, quamvis etiam à Perſicorum eſu abſtineant, Nimrodi veneficio infecta & noxia effecta opinantes. Plin. l.15. c.13. in totum quidem Perſica peregrina etiam Aſiæ Græciæq; eſſe ex nomine ipſo apparet, atq; ex Perſide advecta: & mox: Perſicæ arbores ſerò & cum difficultate tranſeunt, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Aegypto earum fuerit hoſpitium: & l.16. c.28. Perſicæ arbores in Rhodo florent tantum.

Genera: Plinio l.15. c.12. perſicorum palma duracinis: nationum habent cognomen, Gallica & Aſiatica. At Perſicorum differentiæ plures ſunt, quæ magnitudine (ſiquidem alia majora, alia minora ſint) figura, quædam orbiculata, rimula quadam à latere, quædam in rotunditate oblonga, Cariota cognominata: colore: ſapore, dulcia, acida, vinoſa, auſtera, amariuſcula: maturationis tempore & ratione oſſis differunt. Sunt enim alia præcocia, alia ſerotina: præcocia, alia ſapore mali Armeniaci, alia admodum dulci & ſuavi. Serotina alia majora, etiam pugni magnitudine, ut ungarica: alia minora: majora vel alba, vel flava, vel modico rubore

aſperſa

aſperſa ſunt, qua Sole ſpectant, & intus in oſſis contactu, vel buxea, & quidem pulpa candida, lutea rubea. Sic minora, vel rubra ſunt, vel flava. Ratione oſſis: ſic in aliјs integer & facilè à carne recedit: in aliјs à carne ſeparari nequit, & quidem in aliquibus nucleus diſruptus, in quibuſdam per medium diviſus reperitur. Perſica Perſianis Hel dici, Rauvvolſſius monet.

I. Perſica molli carna & vulgaris, viridis & alba.
Perſicus, Brunf.
Perſica arbor & ejus primum genus, Trag.
Perſica, Fuch. Ang. Lac.
Perſica malus, Geſ. hor. Ad. Lob. Lug. Tab. quæ alba, & Ger.
Malus Perſica, Dod. ut: Turn.
Perſica viridia & alba, Matth. Caſt.
Perſicus alba & popularis, Lon.
Perſicæ primum genus, Cæſ. & vulgare, Lugd.

II. Perſica ſucco quaſi ſanguineo.
Perſicæ tertium genus, Trag.
Perſica ſanguineo ſucco madentia, Matth.
Perſica Ungarica ſanguineo ſucco, Geſ. hort.
Perſica in totum ſaturato colore rubentes, Dod.
Perſica Carota, Caſt.
Perſica rubra, Lon. Tab. ſeu ſanguinea, Cam. ep.
Perſica præcocia, Ger. ico.

Hæ duæ ſpecies lanatæ ſunt, carnem ſuccoſam & flaccidam habent, quæ communiter à nucleo tota recedit: & alia ſunt magna, alia parva: quædam prorſus viridia, quædam alba: quædã maculis rubris picta: alia carne alba flaveſcente: alia rubra, ut ſanguinolenta videatur: & hęc nucleo eſt alias foris rubente, alias nigro.

III. Perſica dura, carne candida, aliquando ex albo ſubrubente.
Rhodacina, Ægin. Aëtio.
Perſica duracina, Matth. Ang. Bellon. Geſ. hort. Lon. Caſt. Cæſ.
Perſicorum tertium genus ſive duracina, Lugd.
Duracina alba, Tab.

Duracina ob carnem duriorem ſic nominata, quę Rhodacina dicta, aut ob odoris ſuavitatem, aut quod plerunq; rubro colore alterna ſui parte niteant: aliquando pugni magnitudine, & fructu anguloſo, circa os rubente, quod aliquando per medium diviſum, aliquando in partes diſruptum reperiur, & à noſtris Perſica moſchata dicuntur: Horum ut ſequentium caro dura & nucleo tenaciſsimè adhæret: quæ aliquando etiam intus ſaturatè rubet.

IV. Perſica dura carne buxea.
Perſica cotonea, Matth. Caſt. Lugd.
Perſica Ungarica colore aureo, Geſ. hor.
Perſica buxea à Cotoneis denominata, Cæſ.
Perſica cydoniaria, Tab.
Perſica lutea, Ger.

V. Perſica æſtiva Armeniacis ſimilia, ſive Perſica S. Johannis.
Perſicæ quartum genus, Trag.
Perſica pumila, Cam.
Perſica præcocia, Tab. Perſica rubra, Ger.
an Perſica minima, Cord. hiſt.

Saporem pene ſimilem cum Armeniacis habent, ſed ex eo genere non eſſe, nucleus ſcabert & ſtriatus oſtendit, &c.

VI. Nuciperſica, quod nucum juglandium faciem repræſentet,
Nuciperſica, Matth. Lugd. Caſt.
Perſica nux, quæ Antiperſica Averrois, Ang.
Perſica præcocia, nuciperſica, Cæſ.

Hæc etiam nulla lanugine pubeſcunt, & colore & ſapore Perſica cotonea referunt.

VII. Perſica Amygdaloides.
Perſica amygdala, Matth. Lugd. Caſt.
Amygdalus perſico inſitus, Geſ. hor.
Amygdaloperſicus, Cam.

Pulpa Perſicum, nucleus Amygd. dulcem ſapit.

Perſica ſimiles exotica.

I. Perſicæ affinis in Taprobana.
Arbor Gehuph Indis Cobban, Thev. Lugd.

Fructu eſt rotundo, in quo nux Avellanæ par, nucleo amaro: gummi ex arbore utiliſſ. manat.

II. Perſicæ ſimilis putamine villoſo.
Mangas, Garz. Caſt. Frag. Acoſtæ, Linſc. par. 4. Ind. Orien. c. 7. fig. 14. item 5 & 8. par. Ind. Orien. Rauvvolf. Manga, Scalig.
Manges, par. 7. Ind. Orient.
Exoticus fructus 4. Mangas, Cluſ. ex. l. 2. c. 16.
an Mangenas fructus: par. 5. Ind. Orient.
Fructus verò Ambo & Amba vocatur.

Genera ejus plura, aliquando ab una arbore colore diverſo prodeunt, ſubvirides, flavi, ex viridi rubentes: ſine nucleo ejus generis reperiri Acoſta ſcribit: biferæ meminit Garzias.

III. Mangus aliud genus.
Mangas Recheadas ſive Mangas in Achar, Linſcot. 4. par. Ind. Orient. 7.

IV. Mangas fructu venenato.
Mangas ſylv. aliud genus, Acoſtæ, Lugd.
Mangas bravos, Palud. in Linſc.

V. Perſici

V. Perſici oſsiculo fructus Malacenſis.
Jambos, Garz. Frag. Acoſtæ, Lugd. Linſc. par. 4. Ind. Or. c. 9. fig. 13.
Jambeir arbor, fructus Jambos, Luſitanis; Jambali, Malabarenſibus, Acoſtæ.
Jambos, Arabibus: Tupha, Indis: Perſis, Tuphat: Turris, Almat, Palud. in Linſc.

Duûm generum: unus obſcurè rubet; alter ex candido rubeſcit, oſsiculo ut in Perſico, Garziæ: at Paludano, alterius fructus completè rubet & nucleo caret: alter levius purpuraſcit, & roſam ſpirat.

VI. Goan arbor & fructus, ex cujus cineribus Tuthia Alexandrina conficitur, Garziæ.

VII. Guajanos in Hiſpania nova, fructus granis duris, minora poma æquantibus, prægnans: ac in Peru hujus arboris facies diverſa, par. 9. Ind. Occid. c. 24.

Perſicorum genera omnia in nova Hiſpania & Peru, ut Melocotones, Albercokia & ſimiles: exceptis Ducaſnos, qui è Perſicorum genere ſunt, par. 9. Ind. Occid. c. 31. Sic in Angra perſica copioſiſsima eſſe, ſcribit Linſc. par. 3. Ind. Or. c. 6.

VIII. Matos ex claſſe Guayanorum & parvi albicantes Guaynavilli, naturæ frigidiuſculæ: Joſeph. Acoſta l. 4. c. 24.

P E R S E A.

Arbor Perſea περσέα Græcis, quæ à Perſica diverſa eſt, licet Theophraſtus utramq; πέρσιαν nominet: at Gaza loco priori Perſicam, altero Perſeam tranſtulit. Dioſcoridi l. 1. c. 187. περσέα arbor eſt in Aegypto fructum ferens cibo idoneum, quem aliqui prodiderunt in Perſide exitioſum eſſe, tranſlatam verò in Ægyptum naturâ mutata edulem fieri. Et Theophr. 4. hiſt. 2. eſt in Aegypto alia arbor Perſea vocata, aſpectu magna & pulchra, ſed maximè ſimilis pyro, & folijs, & floribus, & ramis, ſed folio perpetuo, &c. fructus pyri magnitudine, figura oblongus, Amygdali ſpecie, colore herbidus, intus nucem habet quemadmodum prunum, ſed multò minorem & molliorem, carnem valdè dulcem, &c. Galenus 2. κατὰ τόπους, fructus eſt pyri aut mali magnitudine, noxia in Perſide, veſca in Aegypto.

Perſea, Matth. Lonic. Rauvvolf. cui Sepha Perſianis.
Perſea America Matthioli, Lugd.
an eadem cum Perſea Plinij & Plutarchi?
Perſea, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt.
Perſea America Cluſij, Lug. hic fructum Cuciophoræ adpingit, quod Cluſ. in hiſt. non probat.
Perſea Plinij, Cæſ. qui dubitat an Anacardium ejus fructus ſit.

Hujus folia à Doct. Jo. Anatolio Privæo, inſigni apud Veſuntinos Medico & Botanico, unà cum quibuſdam bulbis anno 1622. accepimus.

A M Y G D A L U S.

Amygdalus, Græcis ἀμυγδαλέα, & per contractionem ἀμυγδαλῆ vocatur: fructus ἀμυγδάλη καὶ ἀμύγδαλον: Latinis amygdala & amygdalum. Amygdalam ideo Græcis nominari Herodianus ait, παρὰ τὸ ἐν τῷ μετὰ τὸ χλωρὸν ὥσπερεὶ ἀμυχὰς ἔχειν πολλὰς, quod poſt viride putamen nucleos ſcarificatos oſtendat & in rimulas dehiſcat, quas τὰς ἀμυχὰς vocant, Athenæo lib. 2. teſte. Antiqui, nucibus (ob oſſeum corticem) adnumerant, quas Cato Nuces Græcas vocavit, & Plinius l. 15. c. 22. tertio loco recenſuit. Amygdalus Theoph. 7. hiſt. 12. inter arbores potiſsimum, vel ſola ante folia flores emittit, vel unà cum folijs: 1. hiſt. 21. flores foliati ſunt: 1. hiſt. 23. & fructum ex ſurculis annotinis habet: 1. hiſt. 18. & ei ſemen protinus poſt tegmen ambiens ſubeſt: ſed non nudum, verùm ligno obductum. Idem oſtendit, quomodo diminutione ex amaris dulces efficiantur: 2. hiſt. 8. 1. cauſ. 21. 3. cauſ. 23. 5. cauſ. 24. & Plinius l. 17. c. 17. ſic etiam neglecta, ex dulci amara redditur, 2. cauſ. 20. Et Plinio l. 16. c. 25. floret prima omnium amygdala, menſe Januario: Martio verò pomum maturat. Sunt autem duplices, dulces & amaræ, ut ex Dioſcor. l. 1. c. 176. Theophr. & Plinio locis citatis colligitur: hæ ſalubriores, illæ ſuaviores creduntur. Naxia amygdala, à Naxo Inſula veteribus Græcis maximè commendabatur: ſecundas partes Cypria ſibi vendicabat, quæ præter cæterorum morem repando cacumine prodit.

I. Amygdalus ſativa.
Amygdalus, Brunf. Trag. Dod. ut: Cord. in Dioſ. (cui & Nux Græca) Geſn. hort. Lon. Ad. Lugd. Cam. Tab.
Amygdala, Matth. Ang. Tur. Lac. Bellon. Lob. Cæſ. Caſt. Eyſtet.
Amygdala ſativa, Rauvvolf.

Sunt majores & minores: laudatur majores, quæ lanugine carent, idcircò Pruno inſeruntur. Amygdalas minores, tàm amaras quàm dulces, & quidem alijs triplo minores, adhuc putaminibus ſuis incluſas, ex Aſia afferri, teſtatur Cord. in

in ſua hiſtoria. Sic Geſner. meminit Amygdali nuces rotundas ferentis. Nunc dulces habemus duplices, vel duro, vel molliore putamine.

II. Amygdalus ſylveſtris.

Amygdalus ſyl. in ſepib. Tripolitanis, Rauvv.

III. Amygdalus Peruana.

Fructus exoticus Hiſpalenſis 2. Cluſ. ex. l. 2. c. 18.

IV. Amygdalæ Guyanenſes, Cluſ. ex. l. 2. c. 6.

V. Amygdalo ſimilis fructus Peruanus fuſcus vel ſpadiceus, linea candida.

Fructus peregrinus 9. ſive Pepitas del Peru, id eſt, acini Peruiani, Cluſ. ex. l. 2. c. 30.

Fructus peregrinus 9. in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

VI. Amygdalis ſimilis Guatimalenſis.

Avellana Mexiocana, cujus fructum indigenæ Cacao appellant, quæ Palmarum naturam obtinet, Guiland. pap.

Cacavate Benzoni, Lug. In. oc. p. 5. vel l. 2. c. 16. 17.

Cacao, Joſ. Acoſtę, vel Ind. Occid. par. 9. l. 4. c. 22.

Cluſ. ex. Lugd. Tab.

Fructus ſiliquis incluſus Amygdalarum ſpeciem refert, cujus integræ naves plenæ ex Guatimala afferuntur: cum hac in nova Hiſpania mercatores negotiantur, cum ipſis monetæ uſum præbeat & eleemoſynæ loco pauperibus diſtribuant: quare per univerſam Americam multi uſus: imò ex eo potum conficiunt quem quem Chocolate nuncupant: Benzoni, Lugd.

VII. Amzgdalis ſimilis cortice ſpinoſo.

Amygdalæ ex Andes: par. 4. Ind. Occ. l. 4. c. 26.

MALUS ARMENIACA.

Malus Armeniaca, μηλέα ἀρμενιακή, & fructus μῆλα ἀρμενιακά. Dioſcor. l. 1. c. 156. Perſeis ſubjungit: minora quæ ἀρμενιακά, Romanis πραικόκκια dicuntur: Latinis præcocia, quòd ante alios fugaces fructus matureſcant: nominantur & Præcoqua: Galenus inter Perſica repoſuit, ut & Pl. l. 15. c. 12. inquiens: poſt autumnum (ſcil. Perſica) matureſcunt, æſtate præcocia, intra triginta annos reperta, & primo denarijs ſingula venundata. Supernatica è Sabinis veniunt: popularia undiq; : pomum innocuum expetitur ægris. His verbis Plin. duo Præcocium genera indicare, Dalechamp. voluit: alterum Supernas, amplum & magnum, quod è Sabinorum locis advehebatur, vulgo Armenium majus: alterum vulgare, parvum & ſtrigoſum, etiam Armenium dictum.

I. Mala Armeniaca majora.

Armeniaca, Ang. malus, Matth. Lac. Bellonio ab Armenijs dicta.

Armeniaca majora, Cam. Tab. Eyſt.

Armeniaca major Baracocca vulgo, Cæſ.

Malus Armeniaca major, Matth. ep. Ad. Lugd.

Mala Armeniaca maxima, Geſ. hor.

Hæc mole corporis & ſuavitate præcellunt, & ſapore differunt à minoribus, quæ ſapore auſteriore ſunt, quæ ſine cultura & inſitione exigua ſunt.

II. Mala Armeniaca majora, nucleo dulci.

Malus Armeniaca candicantia nucleo oblongo dulci ut in Amygdalis, Geſnero.

III. Malus Armeniaca minor.

Præcocia, Brunſ. Ang.

Perſica minora, Brunſ.

Perſicus præcox vel Armenia, Geſ. ap.

Perſici quartum genus, Lon.

Armeniaca minora, Matth. Cam. Tab.

Malus Armeniaca, Dod. ut: Tur. Cord. in Dioſcor. Lob.

Malum Armenium vel præcoquum commune, Geſn. hort.

Malus Armeniaca minor, Ad. Lug.

Armeniaca, Cæſalp.

PRUNUS.

Prunus κοκκυμηλέα Dioſc. l. 1. c. 174. nota arbor eſt, cujus fructus eſculentus eſt. Fructus κοκκύμηλα pruna dicuntur. Theoph. 3. h. 16. folia ſimilia habet Arbuto & Andrachne, arbor parva: 1. h. 18. ſemen habet carne & nucleo interjacente: 1. h. 29. ſuccum dilutum: 1. h. 22. ſuper fructum ipſum florem inſidentem emittit: 3. h. 7. radice numeroſa. At 4. h. 3. eſt & alia quædam arbor κοκκυμηλέα magna, fructum ferens ſimilem meſpilo, majorem, nucleum habens rotundum, &c. Eidem 9. hiſt. 1. προύνης (pruno Gaza) humor in lachryma modo gignitur.

Genera: Dioſcorides Syriacorum, & eorum quæ Damaſci naſcuntur, meminit. At Plinio l. 15. c. 13. Prunorum ingens turba verſicolor, nigra, candicans: hordeacea appellata: alia eodem colore majora aſinina cognominata: ſunt & nigra, ac laudatiora cerina atq; purpurea: nec non Armeniaca, &c. ſic nucibus inſita, ab utroq; nucipruna appellata, &c. nuper in Bœtica malina appellari cœperunt, malis inſita, & alia amygdalina, amygdalis: his intus in ligno nucleus amygdalæ eſt: in peregrinis arboribus dicta ſunt Damaſcena, &c. & pruna omnia poſt Catonem cœpiſſe manifeſtum eſt.

Recentio-

recentioribus, pro diverſitate regionum plures ſunt differentiæ, & quidem inexplicabiles, vario cultu & ſtudio inſerendi (cùm & nuci, & malo, & amygdalo inſerantur, quæ faciem parentis, ſuccum adoptionis, ut Plinius dicit, exhibet) inventæ: nam variant magnitudine, figura, colore, ſapore: magnitudine, ſunt magna, media, parva. Figura, longa, rotunda, acuminata. Colore, alba, viridia, lutea, ceræ coloris, rubra, ex puniceo rubentia, caſtanearum coloris, cærulea, ex cæruleo nigricantia. Sapore acida, dulcia, medij ſaporis, auſteriora; ſic caro in quibuſdam ſiccior, facilè ab oſſe ſeparabilis, alijs humidior & pertinacius adhærens. Ita alia alvum ſolvunt, quæ dulcia: alia eam cohibent, quæ auſtera & acerba. Sunt carne Pruni & cute ſubviridi Pruni, ſed nucleo Perſici quæ Prunoperſica, Adv.

I. Prunus, Brunf. Trag. Matth. Dod. ut: Tur. Lon. Caſt. Lugd.
Prunus ſativa, Fuch. domeſtica, Lob. Ger.

II. Pruna magnà dulcia atrocærulea.
Brabyla, Theocrito.
Pruna Damaſcena, Trag. Matthiol. Dodon. gal. Cord. in Dioſc. Lugd Ger. deſc.
Palma datur Damaſcenis, quæ ex Syria Venetias ſicca adferuntur, quæ nucleo ſunt longo & plano potius quàm rotundo, Bellonio monente: ſecunda quæ ex Pannonia (Ungarica quæ etiam Damaſcena, Cord. in Dioſc.) & Tranſylvania adferuntur, ex Matthiolo Lugd. at Dodonæus ex Thoma Jordano, Moravica magis ad alvum leniendam commendat. Pruna Ungarica & Moravica, Cam. quæ
Pruna Brunenſia, Cluſ. hiſt.
Pruna Ungarica duplicia, majora & oblongiora, alia minora, rotundiora & dulciora, Matth. Geſn. hort. Lugd.

III. Pruna parva dulcia atrocærulea: hæc nucleum parvum, non multo Ceraſo majorem habent, & à noſtris Damaſcenula vocantur.
Pruna Damaſcena noſtratia, Bellon.

IV. Pruna magna craſſa ſubacida.
Pruna Ungarica præſtantiſſima, Damaſcena fortè, Geſn. hort.
Huc referri poſſunt Pruna acida in inſula S. Claræ, Ind. occid. p. 9. additam.

V. Pruna oblonga cærulea.
Prunidactyla, Trag.
Prunidactyla purpurea & ovata, Lugdun. qui Noberdiana & Juliana addit.
Hæc oblonga ſunt, nucleo oblongo, aliquantum incurvo, quæ etiam condita Veſuntio, ubi Dactyli vocantur, adferuntur.

VI. Pruna nigra carne dura.
Pruna Iberica & Pertigona vocata, Trag.
Pruna Hiſpanica, Dod. gal.
Pruna Perdigona, Lugd.
Pruna pernicona vulgo, Cæſalp. quibus addit Maſſiniana, ijs grandiora.

VII. Pruna coloris ceræ ex candido in luteum palleſcente.
Pruna cerea & Ceriola, Trag Dod. gal. Lug. Tab.
Pruna cerea, Cord. in Dioſc. Geſn. hort.
Pruna amygdalina, Ger. ico.
Hæc duplicia; præcocia, quæ majora, & ſerotina, quæ minora, Camer. epit. Reperiuntur quoque magnitudine ovi gallinacei, aut etiam anſerini, Geſn. hort. ſic quæ juxta pediculum in longitudinem extenuantur, ut Damaſcena & Catelana colore ſubviridi, Cæſ.

VIII. Pruna magna rubra rotunda.
Pruna aſinina, Trag. (& Pedicularia) Dod. gal. Lugd.
Pruna aſinaria, Cæſalp. quibus addit Gubia inguſtabilia.

IX. Pruna rotunda, flava, dulcia, mali amplitudine.
Pruna à malis cognominata, Cæſ.

X. Pruna Auguſto matureſcentia minora & auſteriora.
Pruna Auguſtana & Albanula, Cæſ.

XI. Pruna parva præcocia.
Pruna præcociora, à tempore avenacea dicta, Geſn. hort.
Prunus avenaria, Tab.

XII. Pruna parva ex viridi flaveſcentia.
Pruna parva ſerotina, cereola, Geſn. hort.
an Pruna viridacia, Geſn. & Verdacea, Cam.

XIII. Pruna amygdalina Plinij.
an Coccimelea, Theoph.
Amygdalina pruna, Lob belg.

XIV. Pruneoli albi, oblongiuſculi, acidi.
Pruna Galatenſia, ſive Perani pruneoli, Cluſ. pan. & hiſt.

XV. Pruna ex flavo rufeſcentia mixti ſaporis gratiſſima.
Pruneola quæ Brignolæ in ſcatulis repoſita copioſè reperiuntur, Rauvvolff.
Pruna de Brignioles dicuntur à loco natali in

 Gallijs,

Gallijs, unde enucleata (nucleo parvo ſunt) & exſiccata adferuntur, & in officinis noſtris habentur, & tam cruda, quàm cocta comeduntur. Verùm & in hortis noſtris habentur.

XVI. Prunus fructu rotundo nigropurpureo dulci.

Prunus cognominata Myrobalanus, Cluſ. pan. & hiſt. Cam. Tab. Ger.

Prunus Myrobalanus rotundus, Eyſt.

Eſt majore & minore fructu, hicque pulpam dulciorem habet.

Pruno ſimiles exoticæ.

I. Pruna Congiana lutea.

Ogegha arbor fructu luteis prunis ſimili, Pigafetta deſc. reg. Congiani: vel Ind. or. par. 1. l. 2. c. 1. an Lanca fructus in Gilolo prunis cereis ſimilis: part. 8. Ind. orient.

II. Prunus Braſiliana.

Hyuourahe Theveto, Cluſ. in Monardem.

Hiuourae Braſilianis, Guajaci ſpecies, Lerio part. 3. Ind. occid. c. 12.

III. Pruno ſimilis fructus Chinenſis.

Lechyas fructus prunis ſimilis, 2. part. Ind. or. cap. 25.

IV. Pruno ſimilis ovalis, cortice & nucleo cinereo.

Guayavenſis fructus 2. Cluſ. exot. l. 2. c. 6.

V. Pruno ſimilis oblongus ſpadiceus pulpâ albâ.

Guayavenſis fructus 3. Cluſ. l. c.

VI. Pruno ſimilis fructus ſubfuſcus ex Guynea.

Fructus exoticus 1. à Clutio, Cluſ. exot. l. 2. c. 23.

VII. Pruni figura fructus Guinenſis.

Fructus exoticus 2. à Clutio, Cluſ. exot. l. 2. c. 24.

VIII. Pruno cereo ſimilis fructus Africanus.

Ergen arbor folijs myrti, fructu pruni cerei, oſſe amygdali magnitudine lineis binis diſtincto: in Præfat. par. 1. Ind. or.

IX. Prunus Hiericonthica folio anguſto ſpinoſo.

Zaccon, quia in planitie Hierichontis non longè ab ædibus Zacchæi creſcit, Caſt.

X. Pruna inſana ſpinoſa.

Nux inſana, ab effectu Prunula inſana nautis Belgis, Cluſ. exot. l. 2. c. 26.

Fructus prunis noſtratibus minoribus ſimilis, mentem capiens, 4. part. Ind. orient.

XI. Pruno ſimilis ſpinoſa.

Jangomas, Garz. Frag. Lugd. Linſcot. 4. part. Ind. orient. 10.

Jangomi, Acoſtæ.

Fructus pruni facie, ſed loco nuclei granulis turget.

XII. Pruno ſimilis folijs, Laccam ferens: alij ex Sorbi vel Meſpili vel Myrti ramis colligi volunt, Garz. Vide inter gummata.

Prunus ſylveſtris.

Prunus ſylveſtris, Græcis κοκκυμηλέα ἀγρία, ſive ἀγριοκοκκυμηλέα dicitur, quòd rotunditate & magnitudine Cocci, mala ferat; Virgilio 4. Georgic. Spinum dicitur: fructus Dioſcorid. libr. 1. cap. 174. ἀγριοκοκκυμῆλον: & Galenus 2. aliment. teſtatur in Aſia προῦμνον appellari; Latinè Prunum ſylveſtre Prunellum & Prunulum vocant. At Theophraſtum 3. hiſtor. 7. σποδιάδα, vel ut apud Athenæum libr. 2. legitur, σπονδιάδα vocari volunt. Spodias, inquit, velut ſylveſtris prunus habetur. Et Plinio libr. 15. cap. 13. pruna ſylveſt. ubique naſci certum eſt.

I. Prunus ſylveſtris.

Prunus ſylveſtris, Brunſ. Matth. Fuch. Dod. ut: Turn. Cord. in Dioſcor. Bellon. (cui & Spino) Geſn. hort. Lonic. Adv. Lobel. Cæſalp. Caſtor. Lugd. Tab.

Prunus ſylveſtris vulgaris, Trag.

Huic peculiare, quod deflorescens, ſimul ac imbres contigerint, fructus in oblongum & inane corpus convertitur, quos Itali Turcas vocant, Cæſalpino & Camerario monentibus.

Fructus alij ſunt magni, alij exigui, nonnulli rotundi, quidam oblongi: cujus ſuccus pro Acacia uſurpatur, unde ſtirpi Acaciæ Germanicæ nomen factum.

II. Pruna ſylv. præcocia.

Pruni ſylv. altera ſpecies, Trag.

Hæc majora ſunt & Auguſto maturantur, quare Germanis Haberſchlehen/ reliqua Schlehen ſimpliciter nominantur.

In ſylveſtri ſativaque pruno reperitur limus arborum, quem Græci Lichena appellant, Plinius lib. 23. cap. 7. at Dioſcorides Gummi vocat. Muſcum qui innaſcitur, Chirurgi noſtri magnifaciunt.

MYRO-

MYROBALANI.

Myrobalani, qui veteribus Græcis incogniti fuere (quámvis Bellonius Chryſobalanos Galeni velit) ab Arabibus verò inventi, & ex recentioribus Græcis, Actuario cogniti: hos Avicenna, generis nomine Dilegi, & Serapio Hartileg donavit: quorum interpretes, cùm viderent quodammodo ad glandis formam accedere, impropriè Myrobalanos verterunt. Officinis Myrabolani & Myrabulani.

Genera quinque ſunt, quæ Actuario μυροβάλανα ξανθὰ: κεβȣλὰ: ἰνδικὰ ἢ δαμασώνια: ἐμπελιτικὰ: βελετικὰ *dicuntur: & arborum genera quinq; diverſa, quæ in regionibus ſexaginta aut centum leucis à ſe diſtantibus naſcuntur, Garzia monente, quæ Pruni magnitudine ſunt & omnes ſpontè naſcuntur. Myrobalanos ex Palmarum genere eſſe, Cæſalpinus cenſet. At Cordus ſcribit Arabibus recentioribus tres tantum cognitas fuiſſe, Indas, Chebulas & Citrinas; quæ ab una eademq; arbore deſumantur: Belliricas ex peculiari arbore eſſe: & Emblicas peculiare genus dicit. Arabes fructibus Sacchara conditis utuntur, & Chebulorum major eſt gloria: & ad nos duo potiſſimum genera condita adferuntur, Chepula ſive Kebula & Bellerica. At Cluſ. in Garziam, Chepula rarius ad nos adferuntur, & non niſi dura & malè condita: Emblica verò copioſè recentiſſima & optimè condita. Sed de Myrobalanis inter Indicos ſcriptores conſule Garziam, Acoſtam, Fragoſum.*

I. Myrobalani maximi oblongi anguloſi pituitam purgantes.
Arabibus Quebolia & Quebulgi.
Myrob. Cepula, Meſu. Cluſ. in cor. Chepulæ, Actuario, Matth. Garz. Adv. Lob. Lugd.
Myrobalani Chebuli, Lac. Cord. hiſtor. Geſn. Lon. Cæſ. Caſt.
Myrobalani Chebulæ, Tab. Ger.
Myrobalani Chebuli vel Quebuli, Indis Arectan: Linſc. 4. part. Ind. or. 38. qui tab. 16. ſub Mirambolan majore, quæ alias Aretca vocitetur, figuram exhibet.
Arboris folia Perſicæ ſimilia.

II. Myrobalani teretes citrini bilem purgantes.
Myrob. lutei, Actuar. flavæ, Garz. Lob. Lugd. flava, Matth. & lutea, Cluſ. in cor.
Myrob. citrea, Meſu. citrini, Cord. hiſtor. Lac. Lon. Adv. Caſt. Ger.
Arabibus Azafar.
Myrobalani flavæ, citrinæ, luteæ, Tab.
Myrobalani citrini, Bellon. Cæſ. an Chryſobalanum Aſclepiadis.
Myrobalani citrini, Indis Arare, Linſc. 4. part. Ind. orient. 38.
Arbor Sorbi folio.

III. Myrobalani rotundæ belliricæ.
Arabibus Belleregi: bellileg: bellegu.
Myrobalani belliricæ, Matth. Cord. hiſt. Cluſ. in cor. Garz. Adv. Lob. Lugd. Tab. Ger. bellirici, Lon. Caſt. belerici, Lac.
Myrob. bellerici Gallæ modo rotundi, Cæſ.
Myrobalanus belliricus, Cord. in Dioſc. qui an Acacalis ſit bellericus, vel emblicus dubitat.
Myrobalani Bellirici, Indis Guti, Linſc. 4. part. Ind. orient. 38.
Arbor eſt folijs laurinis ſubcinericeis.

IV. Myrobalani nigræ octangulares.
Arabibus Aſuar.
Myrob. nigra, Actuario, Meſuæo, nigri, Adv.
Myrobal. Inda & Damaſonia & nigra, Cluſ. in cor.
Myrobalani Indicæ, Lob. Tab. Ger. ſeu nigræ, Matth. Lon. Garz. Lugd.
Myrobalani Indi, Cord. hiſt. Lac. Caſt. Cæſ. qui addit: nullo intus nucleo (quemadmodum & ſequentes) manifeſto.
Myrobalani Indici, Indis Reſonualle, Linſc. 3. part. Ind. orient. c. 38.
Arbor folijs eſt Salici ſimilibus, fructus octogono.

V. Myrobalani Emblicæ.
Arabibus Embelgi: Embleg: Ambegi.
Myrob. de Seni, Serapioni; Seniticę Avicennæ.
Myrob. Empelica, Matth. empelitica ſive emblica, Cluſ. in cor.
Myrobalani emblici, Lac. Cord. hiſt. Lon. Adv. Caſt. Cæſ. qui addit, figura parvi mali, ſed in parva fragmenta diſſecti.
Myrobalani emblicæ, Lob. Lugd. (qui inquit potius fragmenta eſſe, quam integra pruna, quadantenus triangula,) Tab. Ger.
Myrobalani Emblici Indis Amuate, Linſc. 4. part. Ind. orient. 37.
Arbor eſt palmæ magnitudine, folijs minutim inciſis & nonnulli fructu minimo naſcũtur.

Duo poſteriora genera Phœnicobalanos dici poſſe Cęſalpinus exiſtimat: ſiquidem nullo intus ligno ſpectentur, & cum maturi ſunt, nigreſcãt, ut Plinius l. 12. c. 22. teſtatur. Qui autem os intus habeant, ad Thebaicos & Arabicos Myrobalanos reducendos: de ijs enim Plinius, in

totum arentes Thebaides & Arabicæ macro corpore, exiles & aſsiduo vapore torrentes, cruſtam veriùs quam cutem obducunt.

VI. Myrobalanis flavis ſimilis fructus.
Hovos fructus in nova Hiſpania, Gomara, & Cluſius in Garz. Fragoſo.
Hobus ſive Hovus, Benzoni part. 4. Ind. occid. c. 28. & Oviedo.

Fructus Myrobalano ſimiles.

I. Fructus Myrob. oſsiculo ſimilis niger acerb.
Fructus minor 10. Paludani, Cluſ. exot. l. 2. c. 20.
II. Fructus fuſcus ſerratus Myrobalani forma.
Fructus 11. Gareti, Cluſ. exot. l. 2. c. 16.
III. Fructus Myrobalani nigri oſsiculo ſimilis, nucleo ſubfuſco.
Fructus 10. è navigat. Batav. Cluſ. exot. l. 2. c. 15.

PRUNUS SEBESTEN.

Prunus Sebeſten à Dioſcoride & Galeno præteritur: at Aegineta, Aëtius & Actuarius frequenter meminere. Dicitur μύξος: fructus verò μύξαι, μύξα, μυξάρια à pomi mucoſo lentore: Græci enim mucum μύξον vocant. Arabibus & officinis Sebeſten. Plinius lib. 15. cap. 13. ſimul dici poſſunt populares eorum Myxæ, quæ & ipſa nunc cœpere Romæ naſci inſita Sorbis. & lib. 13. c. 5. pruna in Damaſco monte nata, & Myxa: utrumque jam familiare Italiæ: ex Myxis in Ægypto & vina facta.

I. Sebeſtena domeſtica: an ὀμμμαξις Athenæo.
Sebeſten, Trag. Lac. Bellon. Rauvvolff. domeſtica, Alpino.
Prunus Sebeſtena, Matth. Lugd.
Myxæ vel Sebaſtæ, Cord. hiſt.
Sebeſtena, Geſn. hort. Caſt.
Myxa, Dod. Adv. Lob. Cæſalp.
Sebeſten, Myxæ ſive Myxaria, Tab. Ger.
Myxos arbor, ſive Sebeſtena noſtra, Lugd.
Differt à ſequenti folijs latioribus & craſsioribus: fructu majore, perfectiore & meliore.

II. Sebeſtena ſylveſtris.
Sebeſten ſylveſtris, Alpino.

ZIZIPHUS SEU JUJUBE.

Arbor, Ziziphus Columellæ l. 9. c. 4. dicitur: fructus verò Græcis recentioribus, ut Actuario & Simeoni Sethi ζίζυφα, ζίνζιφα, & ζίτζυφα, Latinis Zizypha: officinis Jujube. Sunt qui σηρικὰ Galeni 2. alim. eſſe velint, & quidem primus Serapio: at Guiland. in ſuo Theone, Zizypha & Serica diſtinguit. aliqui Tuberum genus, à colore Sericum, cognominatum, Plinij l. 15. c. 14. cum tamen Plinius à Ziziphis diſtinxerit; inquit enim, æque peregrina eſſe Ziziphæ & Tuberes, quæ & ipſa non pridem venerint in Italiam: hæc ex Africa, illa ex Syria: & l. 17. c. 10. & Zizipha grano ſeruntur menſe Aprili: Alijs Paliurus Africanus & Lotus ſecundus Polybij, Lobelio: Paliurus Theoph. ſed non Africanus, forte Paliurus Dioſcoridis & Plinij, Cæſalpino.

I. Jujubæ majores oblongæ.
Jujubæ, Trag. Cord. hiſt. Lon. Adv. Cæſ. Tab.
Jujubæ domeſticæ, quas Lotum Athenæi, Lotum in Pharide Theoph. & Lotum oſſeum Plinij Anguillara ſuſpicatur.
Jujuba Paliurum Africanum Theophraſt. eſſe propemodum certus ſum: Lotus Homeri 9. Odyſſ. Guil. l. c.
Jujubæ Arabum, Lob.
Zizipha, Matth. Lac. Caſt.
Ziziphus, Dod. ut: Geſn. hort. rutila, Bellon. (Græcis vulgo Ziziphia) Cluſ. hiſt. & hiſp.
Ziziphus punicea, Lugd. rubra, Cam. Rauvvolf.
Jujubæ, Zinziphia Cretenſibus, Bellon.

II. Jujuba ſylveſtris.
Jujubæ & Paliurus 2. Theoph. Ang. Adv.
Ziziphus ſylveſtris, Cam.
Zizipha, Caſt. ap.

III. Jujubæ minores rotundæ.
Jujubæ minores, Tuberes Plinio, Cord. hiſt.

IV. Jujuba Indica: folia hujus ſubrotunda, ut vulgaris venoſa, ſeſquiunciam lata, duas longa, per marginem crenis exaſperata, parte averſa molli ruſeſcente lanugine tecta: hæc Boræ nomine, cum ejuſdem ramulo, cui Lacca adnata erat, ex India Reverend. D. Terentius miſit.

CORNUS.

Quæ Latinis Cornus, Dioſcoridi l. 1. c. 172. κρανία arbor fortis, fructum ferens olivæ modo oblongum, primò viridem, maturum verò flavum, aut cereum, eſculentum. Theop. 3. hiſt. 12. & 5. h. 5. κρανέια, quædam, mas,

quædam

quædam fœmina, quam θηλυκρανείαν vocant: folium habet Amygdalæ (alij Mali legunt) niſi quod pinguius craßiusq́; corticem nervoſum, & tenuem, caudicem non nimis craſſum: fœmina virgas parvas, &c. Macedones ambas fructificare aſſerunt, ſed fœminæ fructum inguſtabilem eſſe, &c. Plinio lib. 16. cap. 26. Cornus circa Solſtitia, reddit primo candidum, poſtea ſanguineum: ex eo genere fœmina poſt Autumnum fert baccas acerbas & inguſtabiles cunctis animantibus: ligno quoq́; fungoſa, inutilis, cum mas è fortißimis quoq́; ſit: tanta differentia ab eodem genere ſit: vide & l. 15. c. 24. & 24.

I. Cornns hortenſis mas.
Cornus, Brunf. Trag. Matth. Ang Lac. Lon. Dod. Ad. Lob. Cæſ.
Cornus mas, Dod. gal. Bell. Geſ. hor. Tur. Lugd. Tabern.
Cornus ſativa & mas, Cord. in Dioſc.
Cornus vulgaris mas, Cluſ. hiſt.

Fructus maturus colore variat; nam comuniter rubet, & oſſiculo longiore eſt: aliquãdo ceræ colore: rarius albet: ſaturatius etiam rubet oſſiculumq́; habet craſsius & brevius, & hoc eſt Corni maris aliud genus, Cluſ. hiſt.

II. Cornus ſylveſtris mas.
an Cornus fœmina, Cord. hiſt.
Cornus ſylveſtris, Cam.
Cornus mas pumilio, Cluſ. hiſt.

Hic in ſylveſtribus Thuringiæ & Auſtriç inferiores provenit, ſolùm fruteſcit, ſed cultura in arborem pulchram exſurgit: fructus dulciores ſunt, quàm urbanæ, Hermolao, & plerunq; etiam majores, Camerario monente.

III. Cornus fœmina.
θηλυκρανεία Theophr. quibuſdam ψευδοκρανία, id eſt, falſa Cornus: Cornus fœmina, Plinio: quibuſdam Virga ſanguinea ejuſdem, l. 24. c. 10. at nullas notas addidit.
Liguſtrum, Brunf. ico.
Hartriegel/ Trag.
Virga ſanguinea, Matt. Ruel. Geſ. hor. Dod. Cęſ.
Cornus fœmina, Dod. gal. & (Opulus Columellæ) Tur. Geſ. hor. Ad. Lob. Thal. Lugd. Tab.
Cornus fœmina veteribus Macedonibus, Sanguineus frutex Gallis, Bellon.
Pſeudocrania, Cord. hiſt. ico.
Sanguen vulgo, Cæſ.
Sanguis & lingua ſanguinea, Caſt.
Oſſea, Lon. Caſt.
Cornus ſylveſtris, Lon.

L O T U S.

Lotus arbor triplex eſt Dalechampio in Plinium: prima quæ λωτὸς λίβυον Dioſcoridi l. 1. c. 171. quam dicit ſtirpem benè magnam fructum ferre pipere majorem, dulcem, edulem, ſtomacho aptum. Et Theoph. 4. hiſt. 4. λωτὸς (Celtis Gaza) magnitudine quanta pyrus, aut paulò minore, folium inciſuras habet, ut Ilex; cujus genera plura fructibus inter ſe diſcreta traduntur, &c. Plinio l. 13. c. 17. arbori Loto quam Celtim vocant, magnitudo quæ pyri, folio ilicis, fructu dulci nunc exoſſe, nunc durum nucleum ambiente, colorem uvæ modo mutante, cùm matureſcit, è quo vinum exprimitur. Arbor Syrtica eidem l. 24. c. 2. Altera διόσπυρος Theophr. l. 3. c. 13. (Jovis flamma Gaza) quam impropriè Loton vocant, ob fructus dulcedinem Ceraſo ſimilem, nucleo duro, & Plinio l. 16. c. 30. lotos ſive faba Græca, &c. & l. 24. c. 2. Tertia, quæ Theophraſto ſecunda, quæ Lauroceraſus quibuſdam: quæ ſententia Cluſio non placet. Addi poteſt quarta, ipſius Polybij apud Athenæum l. 14. Sunt qui Guajacanam, Tuberum alterum genus Plinij, quorum inter Mala meminit, velint.

I. Lotus fructu Ceraſi.
Lotus, Mat. Ang. (& arbor del perlaro) Lac. Lon. (Dod. Caſt. Lob. (& Lotus vera Theophraſti) Ger.
Lotus arbor, Bell. (Cacavia Cretenſibus) Geſn. hort. Ad. Lob. Cæſ. Cam.
Lotus arbor ſive Celtis, Tur.
Lotus Celtis arbor, Lugd.
Lotus domeſtica, Caſt. app.
Bagolarus Tridentinis, Guil.

II. Lotus Africana latifolia.
Dioſpyros, Theophraſti.
Lotus ſive Faba Græca, Plinio.
Lotus Africana altera, Matth.
Guajacum Patavinum Fallopio, Geſ. hort. Ad. Guajacum, Cord. hiſt. icon. Lon. ico.
Guaicana, Bellon. cult. Eyſt. vulgo, Cam.
Ermellinus, Cæſ. qui Tuberum alterum genus Plinij ſuſpicatur.
Dioſpyros ſive Faba Græca latifolia, Lugd.
Pſeudolotus Matthioli, Tab.

Variat: nam in fructu Patavij, ſemina bina aut terna plana & ſpadicei coloris obſervavimus: at quæ Viennæ & Bononiæ coluntur, etiam ex ſemine Italico natæ, fructns ſemine expertes, ſola pulpa conſtare, Cluſ. in ſua hiſt. notavit.

III. Lotus Africana anguſtifolia ſive fœmina.

Pſeu-

Pſeudolotus,Matth. Cam.Tab.
Dioſpyros ſive Faba Græca anguſtifolia,Lugd.
Lotus Africana,Tab.
Ziziphus Cappadocica,Ger. ico.

IV. Loti Africanæ ſimilis Indica.
Indiæ Occiduæ palmæ ſanctæ ſimilis arbor,
Ad.Lob.ico.
Palmæ ſanctæ ſimilis arbor,Lugd.

LIGNUM GUAJACUM.

GUajacan nomen eſt Indicum, quod nunc Guayaci ſive Gajaci nomine, per univerſum orbem cognitum eſt, quod alij Ebenum eſſe dicunt, à quo ſola ſumma nigredine diſsidere videtur: quæ in Ebeno ſummo ſplendore nigricat: in illo verò albeſcit: alij Buxi ſpeciem: Sed novum eſt arboris genus,quod ex America, ſive India occidentalis affertur. Duplex eſt,magna matrice & propemodum ſine matrice: non tamen diverſarum arborum lignum eſſe cenſemus.

I. Guajacum magna matrice.
Guayacan lignum Indicum ex Inſula S. Dominici,Monardi,Lugd.& par.4.Ind.Occid.29.ſive lignum ſanctum,par.9.Ind.Occid. l.3.c.22.
Guajaci primum genus,Manardo & Matth.
Guajacum,Bellon. Ad.Cæſ.
Gayco & Gayacan,palus Indiæ Hiſpanis,Frag.

II. Guajacum propemodum ſine matrice.
Guayacan genus alterum, quod lignum ſanctum, illo præſtantius, & ex Inſula S. Johannis de portu divite affertur, quo maximè utuntur, Monard.Lugd.
Guajacum,Lac.Cord. in Dioſc.& hiſt.
Palma aut palus ſanctus Indiæ Occiduæ,Penæ.
Guajaci 3. genus,Monardo & Matth.
Guajaci alterum genus,Cæſ.

Hoc in plura genera ab aliquibus dividitur,eò quod non unũ colorem habeat:quoddam enim nigricat: quoddam etiam ſpadiceo colore flaveſcit: quoddam præterea omnes iſtos colores diſcretos habet: Quare Manardus & ex eo Matthiol.tria genera notarunt,quę licet colore,magnitudine & pondere inter ſe diſcrepent,unius tamen eſſe arboris, contra quàm Fallopius credidit,Matthiol.ſtatuit,& cauſam refert in ligni maturitatem, quò enim maturius, eò nigrius,& quantò minus adoleverit, tantò magis albicare aſſerit:probatur maximè,quod ruffum,ſpadiceũ flavum,lividumq; colores ſimul mixtos habet.

III. Guajacum folijs lentiſci.
Guajacum cujus ramulum cum floribus & fructu pingit Cluſ. notis ad Monardem.
Lignum Ebenum ſive Guajacum in Inſula S. Helenæ, par.1.Ind.Or.c.1.

Fructus (quos copioſè cum ſuo gummi,Amſtelrodano à D. Hoft accepimus) variant, nonnulli loculamentis ſunt geminis,quorum alterum plenum,alterum inane: alij tribus,in quibus oſsicula dura, longiuſcula.

IV. Guajacum Orientale.
Palma aut Palum ſanctum,Ad.
Guajacum folijs plantaginis,Cæſ. Frag.
Lignum ſanctum,Caſt.

V. Guajaco viribus ſimilis Indica.
Maggai, Indi morbum Gallicum curant, ejus ſuffimigio ſudores movendo,Fragoſus.

EBENUS.

EBenus,Græcis ἔβενος,duplex Dioſc.l.1.c.129. Aethiopica nigra,venarum pectinúmve expers, cornu elaborato lævore ſimilis,&c. Altera Indica,lineis candidis & fulvis intercurrentibus,idemq; maculis prænitet. Theoph.4.h.5. Ebenus Indiæ peculiaris eſt: cujus duo ſunt genera,unum laudatæ materie pulchrumq;, alterum ignobile,&c. Pl.l.12.c.4.Hebenus rara arbor,Neroni principi allata,quam nullam aliam niſi palmarum generis eſſe docuerint,cujus duo genera eſſe ſcribit:& l.16.c.40.ſpiſsiſsima ex omni materie,ideo & graviſsima judicatur: quæ neq; cariem neq; vetuſtatem ſentit: quæ ut id.l.6.c.30. Aethiopiæ ſylvæ meridiano cardine maximè virent.

I. Ebenus Theveto in Indiæ Inſula Palmobotere præſtantiſsima & nigra,& in 9.par. Ind. Occid.l.3.c.22. in Hiſpaniola.
Ebenus,Matth.Cord.in Dioſc.Cæſ.
Hebenum ſive Xyloaloës officin.Ad.
Ebenus,Lugd. qui vult officinas pro Xyloaloë habere.

Valer. Cordus in Dioſ.ſcribit,quoſdam Guajacum lignum,Ebenum eſſe contendere:& Pena cenſet officin. Ebenum ſpeciem Guayaci eſſe.
Ebenus, Caſtori, qui eandem figuram habet quam pro Ligno ſancto poſuit.

Ex hac in Italia ſphærulæ precatoriæ conficiuntur.

II. Li-

II. Lignum pice ferè nigrius & polito ebore lævius: arbor craſſo cortice veſtita, in cujus intimis Ebenus clauditur: ejuſdem generis ligna rubentia, & alia ceræ modo flaventia reperiuntur: in Inſula Mauritiana, 5. par. Ind. Or. Ebenum picis modo nigrum, 4. par. Ind. Or.

LIGNA DURISSIMA FERRI DURITIEM ÆMULANTIA.

I. Ebenus Indica.

Lignum de Mangles, ex quo navium malos & antennas, ferri duritiem æmulantes, condunt: part. 9. Ind. Occid. l. 4. c. 30.

an Lignum de Cochi, quod ejuſdem cum ferro ponderis, ex quo anchoras conficiunt, & à Luſitanis Paio di ferro, hoc eſt, lignum ferreum vocatur: par. 7. Ind. Or. c. 44.

II. Lignum Teixo dictum, adeo durum ut ferrum æquet, in Pico Inſula, quod valde pretioſum & utile, interius coccinum undulatum expreſsiſsimè referens, ex quo inſtrumenta fiunt, Liſcot. part. 3. Ind. Orient. cap. 6.

III. Angelina arbor apud Cachinum, ex cujus continuo trunco naves Tonas vocatas extruunt tam grandes, ut unâ viginti vel 30. dolia aquatica vehi poſsint, cujus lignum adeo durum ut ferrum atterat, Linſc. par. 4. Ind. Orient. c. 14. & par. 7. c. 27.

An arbor cujus pars ima craſsitie 24. orgyarum in Guineæ Inſula Formoſa: part. 6. Ind. Oriental. cap. 4.

an Angelina arbor, cujus ſolum nomen apud Acoſtam, cap. de ligno colubrino.

CERASUS.

Ceraſus κέρασος Theophr. 3. hiſt. 13. fructus κεράσια, Dioſcoridi l. 1. c. 157. Ceraſia & Ceraſa. Dicta autem à Ceraſunte Pontico municipio: unde Lucullus Romanorum Imperator, Mithridate debellato, primum in Italiam arborem detulit, & fructum gentilitio nomine Ceraſium appellavit, Athenæo l. 2. & Plinio l. 15. c. 25. auctoribus. Eſt autem Theophr. l. c. natura peculiaris arbor, magnitudine excellens, &c. flore candido, pyro & meſpilo proximo, &c. fructu rubente, fabæ magnitudine, &c.

Genera: Plinio l. c. Ceraſorum, Aproniana maximè rubent: nigerrima ſunt Actia, ut & Cæciliana rotunda. Julianis gratus ſapor: principatus duracinis, quæ Pliniana Campania appellat: in ripis etiam Rheni: tertius iis color è nigro ac rubenti viridiq; ſimilis matureſcentis ſemper. Minus quinquennio eſt, quod prodiere quæ vocant Laurea, non ingratæ amaritudinis, inſita in Lauro. Sunt & Macedonica parvæ arboris, raroq; tria cubita excedentis: & minore etiamnum frutice Chamæceraſi: hæc Plinius. Verùm non ſolùm apud Gallos & Italos, ſed etiam nunc apud nos magna Ceraſorum varietas, quæ quotidiè inſitione & cultura augetur: nam alia ſunt ſativa, alia ſylveſtria. Sativa, fructus forma, colore & ſapore variant. Sunt enim pomi figura turbinatiore, longiore, rotundiore, majore, minore, cordis etiam figura: & alia pediculo longiore, alia breviore: ſingulis, vel pluribus unâ coëuntibus, ita ut ex uno petiolo vel ſingula, & quidem communiter, vel terna quaterna, quina dependeant: vel in racemi modum coacerventur. Colore albo ſed rarius partim rubro, partim candicante, & quædam in maturitate parum ex candido rubent, quædam magis: quædam planè cerea, quæ pruno inſita ſunt: rubro ruſeſcente, nonnunquam in atrum vergente, nigro etiam quædam nigerrimo & ſucco ſanguineo, labia & manus inficiente. Sapore dulci, acido, auſtero, ex dulci & acido admixto: alia amaritudinis quid retinent, non tamen ingrata, Amarina dicta: ſic alia nimia ſua dulcedine faſtidium pariunt: alia ob nimium acorem repelluntur: alia ob aquei ſucci redundantiam inſipida ſunt. Similiter quædam carne ſunt prædura, alia carne [illegible] ſive teneriore & aquoſa conſtant: & quibuſdam caro pertinacius nucleo hæret, qui in aliis fragilior, & nucleo non inſuavi eſt. Sylveſtria etiam variant, quorum quædam, licet in hortis à noſtris colantur, ſylveſtria tamen dicantur, quia in nemoribus & ſylvis, nonnunquam in dumetis reperiuntur: & quidem in ſylvis altiſsimis, fructu parvo & exigua carne, avium potius quam hominum cibus, ob acerbum ſimul & amarum guſtum. Sed aliquas tantum differentias ſubjiciemus.

I. Ceraſa ſativa, rotunda, rubra & acida, quæ noſtris, Ceraſa ſativa.

Ceraſa Aproniana, Plinij.

Ceraſus acida, Brunf. Matth. Lugd. Tab. & alijs vulgaris, Ger.

Ceraſia acida & vulgaria, Trag.

Ceraſa quæ Gallis Griottes, cujus arborem Chamæceraſum dici, putat Ruellius.

Ceraſa auſtera & majora, Cord. in Dioſc.

Ceraſia, Cord. Geſ. hor. Lob. Caſt.

Ceraſus, Ad. tertia, Dod.
Ceraſa Agriotta appellata, Cæſ. qui Macedonica Plinij ſuſpicatur.

Hæc in mediocri arbore creſcunt, brevique pediculo & carne ſatis dura donantur: colore communiter rubro, aliquando nigricante, quoddam & quaſi albidum quod rarius eſt: at quæ in alia ejuſdem generis arbore inſita, magna admodum Ceraſa, ex brevibus pediculis dependentia, gignunt.

II. Ceraſa ſativa majora.
Ceraſia Hiſpanica, Lob. Tab. Ger.

III. Ceraſa acidiſsima ſanguineo ſucco.
Ceraſiorum primum genus, Trag.
Ceraſa auſtera, Matth. (cui & acidorum tertium genus) Caſt. Lugd.

Hæc in altiore arbore proveniunt, & longiſſimum pediculum habent, ex quibus communiter noſtrates (qui Wiechſeln vocant) Vinum ceraſorum conficiunt.

IV. Ceraſa craſſa carne dura.
Ceraſa duracina, Plinio.
Ceraſa quæ primo maturitatem ſentiunt, Ruel.
Ceraſor. 4. genus, quæ forte Juliana Plin. Trag.
Ceraſa maroba & duracina, Matth.
Ceraſus altera, Dod.
Ceraſa pulpa duriore, Duracina vocata, Cæſ.
Ceraſia Pliniana, Tab. præcox, Ger.

Noſtri Graffion vocant, quæ vel rubent, una tamen parte albidiore, vel nigricant.

V. Ceraſa carne tenera & aquoſa.
Ceraſa Juliana, Plinio.
Ceraſa aquea, Matth. Tab. Gaſconia, Ger. ico.
Ceraſa pulpa aquoſa, Cæſ.

VI. Ceraſa alba dulcia.
Ceraſia dulcia, Trag.

VII. Ceraſus major ac ſylveſtris, fructu ſubdulci, nigro colore inficiente.
Ceraſa Actiana, Plinio.
Ceraſia nigra, Trag. Tab. Ger.
Ceraſa Corbine, quod Corvorum modo nigricent, an Cæciliana Plinij, Matth.
Ceraſus prior, Dod.

Hæc noſtris ſylveſtria, & à Cordo in Dioſc. Ceraſa dulcia dicuntur, & duplicia habentur, rubra & nigra, ex quibus tam viridibus, quam exſiccatis, offas conficiunt. Et in Florida Ceraſa ſylveſtria reperiuntur, an his ſimilia?

VIII. Ceraſus paucifsimis folijs donatus.
Ceraſa ſine folijs, Lob. ico.

IX. Ceraſus hortenſis flore roſeo.
Ceraſi ſpecies major pauciores fructus edens, Lob. icon.
Ceraſus multiflora ſecunda, Tab.
Ceraſus flore pleniſsimo inſtar parvarum roſarum, Cam.
Ceraſus multiflora pauciores fruct9 edens, Ger.

X. Ceraſus hortenſis pleno flore.
Ceraſus vulgaris duplici flore, Lob.
Ceraſus multiflora prima, Tab.
Ceraſus multiflora fructum edens, Ger.
Ceraſus flore pleno, Eyſt.

XI. Ceraſus folio laurino.
Ceraſus Trapezuntina, Bellon. Geſ. hor.
Lauroceraſus, Eid. cult. Geſn. hort. Cluſ. pan. & hiſt. Camer.
Lotus ſecundus Theophraſti, Lugd.

Variat: nam communiter ſub pulpa oſsiculum durum continet: at in eo quem Cluſius Byzantio, Tarbiſon curmaſi, id eſt, Trapezuntiæ dactyli nomine accepit, non nucleus, ſed ſemina bina aut terna, plana, ſpadicei coloris, nullo putamine includuntur.

XII. Ceraſus pumila.
an Ceraſus Macedonica, Plinij.
Chamæceraſus, Matth. Lob. Dod. cui & Ceraſus 4. Lugd. Cluſ. pan. & hiſt. Caſt. Tab. Ger.
Chamæceraſus ſylv. Cord. in Dioſc.
Ceraſus humilis, Geſ. hort. cui & Chamæceraſus, vel Macedonica Ceraſus Plinij.
Chamæceraſus urbana, Geſ. ad Cordi hiſtor.

In horto Stutgardiano, Ceraſum pumilam, ſeſquicubitalem, fructu acidiſsimo, folijs quàm in Auſtriaca à Cluſio picta, majoribus & longioribus, obſervavimus, an hæc
Ceraſus Macedonica, Cluſ. hiſt.

XIII. Ceraſus racemoſa hortenſis.
Ceraſus racemoſa, Matth. Lugd.
Ceraſi genus quintum, Dod.
Ceraſa uno pediculo plura, Lob. Lugd. Ger.
Ceraſa uno pediculo binos aut ternos [illegible] ferens, Cam.
Ceraſiæ ſpecies 1. pediculo plura produces, Caſt.
Ceraſa uno pediculo plura, Tab.

Aliquibus ab uno pediculo terna, quaterna, quinàve poma dependent: quædam racematim uvæ modo propendent: hinc duæ figuræ in Lugdunenſi hiſtoria proponuntur, ſub
Ceraſo ex uno pediculo plura, &
Ceraſo racemoſa.

XIV. Ce-

XIV. Ceraſus racemoſa ſylv. fructu non eduli.
Ceraſi folijs arbuſcula ſylv. Geſn. hort.
Pſeudoliguſtrum, à quibuſdam Pſeudoagnos, (id eſt Vitex falſa) Dod.
Ceraſus racemoſa, Adv. Lob.
Ceraſus avium racemoſa, Lob. ico.
Ceraſia racemoſa rubra & nigra, Tab. Ger.
Padus Theoph. Lugd.
Ceraſus avium, Cluſ. hiſt.
Ceraſus racemoſa ſylv. Eyſt.
an Ceraſus ſylv. Cæſ.

πάδος (padus) gaudet vehementer umbroſis, Theoph. 4. hiſt. 1. nec plura habet.

XV. Ceraſo affinis.
an Ceraſus ſylveſtris, Trag.
Mahaleb, Matth. Caſt. Lugd. Tab. Cluſ. hiſt. & append. 2. lib. 1. Cam. qui addit Chamæceraſum petræam, aut Petroceraſum Geſnerum vocare.
Macalep Arabicum, Ceraſi ſylv. genus, Bellon. cult.
Macholebum, Cord. hiſt.
Chamæceraſus Dalechampij, Geſn. ad Cordum & hort. cui & Chamæceraſus Syriaca.
Macaleb, Ang. Lob.
Vaccinium Plinij, Lugd.

Aliquibus Theophraſti λακάρα (Lacara Gazæ, aliqui Lacatham legunt) quam 3. hiſt. 4. in Macedoniæ plana etiam deſcendere: & 3. ejuſdem 7. auctu facilimam eſſe ſcribit. Sic & Plinij lib. 16. cap. 18. Vaccinia, quæ ſcribit in aquoſis provenire, Italiæ in aucupijs ſatis: Galliæ verò etiam purpurea, tingendi cauſa, ad ſervitiorum veſtes. Verum & Theophr. & Plinius brevior eſt, quam ut aliquid ſtatui poſſit.

Fructus ex Syria advehitur, quámvis in Gallia, Bellonius: in Italia Anguillara: in Helvetia Geſnerus (apud nos rariùs) obſervârit.

CHAMÆCERASUS SPURIA.

I. Chamæceraſus alpina fructu rubro gemino, duobus punctis notato.
Chamæceraſus montana, Geſn. ad Cord. hiſt. & hort.
Periclymenum rectum vel mas, Eid.
Chamæceraſus alpigena, Adv. Lob. Lugd.
Xyloſteum alterum, Dod. Eyſt.
Periclymenum rectum 3. Cluſij hiſp. (at 4. in hiſt.) Lugd. Tab.
Chamæceraſus, Caſt.
Idæa ficus noſtra, vulgo Frangula, Lugd.
an Corno ſimilis frutex in alpibus, quæ Cornus fœmina Theoph. etiam dici poſſet, Cæſ.

Fructus aliquando geminus in uno longo …diculo rubens, aliquando ex toto coëuntibus …minibus in bipartito conceptaculo, in quoli… duo aut tria ſine oſſe.

…cum Idæam, συκῆν περὶ τὴν Ἴδην Theop. hiſt. 17. … Plinij lib. 15. cap. 18. hiſtoria Lugd. cenſet. …ium alijs, quaſi lignum oſſeum, ob ligni duritiem dicitur.

II. Chamæceraſus alpina fructu nigro gemino.
Periclymenum rectum 2. Cluſ. pan. & hiſt. Lug.
Periclymenum noſtrum 2. Sabaudicum, Tab.

III. Chamæceraſus montana, fructu ſingulari cæruleo.
Periclymenon primum, Cluſ. pan. rectum 3. Eid. hiſt.
Periclymenum rectum 4. Tab.

IV. Chamæceraſus dumetorum fructu gemino rubro.
Halimus, Trag. Lon.
Caprifolij tertia ſpecies, Dod. gal.
Periclymeno cognatus frutex, Geſn. hort.
Xyloſteum, Dod. Thal. Cam.
Periclymenum alterum Allobrogum, Cornus fœminæ effigie, Adv.
Periclymenon Allobrogum, Lob.
Peryclimenum rectum fructu rubro, Cluſ. pan. rectum primum, Eid. hiſt.
Periclymenum rectum, Tab.
Periclymenum tertium, Lugd.
Xyloſtium floribus albis vulgatius, Eyſt.

Fructus gemelli inſtar exiguorũ Ceraſorum, plerunque æqualis magnitudinis; ſæpe altero eorum minore, eo tamen pleno remanente.

V. Chamæceraſus folio aceris.
Chamæceraſus montis Generoſi, Geſ. hor. Lug.

STYRAX ET NARCAPHTHON.

Στύραξ Dioſc. l. 1. c. 79. lacryma eſt arboris malo cotoneo ſimilis: & Theoph. 9. hiſt. 7. Styrax ad unguenta utilis eſt: plura non habet: & Plinio l. 12. c. 25. proxima Judea Syria ſupra Phœnicem Styracem: gignit: arbor eſt eodem nomine cotoneo malo ſimilis, lacryma &c. ſed de lacryma inter reſinas.

I. Styrax folio mali cotonei.
Styrax, Matth. Ang. Lac. Bellon. Lon. Adv. Lob. Caſt. Lugd. Tab. Rauvvolff. Cam.
Styrax arbor, Geſn. hort.
Styrax liquida, Caſt. ico.
Serapio fructum tribuit candidum avellanæ majorem, & ex interno nucleo oleum exprimi.
II. Styrax folio aceris : in Prodromo deſcribitur.
III. Storax rubra officinarum.
Styrax rubra, Græcis hodie Maurocapno, Bellon.
Naſcaphtum, Cord. hiſt.
Tegname, Italis: Buſuri, Siculis, Guil.
Cortex eſt arboris, quem Thus Judæorum & Thymiama vocant, quo Judæi in ſuffimigijs frequenter utuntur.
an Νάσκαφθον ſive νάρκαφθον Dioſcoridis libr. 1. cap. 22. quod ex India defertur corticoſum, mori libro ſimile, quod jucundi odoris gratia ſuffitur.
Narcaphthon Dioſcoridis, Lignum aquilæ Luſitanis dici, Amatus ſcribit.
Nucis moſchatæ extimum corticem, Narcaphthum Dioſc. cenſet, Cæſ.
IV. Frutex rotundo argenteo folio Cyani flore.
Pulcherrimus frutex, Honor. Belli ep. 2. ad Cluſ. à quo ex Creta accepimus.
Cyanus fruticoſus Candiæ, Ponæ Ital.

ARIA ET HAMAMELIS.

Aria Theoph. 4. hiſt. 8. ſimilis ex toto eſt Lauro : 5. hiſt. 4. materies duriſſima eſt, ut Roboris : 5. hiſt. 5. & natura perpetua eſt : 5. hiſt. 10. carbones optimos ejus ſpiſſiſſima materies facit.

I. Alni effigie lanato folio major.
Aria & Metallum Italorum, Ang. Lugd.
Sorbus torminalis Gallorum Aliſier, Bellon.
Sorbus alpina vel piloſa, Geſn. hort.
Aria Theoph. effigie Alni, Adv. Lob.
Aria Theophraſti, Tabern. Cam. qui lanatam Cordi vocat.
Sorbus Aria cognominata, Cluſ. pan. & hiſt.
Sorbi torminalis alterum genus, Cæſ.
II. Alni effigie lanato folio minor.
Ἀμαμηλὶς & ἐπιμηλὶς, Athenæo.
Dioſpyros quæ Sorbis cognata videtur, Geſ. h.
Pyraſter Idæus vel petræus, Eid. append.
Myrtomelis, Eid. in epiſt.
Codomalo Cretenſium, Bellonio.
Amelancher Galloprovinciæ montanæ, Adv.
Amelanchier, Lob.
Vitis Idæa 3. Cluſ. pan. & hiſt. 4. Tab.
Hamamelis Athenæi, Lugd.
Bagolæ quaſi bacculæ alterum genus, Cæſ.
Duplex eſt, alia folijs obtuſis & latioribus altera acuminatis & anguſtioribus.

COTONASTER ET CHAMÆMESPILUS.

I. Cotonaſter folio oblongo ſerrato.
an Agriomelea, Bellonij.
Cotonaſter forte Geſneri, Cluſ. pan. & hiſt.
II. Cotonaſter folio rotundo non ſerrato.
Cotonaſter & Cydonago, Geſn. in epiſt.
Epimelis altera, Lugd.
III. Chamæmeſpilus Cordi, Thal. Cam.
Chamæmeſpilum, Geſn. ad hiſtor. Cordi. Lob. ico.
Chamæmeſpilus Geſneri, Cluſ. pan. & hiſt.
Epimelis, Lugd. qui Dioſcoridis vult, & ... ſpilum Anthedon, Theoph. 3. hiſt. 12.
Forte eadem cum priore : quamvis ill... ſit majoribus, nec baccis adeo rotundis.

CASPARI BAVHINI

PINACIS THEATRI BOTANICI LIBER DVODECIMVS.

SECTIO PRIMA.

MESPILUS; BERBERIS; GROSSULARIA ET RIBES; SAMBUCUS ET EBULUS; FICUS; SYCOMORUS; MORUS; ARBUTUS; Laurus; Tinnus; Laureola; Chamelæa; Thymelæa: Cneoron & Nerion.

MESPILUS.

Meſpilus arbor, Græcis μέσπιλος & μεσπίλη: fructus μέσπιλον dicitur. Cujus Dioſcorides l.1.c.169. & 170. duo genera facit, alterum quod à nonnullis Ἀρωνία vocatur, ſpinoſa eſt, folijs ſimilibus πυρακάνθῃ: fructum fert exiguo malo ſimilem, ſuavem, continentem tria oſsicula, à quibus nonnulli τρίκοκκον appellant. Alterum genus in Italia naſcitur, quod nonnulli ἐπιμηλίδα, alij Setanium nominant: arbor eſt malo ſimilis & folijs, niſi quod minoribus: habet verò fructum rotundum, eſculentum, latiore umbilico. At Theoph.3. hiſt.12. Meſpili tria genera, ἀνθηδών, σατάνειος, ἀνθηδονοειδὴς (anthedon, ſatanea, gallica) ut Idæi dividere conſuevêre. Fert Satanea fructum grandiorem, candidiorem, laxiorem & qui nucleos habet molliores: reliquis minor eſt fructus, odoratior, &c. flos omnibus Amygdalæ, ſed utcunque pallidus. Anthedon haud procera eſt arbor, in orbem comoſa, folio valde fiſſo, Apio in extrema parte ſimili, majoribus inciſuris rigido, &c. fructu ex longo ac tenui pediculo pendulo, qui antequam folia decidant vehementer rubet, &c. Plinio l.15.c.20. Meſpilis tria genera, Anthedon, Setania: tertium degenerat, tametſi Anthedoni ſimilius eſt, quod Gallicam vocant, &c.

I. Meſpilus Germanica folio laurino non ſerrato: ſive Meſpilus ſylveſtris.
Meſpilus Setania ſive Satania, Theoph. & Plin.
Meſpilus altera quæ Epimelis Dioſcoridi, ſic dicta, quod ubi ſponte provenit ſemper malum agreſtem vicinam habeat.
Meſpilus, Brunf. Trag. (qui Cratægum Theop. cenſet) Tur. Geſ. hort. Lon. Ad. Lob. Dod. Cæſ.
Meſpilus altera, Matth. in edit. cum magnis figuris, Dod. gal.
Meſpili altera ſpecies ſponte proveniens, Cord. in Dioſc.
Meſpilus vulgaris, Cluſ. hiſt. Cam. ep.
II. Meſpilus folio laurino major.
Meſpilus fructu præſtantiore, Trag.
Meſpilus altera ſativa, Cord. in Dioſc.
Meſpilus oxyacantho inſita, Dod.
Meſpilus domeſtica, Lob. ico.
Meſpilus ſetanea, majoribus vulgari fructibus, Camer.
Meſpilus ſetanea inſitione mitior facta, Lugd.
Hæc inſitione in Pyrum ſylveſtrem, maximè Cynosbatum, ſive Oxyacanthum, miteſcit, pomum majus edit, nec ſpinis horret: & ſingula mala, ut & prioris quinos nucleos complectuntur, niſi fortè interdum præter naturam, aut plures aut pauciores contineat.

III. Meſpilus Italica folio laurino ſerrato.
Meſpilus altera, Matth. edit. 2. & ico. Lac.
Meſpilus ſetania, Ang. Lugd.
Meſpilus altera, Caſt.

IV. Meſpilus Virginiana colore rutilo.
Meſpilus, qui colore eſt rutilo ut ceraſa & valde dulcis, part. 1. Ind. occid.

V. Meſpilus fructu albo.
Meſpilus colore albo mali magnitudine, Scalig. Lugd.

VI. Meſpilus Apij folio laciniato.
Meſpilus Aronia, Dioſcoridis.
Anthedon Theoph. & Plinij.
Paliurus Africana, Ruellio.
Meſpilus prima, Matth. Lac. Caſt.
Meſpilus Aronia, Dod. ut: Ang. Bellon. Geſn. hort. Adv. Lob. Lugd. Tab.
Meſpilus propriè dicta, quæ tricoccos, Cord. in Dioſcorid.

Paliurus Africana vinoſa, Geſn.hort.
Azarolus, Cæſ.Caſt.
an Meſpilus Gallica, Cam.

Hæc ſpinoſa eſt, ſed ubi magis domeſtica, ſpinis caret, etiam Theophraſto monente.

VII. Meſpilus Apij folio ſylv. non ſpinoſa, ſive Sorbus Torminalis.

Sorbi quartum genus, Trag.Cord.in Dioſc.
Sorbus torminalis, Matth. Cord.hiſt.Geſ.hort. Turn.Dod.Lon.Adv.Thal.Cæſ.Tab.Cam.
Sorbus torminalis Plinij, Lob.Cluſ.hiſt.
Cratægus Theophraſti, Ang.Lugd. qui duplicem figuram habet, ſub eodem titulo.
Meſpili Aroniæ ſylv. ſpecies, Geſn.hort.
Sorbi ſylv. altera ſpecies, Caſt.
Hypomelides Palladij, quibuſdam.

Κράταιγος ἢ κράταιγον, Theophraſto 3. hiſt. 15. folium habet Meſpili (ſcilicet Aroniæ) rigidum, ſed majus, latius, longius, ejus modo laciniatum: arbor eſt non admodum procera, nec craſſa: lignum varium, ſolidum, flavum, &c. fructus ejus eſt magna ex parte rotundus, qui matureſcens flaveſcit & utrumque nigreſcit, ſucco & guſtu meſpili: quare ſylv. Meſpilus videri poteſt. Plinio l.15. c.21. Sorborum 4. genus torminale appellant, remedio tantum probabili, aſſiduum proventu, minimumque pomo, arbore diſſimili, folijs pene Platani: & l.27. c.8. Theophraſtus arboris genus intelligi voluit Cratæogonon ſive Cratæogona, quam Itali Aquifoliam vocant.

VIII. Meſpilus apij folio ſylv. ſpinoſa ſive Oxyacantha.

Ὀξυάκανθα arbor eſt ſimilis Pyraſtro, minor verò & ſpinoſa valdè: fructum fert Myrto ſimilem, plenum, rubrum, fragilem, intus nucleum habentem, radicem multifidam & profundam, Dioſcoridi, l.1.c.122.

Meſpili 3. genus Plinij videtur: interdum ait, degenerat, tametſi Anthedoni ſimilius eſt, quod Gallicum vocant. Theophraſtus Anthenoidem nominat, quaſi ſpeciem Anthedonis.

Cynosbatos Theophraſti, Trag.Lon.
Oxyacantha, Matth. Lac. Tur.Bellon.Ad.Lob. Rauvvolff.Cæſ.Lugd.Tab.Cam.Thal.
Oxyacantha Dioſcoridis, Dodon.gal. Cord.in Dioſc. (& Latinis veteribus ſimpliciter Spina) Geſn.hort.
Sorbus aculeata, Cord.hiſt.
Spina acuta quorundam, ſpina alba vulgo, Ang.
Spina appendix Plinij (& ejuſdem Spina ſimpliciter) Geſn. hort. Cluſ. hiſt. cui & Oxyacantha vulgaris.
Meſpilus ſylveſtris, Caſt.

In hanc Meſpilus optimè inſeritur.

IX. Oxyacantha Dioſcoridis, ſive Spina acuta pyri folio.

Oxyacantha legitima, Ang.
Pyracantha, Adv.Lob.Cluſ.hiſt.
Rhamnus tertius Dioſc. Lob.ico.
Acuta ſpina, Caſt.
Uva urſi Galeni, Lugd.

X. Meſpilo ſimilis fructus venenatus.

Arbuſculæ in littore, quarum poma meſpilis noſtratibus ſimilia, Lerio part.3. Ind.occid.c.12.

XI. Meſpilo ſimilis fructus fuſcus.

Fructus octavus ex navigat.Batav. Cluſ. exot. lib.2. cap.15.

B E R B E R I S.

AN apud Theoph.3.hiſt.17.arbor circa Idam proveniens, quam Colyteam vocant, genus aliud frutico... ramoſum, aloſum, invenu rarum, folio laurino, ulmeo ſimili, oblongius tamen: colore parte alter... herbido, tergo autem albido, nervoſoq́ʒ, cortice non levi, ſed quaſi vitis veſtitur: ligno dura ſpiſſoq́ʒ, radic... majorem in modum flava, &c. Spina appendix eſt appellata, quoniam bacca puniceo colore in ea appen... vocantur. Plin. lib.24. cap.13.

I. Berberis dumetorum.

Berberis, Brunf.Dod.gal.Turn.Geſn.hort.Lac. Lon. Adv. Lob. Caſt.Lugd.Rauvvolff.Cam.cui & Amirbaris Avicennæ.
Berberis vulgaris, Bellon.cult.Cluſ.hiſt.
Spina acida, Brunf.4.Dod.
Oxyacantha, Hermolao, Ruel. (cui & Spini vineta) Trag.Fuch.Eyſt.
Oxyacantha Galeni, non Dioſcoridis, Cord.in Dioſcorid. Tabernæm.
Creſpinus, Matthiol. Cæſalp. cui & Ribes Serapionis fortè.
Oxyacanthus Galeni, Cam.

II. Berberis ſine nucleo.

Berberis *ἀπύρηνος*, Cluſ.hiſt.

III. Berberis alpina Cretica.

Lycium Creticum, Hon.Belli epiſt.1.ad Cluſ.& Ponæ; hoc ab utroque accepi.

GROS-

GROSSULARIA ET RIBES OFFICINARUM.

THeophraſtus 3. hiſt. 17. poſt Rhamnos, ἰο@ (æquum Gaza vertit) vel ut alij œſos memorat, his verbis: Aequorum alia candida, alia nigra: & flos fructusq; utriq; pro ratione diſcriminis, alius candidus, alius niger: nonnulli etiam medij quodammodo ſunt, quibus flos in purpura candicans: nec enim fulvus, nec exalbidus eſt, &c. I[illegible] candidum, nonnulli Uvam criſpam exiſtimant: hæc ille. Uvam criſpam ab intortis & veluti criſpis folijs & acinis quos producit, vocant.

I. Groſſularia ſimplici acino, vel ſpinoſa ſylveſtris.
Uva criſpa. Trag. Dod. ut: Fuch. Geſ. hort. Lon. Ad. Lob. (cui Vitis precia Plinij) Tab.
Uva ſpina, Matth. Lac. Cæſ. Caſt.
Groſſularia, Ruellio, Bellon. Thal. alba, Lugd.
Criſpina uva, Cord. in Dioſc.
Rocella Cardano l. 6. de var. rerum.
Ceanothus ſpina, Theoph. 4. hiſt. 11. vel Ceanothus aſper, Geſ. hort.
Groſſularia vulgaris, Cluſ. hiſt.
Fructus maturus flaveſcit, nonnunquam ſubrubet.
II. Groſſularia ſpinoſa ſativa.
Uva criſpa fructu Ceraſi magnitudine, Geſ. hor.
Groſſularia majore fructu, Cluſ. hiſt.
III. Groſſularia ſpinoſa ſativa altera folijs latioribus.
Groſſul. fructu obſcurè purpuraſcente, Cluſ. hiſt.
Eſt & fructu ex atrocæruleo, frutice leviuſculis ſpinis armato; alia fructu hirſuto.
IV. Groſſularia ſimplici acino cæruleo non ſpinoſa, nunc in hortis habetur.
V. Groſſularia multiplici acino ſive non ſpinoſa hortenſis rubra, ſive Ribes officinarum.
Ribes hortenſe, Trag. vulgaris fructu rubr. Eyſt.
Ribes vulgaris domeſtica, Matth. Caſt.
Ribes, Fuch. Lon. Lac. Tab. rubra, Ad.
Ribes vulgo, Ang. Bellon. Cæſ.
Uva urſi, Dod. gal.
Ceanothus levis, Geſ. hort.
Ribeſium fructu rubro, Dod.
Ribes Arabum, Lob.
Groſſularia rubra, Lugd.
VI. Groſſularia hort. majore fructu rubro.
Ribes rubro flore, folijs & fructu majoribus, Cluſ. pan. & hiſt.
Ribes baccis majoribus, Camer.
Rib[illegible] fructu rubro, Eyſtet.
Cultura aliquando in arbuſculam abit, & acinis avellana majoribus acidiſsimi ſaporis Florentiæ viſam, Geſnerus lib. de hortis refert.
VII. Groſſularia diſtinctis baccis.
Ribes monocarpos, Cluſ. hiſt.
VIII. Groſſularia hortenſis fructu margaritis ſimili.
Ribes vulgaris fructu albo, Cluſ. hiſt.
Ribes fructu albo, Eyſt.
IX. Groſſularia vulgaris fructu dulci.
Ribes candidioribus folijs, Lob. obſ.
Ribes vulgaris fructu dulci, Cluſ. pan. & hiſt.
Ribes minor fructu rubro, Eyſtett.
X. Groſſularia ſylv. rubra.
Ribes ſylv. Matth. Geſ. app. Lon. Caſt. Cam.
Ceanothi levis genus ſylv. Geſ. hort.
Groſſulariæ rubræ genus ſylv. Lugd.
XI. Groſſularia non ſpinoſa fructu nigro.
Ribes ſylveſtre, Trag. Thal.
Ribes nigrum, Dod. gal. nigra, Ad. Lob. icon. Tabern.
Amomum falſum & Pſeudoamomum, Geſ. hor.
Ribeſium fructu nigro, Dod.
Ribes vulgaris nigro fructu, Cluſ. hiſt.
Ribes baccis nigris, Cam. fructu nigro, Eyſt.
Frutex Ribi ſimilis fructu nigro, an arbor Piperis in Italia Plinij, myrto ſimilis, Cæſ.
Groſſularia nigra alijs Pipirella, Lugd.
Variat baccis minoribus & majoribus.
XII. Ribes Arabum folijs petaſitidis.
Ribes Arabum cum ſuis capreolis, Rauvvolf. & Lugd. app.
Ribes legitima Arabum, Cluſ. hiſt.
Ribes Serapionis, Cam. hort.
An idem cum hac,
Ribes Serapionis folijs oxylapathi, Bellonio de coniferis, Dodon. & Lugd.
XIII. Ribes Rauvvolfij congener planta, Cluſ. ex. l. 4. c. 21.

SAMBUCUS.

SAmbucus, quæ Græcis ἀκτῆ, ſic videtur Hermolao, à Sambuca, muſico inſtrumento, quod, alij pectida, alij magadin vocant: & hoc ab auctore cui nomen Sambyx fuerit: Sabucus Q. Sereno.

Genera

Genera duo Dioſcoridi l.4.c.174.& 175. unum quod in arborem aſſurgit,&c. alterum genus χαμαιάκτη vocatur,idq; humile atq; longè brevius,& ad genus herbaceum accedens,&c. Theoph.3.hiſt.13. Sambucum arborem pluribus verbis deſcripſit: verùm utriuſq; deſcriptiones, tanquam arboris notiſſimæ præterire lubet. Plin. l.24.c.8. utriuſq; meminit,addens Sambucum habere alterum genus magis ſylv. quod Græci Chamæacten, alij helion (id eſt, paluſtrem) vocant multo brevius,&c.

I. Sambucus fructu in umbella nigro.
Sambucus,Brunf.Matth.Fuch.Dod.ut: Cord.in Dioſc.Bellon.Geſ.hort. Tur.Lac.Lon.Lob.ico. Cæſ. Tab.
Sambucus vulgaris,Trag. Thal.
Sambucus fructu in umbella,Ang.
Sambucus domeſtica, Caſt.
Sambucus campeſtris ſive vulgaris,Cam.
Arbor aliquando,aliquando frutex eſt.

II. Sambucus fructu in umbella viridi.
Sambuci aliud genus,Trag.
Sambuci altera ſpecies,Dod.ut:
Sambucus fructu albo,Lob.ico.
Variat baccis viridibus, in alijs albis, vel ex albo floreſcentibus.

III. Sambucus racemoſa rubra.
Sambucus ſylv. Trag.Lon.
Sambucus montana,Matth.Geſ.hor.Caſt.Cam.
Sambucus racemoſa,Ang.
Sambucus tertia, Tur.4. Dodon.
Sambucus montana racemoſa,Ad.Lob.ico.
Sambucus montana ſeu ἐρυθρόσταφυλος,Thal.
Sambucus ſylv. ſive montana,Lugd.
Sambucus cervina(quòd hujus folia cervus maximè expetat) Tab.
Sambuci genus aliud minus,Cord. in Dioſc.
Sambuci alterum genus, Cæſ.
an πυγὸν, Theoph. l.3. c.4. montibus autem propria,quę in planis naſci nequeunt,abies,pinus, picea,aquifolia,tilia,carpinus,pygus&c.quam poſtremam arborem Gaza in ſua tranſl. omiſit. an Sambucus montana Plinij, quam in montibus naſci tradit.

IV. Sambucus laciniato folio.
Sambus folijs laciniatis,Lob.Lugd.
Sambus lacinioſo folio, Dod.
Sambucus laciniata,Tab.

V. Sambucus humilis ſive Ebulus.
Chamæacte,Dioſcoridi.
Ebulus,Brunf.Trag. Matt.Fuch. Ang. Tur.Lac. Bellon.Ad.Lob.Caſt.Cæſ.Lugd.Tab.
Ebulus ſive humilis Sambucus,Dod.ut:
Ebulus ſive parva Sambucus,Cord.in Dioſc.
Ebuli & Sambuci alterum genus, Lon.

VI.Sambucus humilis,ſive Ebul.fol.laciniato.
Ebulus laciniata, Ponæ Ital. qui ex horto Nobilis.Contareni ad me miſit.

VII. Sambucus aquatica flore ſimplici.
an Θεράνταλος, Theoph.3. hiſt.7. inter ſylveſtria radicibus multis conſtat: & 4.hiſt.1. & umbroſis locis vehementer gaudet, veluti Taxus.
Opulus,Ruellio.
Aceris ſpecies tertia, quæ Platanus aquat. Ang.
Sambucus aquatica, Trag.Matth.Lob.ico.Caſt. Lugd.Thal.Tab. Ger.
Sambucus paluſtris,Dod.ut:Cęſ.fœmina, Cam.
Lycoſtaphylon (id eſt, uva lupina) fœmina, Cord. hiſt.
Sambucus paluſtris, vel aquatica ſylv. quibuſdam Chamæplatanus,Geſ. hor.

VIII. Sambucus aquat. flore globoſo pleno.
Lycoſtaphylus maſcula, Cord.hiſt.Geſ.hor.
Sambucus paluſtr.vel aquatica hortenſis,Geſ.h.
Sambucus roſea,Ad.Lob.ico.
Sambucus paluſtris 2. Dod. mas,Cam.
Sambucus aquatica cultu denſiſsima, Lugd.
Sambucus aquatica polyanthos, Tab.
Sambucus roſea, Ger. Eyſtet.
Floribus eſt pilæ in modum conglobatis, & communiter albis: rarius purpurei coloris, q[illegible]
Sambucus paluſtris hortenſ. flor. purpure[illegible] loris,Geſ. hort.
Sambucus roſea fl. purpureo multiplici, Tab.
Sambucus roſea flore purpurante, Ger.

F I C U S.

Ficus arbor, συκῆ Græcis, & fructus σῦκα appellantur. Genera, Dioſcoridi lib. [illegible] c.183, & 184. & Galeno 8. ſimpl. duo ſunt: alia ficus eſt ſativa, συκῆ ἥμερος: alia ſylveſtris, συκῆ ἀγρία ἢ [illegible] Plinio lib. [illegible] p.19. Caprificus. Theophraſtus de Ficu, in libris de hiſtoria & cauſis plantarum, plurima haber: qui & Ægyptiæ & Indicæ & Cypriæ (ut & Dioſcorid.) & Caprifici meminit: & Plinius,qui lib.15.cap.18.Ficuum genera viginti novem propoſuit:vel à figura,vel à gente,vel authore derivata,ficus inter pomorum genera referens: & quædam pyris magnitudine æmula eſſe ſcribens: quæ omnia,cùm brevitati ſtudeamus, præterire lubet. Verùm primitiæ

fructus,

fructus, tam ſativæ, quam ſylveſtris ὄλυνθος, Latinis Groſſus nominatur: ut ficus ſic cæ in furno, aut ſole exſiccatæ, quæ quibuſdam paſſæ dicuntur, ἰσχάδες, Latinè Caricæ, καρικαὶ Aegìnetæ: quam vis Carica ficus peculiaris ſpecies ſit in Syria provenientis, ut ex Plinio colligere eſt. Sic ipſa grana in fructu, Græci κεγχραμίδας frumenta Plinius l.15.c.19. alij ficaria vocant. Hujus & Mori folijs Antiochæ Bombyces ali, & albæ mori arbores & ficus pumiliones ejus nomine coli, Bellonius ſcribit.

I. Ficus communis.

Ficus, Brunf. Trag. Matth. Ang. Dod. ut: Cord. hiſt. Bellon. Geſn. hort. Lac. Tur. Lon. Ad. Lob. Rauvvolf. Cæſ. Caſt. Lugd. Tab. Ger.

Ficus ſativa, Fuch.

Fructus forma & colore differunt, nonnulli longiores, alij breviores: alij pyri forma, alij ſeſſiles ſunt, alij inter hos medij. Colore, albæ, pallidæ, virides, luteæ, purpureæ, ſubrufæ, ex cæruleo ſaturatè purpureæ, nigræ, aliæ deniq; vario colore ſpectantur. Sunt & albæ, quoad pulpam interiorem. Siccarum ſive paſſarum, triplex differentia adfertur, prima in ſportheis, magnisq; corbibus: ſecunda, in ciſtis & ſimilibus ſportis lauri folijs immixtis: tertia, in parvis & turbinatis corbibus è ſparto contextis, Maſſilienſium cognomento, cæteris magnitudine quidem inferiores, ſaporis verò generoſitate ſuperiores. Sic in regno Congiano, eximiæ magnitudinis, magnaq; copia: maximæ verò in Inſula S. Helenæ. Tria Ficuum genera (ut rectè Scaliger in Theoph. 5. cauſ. plant. 1.) fert Ficus: unum, valde tempore præcocem, quem idcirco Græci πρόδρομον quaſi præcurſorem vocarunt, atque is edendo eſt, Bolas Veneti vocant, Galli Florones: Columella, communi voce, priorem fructum: Plinius, præcoces. Aliud genus eorum eſt, quod poſtea prodit, cujus duæ ſpecies ſunt: una quæ maturatur, Ficum dicimus, Græci σῦκον: altera ſemper cruda eſt, & prius cadit quam abſolvatur: eos Plinius abortus vocat: alio nomine Groſſi dicuntur, Græci ὀλύνθους vocant.

Variant etiam Ficus in India pro regionum diverſitate: nam in Provincia bonæ ſpei, fructus perpetuò ferunt (part. 8. Ind. Occid.) & in Peru ſumma earum ubertas (par. 9. Ind. Occid. l.4.c.31.) Addit Joſephus Acoſta l.c. in India Occidentali diverſas eſſe valles, quæ integro anno fructus promant: ſed admiratione dignius eſſe quod in Peru arbores reperiantur, quæ uno ſemeſtri ex uno latere, altero ex alio fructus protrud[illegible] Mala 13. miliariorum intervallo à civitate de Los Reyes, Ficus eſt, quæ parte dimidia, quâ Auſtrum ſpectat, frondes & fructus fert, quando in montanis æſtas viget: altera verò pars, contrario anni tempore, cum in planis æſtas eſt, idem cap. 32.

Ficus arbores Monarde referente, ex Hiſpania in Peruanas Provincias delatæ, plurimos & optimos fructus geſtant: & ut folia iſthic non deponant, Deus ſingulariter voluit, quo ſemper præſens remedium adeſſet contra inſecta, quæ Araneæ appellantur, quorum ictibus virulentis, lac ex folijs Ficus manans, bis térve in vulnus inſtillatum, remedio eſt.

II. Ficus humilis.

Ficus pumila, Matth. Dod.

Chamæficus ſive humilis ficus, Lob.

Chamaſyce arbor, Lugd.

III. Ficus ſylveſtris Dioſcoridi.

Caprificus vocatur è ſylveſtri genere Ficus, inquit Plinius libr. 15. cap. 19. nunquam matureſcens, ſed quod ipſa non habet alijs tribuens, &c.

Caprificus, Ang. Cord. in Dioſc. & hiſt.

IV. Ficuum ſpecie fructus Peruanus.

Papaie fructuum genus ficuum ſpecie, 6. part. Ind. Occid. 18. qui & Ficuum exiguorum Tunne nominatarum meminit.

V. Ficui ſimilis arbor fructu oblongo.

Ficus Nigritarum, Theveto, Lugd.

Eſt folio Ficus, fructu pedes duos inſtar Cucurbitæ longo, quem tanquam Melones eſitant.

VI. Ficus prædictæ ſimilis fructu magno Meloni par.

Chivef, quod Syriacè Ficum ſignificat, in Inſula Zipangu, Thevet. Lugd.

VII. Arbor Malacenſis multis radicibus prædita.

Arbor contrarijs prorſus facultatibus donata: nam quæ ſolem orientem ſpectat, adverſus omnia venena valet: quæ verò occidentem, venenum præſentaneum ſunt. Ignatio Franciſcano in itin. novi orbis: ex quo Cluſ. in Acoſtam cap. 41.

VIII. Ficus Indica folijs Mali cotonei ſimilibus, fructu ficubus ſimili in Goa.

Ficus Indica Theophr. 4. hiſt. 5. Indica, ait, regio arborem Ficum vocatam ſortitur, quæ è ramis radices demittit ſingulis annis, non ex novel-

lis, ſed ex anniculis, atq; etiam vetuſtioribus: illæ ſe terræ conjungentes, ceu ſepem circa arborem faciunt, ita ut veluti tabernaculum condatur, quo etiam morari homines ſolent, &c.
Plinio l.12.c.5. Ficus Indica exilia poma habet: ipſa ſe ſemper ſerens, vaſtis diffunditur ramis, quorum imi in terram curvantur, &c. & l.7. c.2. ſub una Ficu turmæ conduntur equitum.
Arbor Indica admirabilis, Straboni.
Ficus Indica, Cluſ. ex. Lugd. Tab.
Mangle forte, Oviedi.
an Mangen, Ferd. Lopez.
Arbor de rayz, id eſt, radicoſa, Linſc. part.4. Ind. Orient.14. & fig.12.
Enzada, Pigafettæ, part.1. Ind. Or. c.4.
Arbor Goa ſive Indica, Ger.
Ex cortice veſtes conficiunt.

IX. Ficus Indica folio ſpinoſo fructu majore.

Ficus Indica, Matth. Dod. ut: Cardano, Lac. Geſ. Lob. Caſt. Cæſ. Eyſt.
Carduus Indicus & Ficus Indię, Cl. cor. ad Dod.
Pala ſive Ficus Indica, Bellonio.
Tuni ficifera Indorum, Ad.
Ficus Indicæ ſpecies, Tune Indorum, Frag.
Anapallus Bellonij, Cam.
Tunes, Oviedo, Card.
Tune, Opuntia, Lon.
Ficus Indica ſpinoſa, Tab.
Tune & Tunas Indorum, Lugd.
Opuntia vulgo habita, Cam.
Tunal in nova Hiſpania, nonnullis locis Cardi: part.9. Ind. Occid. l.4. c.23.
Tunales qui fructus bonos promunt; & magni qui in India æſtimantur, Tunas vocari ſolent, Idem.
Arbor Nepal: fructus, Nucchti in Inſula Cuba, Ferdi, Correſio, Cardan.
Opuntiam nonnulli credunt, de qua Theoph. 1.hiſt.12. ſic: huic (Ficui Indicæ) ſimilis eſt, vel potius quodammodo mirabilius, ſi qua ex folij radicem mittat, qualem circa Opuntem herbulam eſſe ajunt, quæ & eſu ſuavis eſt. Plinio l.21. cap.17. item circa Opuntem, Opuntia eſt herba etiam homini dulcis, mirumq; è folio ejus radicem fieri, ac ſic eam naſci: Alijs Pala Plinij, & Tala Arriano, Guil.

Colore fructus variat, virides internæ purpurei, cerei, albi variegati.

X. Ficus Indicæ grana.

Cochinillia ſive Grayn vermiculus ſub folio Tunal: par.8. Ind. Occid. l.4.c.13.
Quidam Tunas (id eſt, fructus) nullos gignunt, ſed ſub folijs fructum alium Greyn dictum edunt, vermiculum ſcilicet folijs adhæreſcentem & tenui pellicula obductum, & hæc celebratiſsima Indiæ Cochinillia, qua Grayne colorantur, Idem.
Arbor Cochenille, Claud. Dureto.

XI. Ficus Indica ſpinoſa ſylveſtris.

Cardis ſeu Tunades ſylv. fructum nullum protrudentes; ſi verò proferant, meris ſpinis horrent, part.9. Ind. Occid. l.4.

XII. Ficus Indica folio ſpinoſo fructu minore.

Indorum ferruminatrix, Adverſ.
Opuntia oſtocollos, quos artuum fracturis & luxationibus proſit: de qua & Author hiſt. generalis Indiarum.
Arbor rupturas conſolidans, Ovied. qui ſuſpicatur Carduum Tunes in hanc arborem tranſmutari.

XIII. Mippi nonnullis Indis Caiahaba, quæ oſsium fracturis alligata ea ferruminare ſolet, Cluſ. ex. l.4.c.14.

XIV. Cereus Peruanus ſpinoſus fructu rubro nucis magnitudine.

Cardui ſpecies, quem Chriſtiani Cereum appellant, Oviedo.
Euphorbij arbor Cerei effigie, Ad. Lob. ico.
Euphorbium, Caſt. ico.
Cereus ſpinoſus, Lugd. Ger.
Cereus Peruvianus, Tab.
Stipites ſpinoſi haſtæ altitudine, Linſc. 4. part. Ind. Orient. fig.21.

XV. Ficus Indica lævis piloſa: hæc ex Creta miſſa: eaq; duplex, altera folio rotundo, altera folio oblongo.

XVI. Ficus Indica humilis: hanc ex horto Doctoris Saltzmanni Poliatri & Profeſſ. Argentinenſis habeo, quæ pedem vix ſuperat, ramis eſt reflexis & veluti repentibus, flore magno, luteo: de qua in hiſtoria.

Ficus Indica minima, alijs Lichen marinus vel Opuntia marina, de Bry.

SYCO-

SYCOMORUS.

Συκόμορον, aliqui etiam συκάμινον vocant, eſt arbor magna, fico ſimilis, largo ſucco abundans, folijs Mori: fructum ter quatérve anno proferens, non è ſummis ramis, ſed è caudice ipſo ἐρινεῷ id eſt, caprifico ſimilem, groſſis dulciorem, ſine granis interioribus, Dioſc. l.1.c.181. At Theoph. 1. hiſt. 1. & 23. συκάμινος ἐν αἰγύπτῳ: peculiaris vel maximè ortus, ſi quis fructus caudici proſiliat, ut Moro Aegyptia: hanc enim ex caudice ferre nonnulli affirmant: alij grandibus ex ramis eam fructificare: & 4. hiſt. 2. & ſimilis quodammodo moro noſtrati eſt, quippe folio magnitudine aſpectuq; proxima: pomum eſt magnitudine ficus, granis internis carens, &c. Plinio *l.23.c.8. Mora in Aegypto & Cypro ſui generis, largo ſucco abundant, ſummo cortice deſquammato &c. & l.13.c.7. eadem fere quæ Theoph. habet, Ficum Aegyptiam vocans.*

I. Ficus folio Mori, fructum in caudice ferens.
Sycomorus, Matth. Dod. ut: Lac. Lon. Ad. (ſive Moroficus) Lob. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Sycomorus, Ficus Pharaonis, vocant, Bellon. Geſn. hort.
Sycomorus Giumetz appellata, Alpino.
Pothel Theveti, Lugd.
Sycamine Theoph. Cæſ.
Ficus Ægyptia, Rauvvolff.

II. Ficus folio Sycomori, fructum non in caudice gerens.
Συκὴ ἐν κύπρῳ gignitur, arbor ſpecie differens, quippe quæ Ulmus cum ſit, folia Sycamini refert: fructum verò gerit prunorum magnitudine, & quàm pruna ipſa dulciorem, Dioſcorides, lib.1. cap.182.

Ficui Ægyptiæ ſimilis quadantenus, quæ vocatur Cypria ficus in Creta: nam & illa in caudice ipſo fert pomum, & ramis cum in craſsitudinem adolevêre: ſed hæc germina emittit ſine ullis folijs radicis ſimilia, &c. Plin. l.13.c.7.
Ficus Cypria in Sycomori genere, Matth.
Sycomorus in Cypro, Cord. in Dioſc.
Ficus cypria, Dioſcoridis, Sycomorus Græcorum, Mumeitz Arabum, Rauvvolff. Lugdun. append.

III. Sycomorus folijs minoribus.
Sycomoro ſimilis fructu flaveſcente ſine granis in Mayo inſula: 4. part. Ind. or. fig. 19.

IV. Ambulon, Scalig. Lugd. Aruchit inſula fert arborem, cujus è cortice fructus exit candidus, ſaccharite ſpecie, & magnitudine coriandri, Ambulon ei nomen eſt.

MORUS.

Quæ arbor Μορέα ἢ συκαμινέα Latinis Morus, fructus μόρον ἢ συκάμινον Morum dicitur. Dioſc. l.1.c.180. arbor eſt nota: at Theoph. 1. hiſt. 15. Sycaminos (Morus Gaza) ſerotina germine eſſe ſolet, ſed nihilo tardius quam aliæ folia deperdit: 1. hiſt. 19. ſuccus vinoſus eſt: 1. hiſt. 21. flores ſunt lanuginei, &c. Plinio *l.15. c.24. nec alio modo quam pomi magnitudine differunt mora Oſtienſia & Tuſculana: & l.16.c.22. arborum dicta ſapientiſſima, quia noviſſima urbanarum germinat, nec niſi exacto frigore: quare l.18.c.27. cum germinare videris Morum, injuriam poſtea frigoris timere nolito.*

I. Morus fructu nigro.
Morus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. ut: Lac. Turn. Lon. Rauvvolff. Adv. Cæſ. Lugd. Tabern. Ger. vulgaris, Cam.
Morus arbor fructu nigro, Geſn. hort.
Morus nigra, Cord. in Dioſc. Bellon. Caſt.
Morus rubra, Ang.
Morus celſa officinis, Lob.
Celſa quaſi excelſa dicitur, ad differentiã Rubi, cujus fructus etiam Mora, ſed bati, dicuntur.

II. Morus fructu albo.
Morus alba, Matth. Ang. Geſn. hort. Lac. Adv. Caſt. Lugd. Cam. Tab. Ger. Rauvvolff. cui Tut Tripolitanis.
Morus alba, Gallis perperam Sicomorus, Bell.
Morus candida, Cord. in Dioſc. Dod. Lob.
Morus primum ex Hiſpania in Indiam propter bombyces illata; part. 9. Ind. occid. l.4.c.32.
Hæc non ſolum colore & magnitudine, ſed etiam ſapore à nigris differunt. Folia in hac quando adhuc humilis eſt, laciniata & altius inſecta habet, & non ſecus in nigra, quæ Chamæmorus augmenti tarditate tantùm à vulgari diſcrepans, Cam.

ARBUTUS.

ARbutus Dioſcoridi l.1.c.175. κόμαρος, arbor eſt cydonio aſſimilis, tenui cortice, fructum habens pruni magnitudine, nuclei expertem, quem μεμαίκυλον vocant, qui ubi maturuit ſubfulvus, aut rubicundus eſt. Theoph. 3. hiſt. 16. Comarus, quæ nemecylum cibo idoneum ferat, magnitudine non nimium præſtat: corticem tenuem tamarici ſimilem habet: folium inter ilicem & laurum: flores ſingulari appendice parte poſtrema racemati cohærent, ſpecie quiſque myrto oblongo ſimilis, non foliatus, concavus, tanquam ovum exſculptum ore aperto, &c. Plinio l.15.c.24. pomum duobus nominibus appellant Græci, Comarum & Memecylon, & apud nos alio nomine Arbutus, &c. & l.23.c.8. Arbutus ſive Unedo, fructum fert difficilis concoctionis.

I. Arbutus folio ſerrato.
Arbutus, Matth. Dod. ut: Bellon. Cord. in Dioſcorid. Geſn. hort. Lac. Turn. Lon. Rauvvolff. Cluſ. hiſp. & hiſt. Cæſalp. Caſtor. Lugd. Tabern. Camer. Gerard.
Arbutus Theophraſti, non Dioſcoridis, Ang.
Oinarum & Conarum ſive Arbutus & Unedo Theoph. Guil. pap.
Arbutus ſive Unedo, Adv. (Galeno perperam Epimelis) Lob.

Arbor vaſtæ magnitudinis in Creta, cum alibi fruticet, Bellonio monente: & in fructu differentia, quidam parvi mali magnitudine, rubore magis nigricante, mollior & ſuavior in mediterraneis: quidam avellanæ magnitudine, flavior & aſperior, in maritimis tractibus, Cæſ.

II. Arbutus folio non ſerrato.
Andrachnes, Bellonio.
Ἀνδράχνη Cretenſium, Hon. Belli apud Cluſium.
Adrachne Theophraſti, Cluſ. hiſt.

Ἀνδράχνης (Portulaca aliquando, potulaca Gazæ) folio Arbuto ſimilis eſt, magnitudine non nimium preſtans, cortice albo circumrumpi ſolito, fructum arbuto ſimilem parit, Theophraſt. 3 hiſt. 16. Adrachne ſylv. arbor eſt, ſimilis Unedoni, folio tantum minore, & nunquam decidente, cortice non ſcabro quidem, ſed qui circumgelatus videri poſſit, Plin. l.13.c.22.

Arbuti folio exoticæ.

I. Jambolones, Garziæ.
Jamboloins, Acoſtæ, Frag. Lugd.
Jambolyn, Palud. in Linſc. 4. part. Ind. or. 10.
Arbuſtum ſimile Myrto, Garz. Frag. folijs Arbuti (folijs oxyacanthæ Paludano) fructu olivæ Cordubenſi ſimili, qui muria conditur.

II. Carandas, Garziæ.
Caranda, Frag.
Auzuba, Oviedo, Frag. at Cluſius, Carandæ fere ſimilem Oviedum deſcribere, ait.

Fructu eſt exiguo malo perſimili, gratiſsimo uvarum ſapore, qui muriâ, etiam aceto, tum in continente, tum in Balagate conditur.

LAURUS.

DAphnem, Ladonis filiam formoſiſſimam fuiſſe, Poëtæ fabulantur, quam cum Apollo deperiret, & ut potiretur celeri curſu fugienti inſtaret, ab eo tandem capta, matrem tellurem precatur, ut in ſinum ſe ſuum reciperet. Votis ac precibus tellus excitata, confeſtim arborem edidit. Re conſpecta deterritus Apollo, arborem gentili nomine donavit, & vulſo ramo ſeſe coronavit. Δάφνη ipſa arbor, & baccæ δαφνίδες Dioſcoridi lib.1. cap.106. dicuntur, qui aliam folio tenuiore, alteram latiore ſcribit: & Theoph. (qui hinc inde multa de Lauro habet) 3 hiſt 12. alia eſt tenuifolia, figura ſimilis Sorbis: & 3. hiſt. 13. latifolia, folium molle atque oblongum habet, ſicut Sambucus: & 3. hiſt. 8. Laurus uvam producit & fructifera eſt, quanquam non omnis ſed genus quoddam, verum ſterilis copioſius, quam maſculam nonnulli appellant. Plinius lib.15. cap.13. Lauri genera tradens, meminit ejus quam Muſtacen vocat, folio maximo, flaccidoq; & albicante. Delphicæ, quæ æquali colore, viridior, maximis baccis è viridi rubentibus. Cypriæ, quæ folio brevi, nigro, per margines imbricato, criſpa. Tini, quæ aliquibus ſylveſtris Laurus, cærulea bacca. Regiæ, quæ ampliſſima & arbore & folio. Baccaliæ, quæ vulgatiſſima eſt, baccarumq; fertiliſſima. Sterilis, quæ triumphalis ſit. Affert & alia genera, nomine potius, quam generis ſocietate communicantia.

I. Laurus latifolia πλατυτέρα Dioſc.
Laurus regia ampliſsima, Plinio.
Laurus latiore folio, Matth. Caſt. Lugd.
Laurus latifolia, Cord. in Dioſc. Bellon.
Laurus regia foliis ad Malum Medicam accedentibus Cæſalp.
Laurus latifolia mas (quæ ſterilis & fœmina) (Tab.

II. Laurus vulgaris.
Laurus, Brunf. Trag. Dod. gal. Geſn. hort. Lac. Lon. Lob. Eyſt.
Laurus tenuifol. Matth. Cord. in Dioſc. Lugd. Caſt. Cam.

Laurus

Laurus altera ſpecies, Dod.
Laurus vulgatior baccifera, Adv.
Laur. mas (quę ſterilis & fœmina) Tab. & Ger.
Præter has Tabernæmontanus pingit
Laurum tenuifoliam marem.
Laurum tenuifoliam bacciferam, quæ Laurus mas, Gerard.
Laurum anguſtifoliam marem.

Laurus quædam floret tantum flore copioſo racemoſo, uvam Theoph. vocat, & fructum non fert: alia fructum fert, in quo etiam differentia: alterius, in rotundo modicè oblongus eſt: alterius oblõgus, gracilis & utrinq; ovato mucrone turbinatus. Lauros alibi fruteſcentes, in Achon monte ingentes arbores fieri Bellonius ſcribit, qui in Græcia quinque genera notavit. Et in Indiæ occidentalis inſulis Nicaragua, & nova Hiſpania Lauri venuſtæ & editæ exurgunt.

Laurus ſylveſtris.

Laurus ſylveſtris δάφνη ἀγρία Theoph. 1. hiſt. 15. inter perpetuò virentes è ſylveſtribus: Plinius l. 15. c. 30. hujus inter Lauri genera meminit, inquiens: Tinus, hanc ſylveſtrem Laurum aliqui intelligunt, nonnulli ſui generis arborem, cui cærulea eſt bacca: & M. Cato lib. de re ruſt. 8. Lauri ſylvatici nomine intelligere videtur.

I. Laurus ſyl. Corni fœminæ folijs ſubhirſutis.
Tinus primus, Ang. Cl. hiſp. & hiſt. Cam. Tab.
Laurus ſylv. ſive Tinus, Geſn. hort. Cam.
Laurus tinus cærulea bacca, Adv. Lob. ico.
Tinus, laurus ſylv. Cam. ep.
Laurus tinus Dalechampij, Lugd. (Lob.
Tini aliud genus Corni fœminæ proceritate, Lentago, Cæſalp.

II. Laurus ſylv. folijs venoſis.
Tinus ſecundus Cluſ. hiſp. hiſt. Lugd.
Tinus, Laurus ſylv. Dod.
Tinus Luſitanica Cluſij, Lob. Tab.
Thinnus, Caſt. append.
Laurus tinus Luſitanica, Ger.

III. Laurus ſylv. folio minore.
Laurus ſylvatica, Ang.
Tinus ſive Laurus inodora & Italorum Lentago, Bellon.
Tinus tertius, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Laurus regia, Caſt.
Tinus alter, Tab.
Laurus tinus, Ger.

Lauri folio exoticæ.

I. Laurifolia Magellanica cortice acri.
Cortex Winteranus, Cluſ. Lugd. Tab.
Lauro ſimilis arbor, cortice piperis modo acri. in Pinguinum inſula: 9. part. Ind. occid.
Cortices acerrimi: in 9. part. Ind. occid. addit.
Magellanica aromatica arbor, Cluſ. exot.

II. Laurifolia Americana, pomis capitis magnitudine.
Cohyne in America Theveto, Lugd.
Maraka & Tamaraka fructus, Cl. notis in Garz.
Arbor fructu Struthiocameli ovum adæquante, Lerio par. 3. Ind. occid. c. 7. & 12. arbor Choyne.
Fructus inſtar Cucurbitę, per quē baculũ figunt, & Tamaraka inſtrumentũ fit, Stad. in deſ. Braſil.

Ex fructu non eduli pocula conficiunt: Braſiliani perforato, lapillis aut milio inditis, pro crepitaculo utuntur, quod inſtrumentum Maraca nominare, Lerius cap. 15. refert.

III. Laurifolia Javanenſis.
Mangeſtans folijs laurinis fructu exigui mali aurei ſuaviſsimi, Garzię & Cluſ. qui addit folia mali formam magis referre.
Mangoſtans prunorum ſylv. modo creſcit: 4. part. Ind. or. 6. ſed figura, quæ tab. 15. habetur eſt Liguſtri Ægyptiaci.

IV. Laurifolia Guinenſis.
Arbor peregrina ex Guinea, Cluſ. exot. l. 1. c. 9.
Fructus inſtar mali magni ex flavo ſpadiceus, nigro polline plenus.

V. Laurifolia Guinenſis altera.
Arbor peregrina Laurocerasi folio, an Bravas, Cluſ. exot. l. 1. c. 12.

VI. Laurifolia Terenatenſis.
Beretinus fructus, Cluſ. exot. l. 2. c. 17. Tab.
Beretinus arbor, Lugd.

LAUREOLA.

Laureola à ſimilitudine cum Lauri folijs dicitur, quæ mas eſt & fœmina, & à Dioſcoride l. 4. c. 148. & 149. ſub Chamædaphne & Daphnoide proponi à multis creditur. Χαμαιδάφνη *virgas promit ſingulari ramulo conſtantes, cubitales, rectas, tenues, ac læves: & huic folia ſimilia Lauro, at leviora multo & tenuiora, & viridiora: fructus verò rotundus rubeus folijs annexus.* Δαφνοειδὴς *fruticulus eſt cubitalis, ramos multos habens à medio ſurſum modo flexiles & folioſos: cortex verò circa virgas viſcoſus valde: folia Lauro ſimilia, at molliora, validiora & fractu contumacia, mordentia & accendentia os & fauces: flores candidi: fructus verò nigri*

ubi ematuruit: radix ſupervacua. Plinio l.15. c.30. eſt & Chamædaphne ſylv. frutex: & l.24. c.15. Chamædaphne unico ramulo eſt, cubitali ferè folio tenui, lauri ſimilitudine: ſemen rubens. At Daphnoidem Lauri genus fecit: ſic enim l.15. c.30. Daphnoides frutex eſt ramoſus, craſſiore ac molliore quàm Laurus folio, cujus guſtatu accenditur os atque guttur: baccis è nigro ruffis: & l.23. c.8. Daphnoides ſylveſtris Laurus eſt.

I. Laureola ſemper virens flore viridi, quibuſdam Laureola mas.
Thymelæa folijs viridibus, Meſuæo.
Laureola, Brunf. Geſn. hort. Dod.
Thymelæa, Trag.
an Chamædaphne, Matth. Lac. Lon. Caſt. cui & Laureola minor.
Daphnoides, Dod. gal. Ang. Geſ. hor. Tab. cui & Daphnoides alterum genus.
Daphnoides ſive Laureola, Adv. Lob. Lugd.
Daphnoides Dioſcoridis, Cæſ. cui & Mezereon, Arabum.
Baccis rubris dicit Matthiolus: nigris in Sileſia Camerarius.
II. Laureola folio deciduo flore purpureo: officinis Laureola fœmina.
Chamælea ſive Mezereon, Trag.
Chamælea Germanica, Dod. ut: Cam. Thal.
Daphnoides, Fuch. Turn. Cam. ep. flore purpureo, Tab.
an Daphnoides, Matth.
Kellerhalß Germanorum, Bellon.
Daphnoides noſtrum vulgare, Geſn. hort.
Piper montanum, Ang. Geſn. hort.
Laureola major, Caſt.
Thymelæa, Cord. in Dioſc.
Daphnis alterum, Lon.
Chamædaphne ſive puſilla Laurus, Adv.
Meſereum Germanicum, Lob.
Laurus puſilla, Eid. icon.
Laureola fœmina & Daphnoides crocea, Lugd.
Alijs Cneorum album Theoph. alijs ejuſdem Daphnoides fructu croci colore: alijs Chamædaphne, id eſt humilis pumiláve Laurus Dioſcoridis videtur: licet Dalechampius Dioſcoridi ignotum fuiſſe cenſeat.
Flore eſt ſubpurpureo, rarius albo: habetur major & minor, hæcque Piper alpinum minus Geſ. lib. de hortis dicitur, ab hoc Cordus voluit granum Cnidium, quod Coccognidium appellatur, colligi: quæ cum maturuerint rubent, reſiccatæ nigricant.

CHAMELÆA.

Χαμελαία, quæ Latinis etiam Chamelæa, quaſi humilis olea, à ſimilitudine cum Olea, & Oleago, & Oleaſtella: Mauritanis & hæc Thymelæa, & præcedens Laureola, Mezereon dicitur. Dioſcoridi l.4. c.172. ramos habet dodrantales, frutex eſt è cremiorum genere, folia habet oleæ ſimilia ac tenuiora & denſa & amara, quæ guſtum mordent, & arteriam abradunt. At Plinio l.15. c.7. Chamelæa frutex ſurculoſus, non altior palmo, folijs Oleaſtri bacciſq;: & l.24. c.15.

I. Chamelæa tricoccos.
Thymelæa folijs magnis & tenuibus, Meſuæo.
Chamelæa latifolia vel alba, Serapioni.
Chamelæa, Matth. Dod. ut: Lac. Cord. in Dioſc. Bellon. Geſn. hort. & app. Lon. Cluſ. hiſp. tricoccos, in hiſt. Lob. Cæſ. Caſt. Lug. qui figuram Matthioli & Dodonæi exhibet.
Thymelæa, Ang.
Mezereon Arabum, Ad. Lob. ico. tricoccos, Tab.
Chamelæa vera, Cam.
Flores pallidi, aut lutei: Hiſpanica candidior & brevior ipſa Gallica.
II. Chamelæa alpina folio infernè incano.
Chamelæa, Cneorō Galeni, Alypias Aëtij, Ang.
Chamelæa alpina incana, Ad. Lob. ico. Lugd.
Chamelæa incana Bononienſium, Lob.
Chamelæa altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.
an Chamelæa altera folio duro, Cæſ.

THYMELÆA.

Θυμελαία, quæ & Latinis Thymelæa, quaſi Tithymelæa, ex Tithymalo & olea mixta facie, quam aliqui Dioſc. lib.4. cap.173. ſcribente, Chamelæam aut Cneoron vocant, ex quo Gnidium granum, quod ipſius ſemen eſt colligitur: hæc, ut idem, virgas edit ſpecioſas, numeroſas, tenues, bicubitales: folijs Chamelææ ſed anguſtioribus & pinguioribus: floribus candidis, ac inter ipſos fructu ceu myrti parvo rotundo, &c. Plinio lib.13. cap.21. & in quo naſcitur granum Gnidium, quod aliqui linum vocant: fruticem verò Thymelæam, alij Chamelæam: eſt ſimilis oleaſtro, folijs anguſtioribus, gummoſis ſi mordeantur, myrti magnitudine, ſemine, colore & ſpecie faris, ad medicinæ tantum uſum.

I. Thy-

I. Thymelæa folijs lini.
Thymelæa folijs parvis, Meſuæ.
Chamelæa tenuifolia & nigra, Serapioni.
Thymelæa, Matth. Dod. ut: Lac. Bellon (cui & coccum gnidium) Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. qui tres figuras appoſuit.
Thymelæa, Matth. ep. quoad folia, non fructum qui Chamelææ eſt.
Thymelæa vera, Geſn. hort.
Thymelæa grani Gnidij, Ad. Lob. ico.
Thymelæa 1. & 2. Tab. nam Matthioli & Cluſij figuram exhibet.
an Thymelæa folijs lini, Cam.
Κνέωρος (Caſiam Gaza vertit) Theophr. 6. hiſt. 2. eſſe, cujus duo genera propoſuit, Guilandinus voluit, alterum Chamelæam, alterum Thymelæam.

II. Thymelæa folijs acutis capitulo Succiſæ, ſive Alypum Monſpelienſium.
Alypum montis Ceti, ſive herba terribilis Narbonenſium, Adv. Lob.
Alypum Penæ, Lugd. Tab.
Empetron phacoides, Lugd.
Hippogloſſum Valentinum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tabernæm.
an Alypum, Matth. Lac. Cam. Lugd. & Alipia, Lon. quia Pena dicit apud Matthiolum picturam corruptam eſſe.

III. Thymelæa folijs polygalæ glabris.
Sanamunda viridis vel glabra, in Prodromo.
Thymelææ ſpecies Myconi, Lugd.

IV. Thymelæa folijs Chamelææ minoribus ſubhirſutis.
Sanamunda prima, Cluſ. hiſp. & hiſt. Rauvvolf. Lob. Caſt. Tab.

V. Thymelæa folijs Kali lanuginoſis ſalſis.
Empetron, Ang.
Sanamunda 2. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Tab.
Cneoron, Cæſalp.
Cneoron nigrum Myconi, Lugd.
Seſamoides minus Dalechamp. Lugd.
Phacoides Oribaſij quibuſdam, Eid.

VI. Thymelæa folijs candicantibus ſerici inſtar mollibus.
Tartonraire Galloprovinciæ Maſſilienſium, Adv. Lob. ico.
Seſamoides majus multorũ Dalechampij, Lug.
Seſamoides majus Scaligeri, Tab.
Sunt qui cum ſequenti eandem velint.

VII. Thymelæa tomentoſa folijs Sedi minoris.
Sanamunda 3. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſt.
Cneoron Pantij.
Erica Alexandrina, Lob. Tab.
Sanamundas vocat Cluſius, Granatenſes Mauritanos imitatus, quia his ad corpus purgandum frequenter utuntur: & quia Thymelææ facultatibus pollent, huc retulimus.

CNEORON.

Cneorum de multis plantis dici, non modo Plinius lib. 13. c. 21. teſtis eſt, qui Thymelæam Cneoron à quibuſdam appellari ſcripſit: & lib. 21. c. 9. Caſiam ab Hygino vocari: & mox, Cneori duo genera ſunt nigri atq; candidi, hoc & odoratum, ramoſa ambo, florent poſt æquinoctium Autumni: quæ ex Theophr. tranſlata. Sed recentiores alij ad Laureolam, alij ad Chamelæam & Thymelæam: alij ad Roſmarinum, alij ad alios referunt. Theophr. 6. hiſt. 2. Cneoron (Caſiam vertit Gaza) inquit genera duo, unum album, alterum nigrum: albo folium eſt cutaneum, oblongum, figura oleæ quodammodo ſimile: nigro, quale tamaricis, carnoſum. Album ſupra terram minus ſe attollit, & parum quid olet: nigrum valde odoratum eſt: radix utriusq; in profundum deſcendit magna: rami multi, breves & lignoſi, qui à terra, vel paulo ſupra dividuntur, lenti admodum, &c. Et Guiland. Cneorum utrumq; Chamelæam & Thymelæam eſſe, ex Aretæi, Dioſcoridis, Galeni, Aëtij & Plinij traditione ſtatuit.

I. Thymelææ affinis facie externa.
Cneoron, Matthiolo cap. de Cinam.
Cneoron alterum Matthioli } Lugd.
Oleander ſylv. Avicen. Myconi } Lugd.
Cneorum Matthioli, Cluſ. pan. & hiſt. Cam.
Caſia Matthioli, Chamelææ ſpecies, Tab.
Thymelæa minor, Cord. hiſt.

II. Cneoron album folio oleæ argenteo molli.
Cneorum album Dalechampij, Lugd.
Dorycnium, Imperati.
Dorychnium ex Sicilia, Cæſ.
Dorycnium verum Plateau, Cluſ. hiſt. ap. 1.
Dorycnium quorundam ſeu potius Convolvulus rectus Creticus, Ponæ Ital.

III. Cneoro albo affinis.
Dorycnium forte Dioſcoridis, Ponæ Ital.

NERI-

NERION.

NΗ'ριον ἢ ῥοδόδενδρον *Græci vocant: alij* ῥοδοδάφνην, *à flore roſæ ſimili & folijs laurinis: quare Apuleio, Roſa laurea. Rhododendros, inquit Plinius l.24.c.11. quia ne nomen quidem apud nos Latinum invenit, Rhododaphnen vocant, aut Nerium. Dioſcor. l.4. c.82. frutex eſt folijs amygdalinis longioribus & craſſioribus, flore roſeo & ſiliqua fructûi amygdalino proxima, quæ dehiſcens lanoſa natura, acanthij pappos repræſentante plena reperitur, &c. Plinio l.16.c.20. Nerion ſempiterna fronde, roſæ ſimilitudine, caulibus fruticoſum.*

I. Nerion floribus rubeſcentibus.
Nerion, Trag. Cord. in Dioſc. Ad. Lob. Tab. flore rubro, Eyſt.
Nerium, Matth. Fuch. Dod. gal. Turn. (qui 1. & 2. habet) Geſn. hort. Lac. Lon. Caſt. Lugd.
Oleander flore rubro, Ang.
Oleander, Defle circa Tripolim, Rauvvolf.
Rhododendron, Bellon. Geſ. hor. Dod.
Oleander, Laurus roſea, Lob. ico.
Rhododaphne, Geſ. hort. Cæſ.
Nerion ſive Rhododaphne, Cam.
In nonnullis Cretæ Inſulis ad ædicularum trabes conficiendas aptum eſt, cum alibi parvum ſit, Bellon.

II. Nerion florib. albis: & Lob. Lug. Tab. Cam.
Nerion candidis floribus in montis Idæ convallibus, Bellon.
Oleander flore albo, Ang.
Nerium ſive Rhododendron flore albo, Eyſt.

III. Nerio ſimilis arbor: & Tab.
Nerij facie arbor, Ad. Lob. Lugd. apud quem titulus tranſpoſitus eſt.

IV. Fructus Nerij ſiliquæ figura.
Kaye Baka, Cluſ. exot. l.3. c.19.

SECTIO SECUNDA.
CISTUS; CHAMÆCISTUS; LEDUM; LEDUM ALPINUM.

CISTUS.

Κίστος, κίσθος καὶ κίσθαρον, *Latinis ſimiliter Ciſtus & Ciſthus dicitur, fortaſſe quod ejus ſpecies aliqua κισσοῦ, id eſt, Hederæ, folijs rotundis ſit.*

Genera duo: Ciſtus non ladanifer, & Ciſtus ladanifer, qui Ledum dicitur. Ciſtus Dioſcoridi lib.1. cap.126. frutex eſt ramoſus, folioſus, non altus: folia habens rotunda, nigra, hirſuta: flores maſculo, veluti mali punica, fœminæ verò albi. Plinius l.24.c.10. ſic ait, Græci vicino hederæ vocabulo, Ciſthon appellant fruticem majorem. Thymo, folijs ocimi. Duo ejus genera, flos maſculo roſaceus, fœminæ albus. Verum Plinius Ciſthum cum Ciſſo, id eſt, Hedera, confundit, Theophraſti 6. hiſt. 1. lectione immendata, ubi κισσοῦ pro κίσθου habetur, deceptus: & Gaza, Hederam pro Ciſto reddidit.

Ciſtus mas.

I. Ciſtus mas folio rotundo hirſutiſsimo.
Ciſtus mas, Matth. ep. Ang. Tur. Lac. Lon.
Ciſtus, Cæſ. mas 4. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Ciſtus mas folio rotundiore Matthioli, Lugd.

II. Ciſtus mas folio oblongo incano.
Ciſtus mas, Geſ. hor. Ad. Lob. Cam.
Ciſtus, Dod. mas 1. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Ciſti alterum genus, Cæſ.
Ciſtus mas latifolius, Tab.
Flos colore rubro eſt, eoq; nunc ſaturatiore, nunc dilutiore.

III. Ciſtus mas anguſtifolius.
Ciſtus mas 2. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Ciſtus mas anguſtifolius 2. Cluſij, Lob.
Ciſtus mas anguſtifolius, Tab.

IV. Ciſtus mas folio breviore.
Ciſtus mas 3. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugd.

V. Ciſtus mas folijs Chamædrys.
Ciſtus mas 5. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. ico. Lugd.
Ciſtus mas ſupinus ſinuatis & fimbriatis folijs, Lobel.
Ciſtus mas tertius, Tab.

Ciſtus fœmina.

I. Ciſtus fœmina folio Salviæ.
Ciſtus, Cord. in Dioſc. Cæſ.

Ciſtus fœmina, Matth. Dod. ut: Ang. Geſ. hort. Lacun. Turn. Lonic. Adv. Lob. Cluſ. hiſp. & hiſt. Caſtor. Camer. & Lugdun. qui & Matthioli & Cluſij figuram exhibet, ut & Tabernæmontanus.

Ciſtus flore albo, Rauvvolf.

Variat: eſt enim clarior & rectis virgis: eſt & ſupinus humi ſparſus: in utroq; flos candidus, quandoq; luteus ochræ colore.

II. Ciſtus folio plantaginis.

Tuberaria major Myconi, Lugd.

Majorem & minorem Lugdunenſis pingit.

III. Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio, latiore obtuſo.

Ciſtus folio halimi primus, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lugd. Tab.

Ciſtus fœmina folio portulacæ marinæ, ſive Crithmi, Lob.

IV. Ciſtus fœmina portulacæ marinæ folio anguſtiore mucronato.

Ciſtus folio halimi ſecundus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugd. Tab.

V. Ciſtus folio ſpicæ.

Ciſtus folio lavendulæ, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugdun.

Ciſtus, Tabern.

VI. Ciſtus folio Sampſuchi incano.

Ciſtus folio Sampſuci, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugdun.

VII. Ciſtus folio Stechadis citrinæ.

VIII. Ciſtus folio Majoranæ.

Ciſtus folio majoranæ defluxis floribus, Adv. Lob. icon.

Helianthes ſpecies Penæ, Lugd.

IX. Ciſtus folio Thymi: & Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Lugd. Tab.

X. Ciſtus folio Salicis.

Ciſtus annuus primus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. an Hydrophyllon herba Athenæi, Cluſ.

Ciſtus annuus folio Salicis, Lob.

Ciſtus annuus, Tab.

Variat: primò folijs amplioribus, floribus majoribus: ſecundò folijs anguſtioribus, floribus minoribus.

XI. Ciſtus flore pallido punicante macula inſignito.

Ciſtus annuus ſecundus, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lug.

Ciſtus annuus guttato flore, Ponæ.

Helianthemum flore maculoſo, Colum.

Variat: eſt enim flore maculoſo, macula ex nigro ruffeſcente, ſive puniceo: vel non maculoſo.

XII. Ciſtus Ledi folio.

Ciſtus annuus folio Ledi, Lob. Tab.

Ciſtus annuus alter Lobelij, Lugd.

Alyſſum trigonum, Eidem.

XIII. Ciſti folio arbor exotica.

Arbor exotica *Ciſti folio*, Ad. Lob. ico.

Ciſti vel Ledi arbor peregrina Penæ, Lugd.

Arbor ciſti folio, Lob.

Ciſti folio exotica arbor, Tab.

Ciſtus exotica, Ger.

HYPOCISTIS.

Cum è Ciſti radicibus, veluti germen quoddam expullulet, id quod Hypociſtis dicitur, de eo paucis. Ciſti, inquit Dioſc. l. c. 127. radicibus adnaſcitur, quòd ὑποκιστὶς dicitur, nonnullis ῥόβηθρον, ἢ κύτινος, & mali punicæ cytino ſimile eſt: quædam rufa: altera herbacea, tertia candida cernitur.

Hypociſtis ſub Ciſto.

Hypociſtis, Matth. Dod. gal. Ang. Cord. in Dioſ. Lon. Caſt. Cæſ. Cluſ. hiſp. & hiſt. Ad. Lob. Lugd. Tab. Gerard.

Limodori genus, quod Hypociſtis, Dod.

Succus qui extrahitur, etiam Hypociſtis & officinis Hypociſtidos, dicitur.

Sub Ciſto Hiſpanico, rubram: ſub Ciſto folio halimi, luteam: & ſub Ledo quem octavo loco recenſuimus, varij coloris, palleſcente, lineis purpuraſcentibus & nonnihil vireſcentibus diſtincto Cluſius notavit: & hanc poſteriorem λιμοδώρα ſive Cynomori genus nuncupat.

CHAMÆCISTUS.

I. Chamæciſtus vulgaris flore luteo.

Hyſſopus campeſtris, Trag.

Panax Chironium, ſive flos ſolis, Matth. Caſt. Lugdun.

Panax Chironium quorundam, Ang.

Gratia Dei, Dod. gal. Geſn. hort. cui & Hyſſopoides.

Helianthemum, Cord. hiſt. Lob. Thal. flore luteo, Eyſtet.

Conſolida aurea Chirurgis, Cordi ſchol.

Hyſſopus montanus ſive ſylv. Lon.
Flos ſolis, Dod. (cui & Ciſti & Ledi quædam ſpecies) Caſt. Cam.
Helianthemum vulgo dictum, Cluſ. hiſp.
Helianthemum Plinij, Cluſ. pan.
Chamæciſtus primus, Cluſ. hiſt. qui ad Ciſti fœminæ tertiam claſſem reducit.
Helianthemum Germanicum ſecundum, Tab.
Helianthemum ſive flos ſolis, Lugd.
Chironia, Cæſ.

Hoc quibuſdam Panax Chironium Dioſcor. creditur. πάνακες χειρώνιον folia habet amaraco ſimilia, flores aureos, radicem tenuem, neq; altam, guſtu acrem: ſic Dioſcorid. lib. 3. cap. 37. Ab alijs Helianthe Plinij lib. 24. cap. 17. cenſetur: Helianthen ſcribit vocari in Themiſcyra regione, & Ciliciæ montibus maritimis folio myrti, ſed quid in hac brevitate pronunciare licet?

II. Chamæciſtus vulgaris flore albo majore.
Helianthemon albis floribus, Lob. ico. Eyſt.
Chironia flore candido, Cæſ.
Helenium minus Dioſcoridis, Lugd.

A priore differt floris colore albo, ejusq; magnitudine, Ladani ſpecie.

III. Chamæciſtus Friſicus folijs Nardi Celticæ.
Hirculus Friſicus Dortmanni, qui Chamæciſti genus, Cluſ. cur. poſt.

Hunc à Dortmanno quoq; accepimus.

IV. Chamæciſtus folijs minoribus & incanis.
Flos ſolis, Lob. Dod. utriq; quoad iconem.
Ciſtus humilis primus, Cluſ. hiſp.
Helianthos ſive Flos ſolis, Ad.
Ciſtus parvus Cluſij, Lob.
Chironiæ aliud genus, Cæſ.
Chamæciſtus quintus, Cluſ. hiſt. ico. at 4. deſcr.
Helianthemum ſecundum ſativum, Tab.
Helianthemum Anglicum luteum, Ger.

V. Chamæciſtus folijs Thymi incanis.
Panax chironium minus, Cam. ep.
Chryſanthemis, Erica minima, Ad.
Ciſtus humilis anguſtifolius, } Lob.
Erica chryſanthemos minor, }
Ciſtus humilis ſecundus, Cluſ. hiſp. Lob. ico.
Chamæciſtus quintus, Cluſ. hiſt. deſc. at quart. icone.
Helianthemum peregrinũ anguſtifolium, Tabern. Ger.

Huc referatur
Helianthemum Germanicum 3. Tab.
Helianthemum album Germanicum, Ger.

VI. Chamæciſtus quadrifolia.
Helianthemum Sabaudicum, Tab. Ger.

VII. Chamæciſtus folijs myrti minoris incanis.
Chamæciſtus ſecundus, Cluſ. pan. 3. Eid. hiſt.
Ciſtus humilis latifolius, Tab. Ger.

VIII. *Chamæciſtus anguſtifolia.*
Chamæciſtus *primus anguſtifolius, Cluſ. pan.*
Chamæciſtus ſextus, Eid. hiſt.
Ciſtus humilis anguſtifolia, Tab. Ger.

IX. Chamæciſtus ſerpillifolia floribus carneis.
an Roſa alpina altera folijs minimis, Geſ. hor.
Alpina altera, Ad.
Anonymus altera, Cluſ. pan.
Chamæciſtus ſeptimus, Cluſ. hiſt.

X. Chamæciſtus hirſuta.
Chamæciſtus quartus, Cluſ. pan. 8. Eid. hiſt.
Ciſtus humilis Auſtriaca, Tab. Ger.

XI. Chamæciſtus repens ſerpillifolia lutea.
Chamæciſtus tertius, Cluſ. pan. 2. in hiſt.
Ciſtus humilis ſerpillifolia, Tab. Ger.

XII. Chamæſtus ericæ folio luteus.
Cori ſimilimus frutex in maritimis, Cæſ.
Erica chryſanthemos, Lugd.
Coris Dioſcoridis Guilandino dicebatur.

Hujus duæ ſpecies altera brevioribus folijs & humilior, altera quadruplo longioribus & altior.

CISTUS LEDUM.

Ciſti alterum genus, inquit Dioſcorides l. 1. c. 128. à nonnullis λῆδον appellatum, frutex eodem quo Ciſtus modo naſcens, ſed folijs longioribus ac nigrioribus, quæ pingue quidpiam verno tempore contrahunt, ex quo λάδανον conficitur. Plinio l. 12. c. 17. ſunt qui herbam in Cypro ex qua Ladanum fiat, Ledon appellent: etenim illi Ledanum vocant, huic pingue inſidere, &c. Ladanum eſſe æſypum hircorum barbis genibusq; villoſis inhærens, &c. Ladani colligendi rationem Dioſcorides & Plinius l. c. referunt: quomodo verò in Creta colligatur, Bellonius l. 1. obſerv. c. 7. & ex eo Cluſius deſcripſit.

I. Ciſtus

I. Ciſtus ladanifera Monſpelienſium.
Ledum, Matth.ep.Lac.Caſt.Lugd.Tab.
Ladanum, Matth.Ang.Cæſ.Tab.
Ciſti ſpecies ſecunda, Dod.gal.
Ciſtus ladanifera, Turn.
Lada & Ladon ciſto ſimilis frutex, Cord. in Dioſc.& hiſt.
Ledon alterum ciſti genus, Geſn.hort.
Laudanum, Lon.
Ladanum latifolium, Rauvvolff.
Ciſtus ledon, latifolium, Adv.deſc.
Ledum latiore folio Italicum, Cam.
Ciſtus ledum Matthioli, Ger.

II. Ciſtus ladanifera Hiſpanica incana.
Ciſtus ledon, Dod.
Ciſtus ledon primum, Cluſ.hiſp.Lob.Lugdun. Gerard.
Ledi ſpecies Bauhini, Lugd.
Ledon Cluſij 1.Tab.
Ciſtus ledon primum anguſtifolium, Cluſ.hiſt.

III. Ciſtus ledon folijs laurinis.
Ciſti ledi 1.altera ſpecies, Cluſ. hiſp. & hiſtor. Lobel.
Ladanum alterum, Cæſ.
an Ciſtus maritimus, Lugd.

IV. Ciſtus ledon folijs populi nigræ major.
Ledon 2.Cluſ.hiſp.Lugd.Tab.
Ledon latifolium 2.majus, Cluſ.hiſt.
Ciſtus ledon 2.Cluſij, Lob.Ger.

V. Ciſtus ledon folijs populi nigræ minor.
Ciſti ledi 2.altera ſpecies, Cluſ.hiſp.Lugd.
Ledon 2.latifolium minus, Cluſ.hiſt.
Ciſtus ledon populnea fronde alter, Lob.
Ciſtus ledon 3.populnea fronde, Lugd.
Ciſtus ledon populnea fronde, Tab.Ger.

VI. Ciſtus ledon Cretenſe.
an Ciſtus mas, Matthiol. in magnis figur. & Lugdun.
Ciſtus è qua Ladanum in Creta colligitur, Bellon.
Ledon 3.Cluſ.hiſp.Lob.Lugd.
Ledon 3.Cyprium, Cluſ.hiſt.
Plantæ ex qua Ladanum Cretenſes colligunt folijs & floribus ciſti fœminæ, Alp.
Ledon à Græco diverſum & longè majus in monte Olympo, Bellonius notavit.

VII. Ciſtus ledon folio myrti.
Ciſtus ledon latifolium, Adv.ico.
Ciſtus ledon Ruſci aut Myrti folium, Lobel. icon.
Ciſtus ledon aliud latifolium Penæ, Lugd.
Ciſtus ledon myrtifolium, Tab.Ger.

VIII. Ciſtus ledon hirſutum.
Ledon 4.Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.Tabern. Gerard.
Ledon alterum anguſtiore folio, Cam.

IX. Ciſtus ledon folijs oleæ ſed anguſtioribus.
Ledon 5.Cluſ.hiſp.& hiſt.
Ciſtus ledon, Adv.
Ledon Narbonenſe, Lob.
Ciſtus ledon Narbonenſe, Tab.
Ciſtus ledon Lobelij, Ger.
Ciſtus flore albo, Eyſt.
Huic ſimilem ſub
Ciſto adulterino pingunt, Tab.& Ger.

X. Ciſtus ledon anguſtis folijs.
Ledon 6.Cluſ.hiſp.& hiſtor.Lob.(qui in iconibus hunc cum priore junxit) Lugd.
Ledum quintum, Cluſij, Lugd.Ger.
Ledon Cluſij nonum, Tab.

XI. Ciſtus ledon folijs roriſmarini hiſpidis.
Ledon 7. Cluſ.hiſp.& hiſt. Lob.Lugd.Tabern. Gerard.

XII. Ciſtus ledon folijs roriſmarini ſubtus incanis.
Ledon octavum, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.
Ladani ſpecies folijs Roſmarini, Rauvvolff.
Ledum Cluſij quintum, Tab.
Ciſtus ledon ſextum, Cluſij, Ger.

XIII. Ciſtus ledon folijs roriſmarini ſed non incanis.
Ledon nonum, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lugd.
Ledum Cluſij ſextum, Tab.

XIV. Ciſtus ledon folijs Thymi.
Ledon decimum, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob.Lugd. Gerard.
Ledum Cluſij octavum, Tab.

XV. Ciſtus ledon folijs roriſmarini ferrugineis.
Roſmarinum ſylv.Matth.Caſt.
Chamæpeuce, Cord. in Dioſcor. & hiſtor. deſc. Lugdun.
Ledum folijs roſmarini alterum, Lob.
Ledum Sileſiacum, Cluſ.pan.& hiſt.Tab.Ger.
Ledum roriſmarini folio, Tab.Ger.
Roſmarinum ſylv. ſive Bohemicum Matthioli, Lugdun.

Roſmarinus ſylv. Dod. belg.

XVI. Ciſtus ledon folijs ſalicis anguſtifoliæ.

Chamærhododendros montana Allobrogum lentiſcifolia, Adv. Lob. ico.

Roſmarinum ſylv. minus, Cam. ep.

Roſmarinum ſylv. ἄγριος } Cluſ. pan. & hiſt.
Ciſtus Sileſiacus }

Chamærhododendros alpina anguſtifolia, Tabernæm.

Chamærhododendros montana, Ger.

XVII. Myrtociſtus Pennæi, Cluſ. pan. & hiſt. Gerard.

Myrtociſtus Cluſij, Tab.

Ledum alpinum.

I. Ledum alpinum hirſutum.

Alpigenæ Chamærhododendri varietas, Lob.

Balſamum alpinum Geſneri, Lob. ico. Tabern. Camer.

Ledum alpinum, Cluſ. pan. & hiſt. Tab.

Ciſtus ledon alpinum, Ger.

II. Ledum alpinum, folijs ferrea rubigine nigricantibus.

Frutex in alpibus roſeo flore, Geſn. ad Cordum cap de Chamænerio.

Roſa alpina, Geſ. hort. & Fracto, potius Ledum alpinum.

Nereum alpinum, Geſn. de lunar.

Chamerhododendros alpigena odora, Ad. Lob.

Ledi alpini genus alterum, Cluſ. pan. & hiſt.

Rhododrendron alpina quibuſdam, Cæſ.

Evonymus Theophraſti 3. hiſt. 18. Lugd.

Chamærhododendros alpina latifolia, Tab.

Chamærhododendros alpigena, Ger.

Hujus ramis tubercula gallarum inſtar adnaſcuntur: & floris colore variat, communiter dilutè rubentis: at in Pyrenæis, flore tantum albo reperitur.

SECTIO TERTIA.

MYRTUS; RUSCUS; VITIS ET RADIX IDÆA; BUXUS; OLEA; SALIX; AGNUS CASTUS; SPIRÆA; Liguſtrum & Phillyrea.

MYRTUS.

Myrtus & Murtus Latinis: Græcis μυρσίνη & μυῤῥίνη nominatur, à Myrſine Athenienſi puella, pulchritudine & robore inſigni, amica Palladi, quam juvenis ab ea curſu & palæſtra ſuperatus interemit, invidia ductus, quod elegantia, cæteriſq; naturæ dotibus, reliquis virginibus præſtaret: arbuſcula in demortuæ locum ſucceſſit, ſemper Minervæ, ut olea chara. Græcum ei nomen remanet, ut Plinius lib. 15. cap. 29. ſcribit, quo peregrinam eſſe appareat. At quibuſdam ſic dicta, propter æmulam Myrrhæ quandam odoris gratiam, quæ in ejus baccis recentioribus, obſervatur. Et Theoph. Myrti pluribus in locis meminit, nulla tamen deſcriptione addita.

Genera Myrti multa ſunt; eſt ſativa & ſylveſtris: ſativa aut nigra aut candida: ſylveſtris alia levis alia ſpinoſa: illa, quæ ſativa opponitur, itidem vel nigra, vel candida. Dioſcoridi haud dubiè cognita, ut cui lib. 1. cap. 155. μυρσίνη ſativa nigra, medicinæ utilior candida: quæ & Plinius lib. 23. cap. 9. habet. Theophraſtus non videtur differentiam agnoviſſe, ſiquidem lib. 6. cauſ. 27. ſcribat, Myrtum Aegypti odoratam eſſe, quanquam cætera inodoratæ ſint; verum hoc propter loca fervida evenire. Plinio lib. cit. alia patricia alia blebeia: addens: Catoni tria genera, nigra, candida, conjugalis: nunc & alia diſtinctio, ſativæ aut ſylveſtris & in utraque latifoliæ: in ſylveſtri propria oxymyrſine: ſativarum genera topiarij faciunt. Tarentinam folio minuto, noſtratem patulo, exoticam denſiſſimo, ſenis foliorum verſibus: ramoſa utraque alia: conjugalem exiſtimo nunc noſtratem dici: hæc ille. Bacca μύρτα Græcis, Latinis Myrta & Murta, officinis Myrtilli dicuntur.

I. Myrtus communis Italica.

Myrtus, Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. append. Lon. Cæſ. Lugd.

an Myrtus alba, Adv.

Myrtus communis Italica, Cam.

Alia eſt nigra, colore tantum fructus differens.

II. Myrtus latifolia Romana.

Myrtus noſtras cum conjugali eadem, Plinio.

Myrtus

Myrtus Romana, Matth.
Myrtus major, Dod.gal.Adv.
Myrtus altera, Dod.
Myrtus ſativa, Caſt.
Myrtus laurea maxima, Lob.
Myrtus latifolia, Bellon.Cluſ.hiſp.& hiſt.
an Myrtus exotica Plinij, Cæſ.
Hanc & ſterilem & fructiferã Bellonius notat.
III. Myrtus latifolia Bœtica 1. vel folijs laurinis.
Myrtus Bœtica latifolia domeſtica 2.Cluſ.hiſp. & hiſt.
Myrtus Bœtica latifolia domeſtica, ſive laurea ſecunda, Lob.
Variat: hæc enim folijs eſt minoribus & paulò denſioribus: alia majoribus & paulò tenuioribus.
IV. Myrtus latifolia Bœtica 2. vel folijs latis confertim naſcentibus.
Myrtus Bœtica latif. exotica, Cluſ.hiſp.& hiſt.
V. Myrtus latifolia Belgica.
Myrti claſsis altera ſive latifolia triplex, & Myrtus media, Cluſ.hiſt.
Varietates hujus ſex Lobelius proponit.
VI. Myrtus anguſtifolia Bœtica.
Myrtus exotica, Matth.Caſt.Lugd.
Myrtus tertia, Dod.
Myrtus Bœtica anguſtifolia exotica, Cluſ.hiſp. & hiſt.
Myrtus exotica Plinij pluribus foliorum verſibus, Lob. (vvolff.
an Myrt. baccis magnis cinereo cæruleis, Rau-
VII. Myrtus ſylveſtris folijs acutiſsimis.
Myrtus ſylv. Matth.
Myrti majoris quinta ſpecies, Lob.
Myrtus Bœtica ſylv. Cluſ.hiſp.& hiſt.
Myrtus latifolia, Eyſt.
ſub Myrti ramulo cum flore ac ſemine pingitur apud Dodonæum.
VIII. Myrtus folijs minimis & mucronatis.
Myrtus albis baccis in Aſia, Bellon.
Myrtus domeſtica fructu albo, Cluſ.hiſp.& hiſt.
Myrtus prior, Dod.ico.
Myrtus nona anguſtifolia, Lob.
Myrtus Hiſpanica anguſtiſsimi folij, Cæſ.
Myrtus minima anguſt. folia, Lugd.
Hujus & altera ſpecies, folio per omnia teneriore, exiliore & anguſtiore.
IX. Myrtus minor vulgaris.
Myrtus Tarentina (à Tarento Apuliæ urbe) Matth.Caſt.Lugd.Cam.Cluſ.hiſt.Eyſt.
Myrtus minor, Dod.gal.Adv.
Myrtus minor & Tarentina, Cluſ.hiſp.
Myrtus minor vulgaris, Lobel. qui differentias quatuor facit.
Myrtus, Tab.
Myrtidanum μυρτίδανον Dioſcoridi l.1. c.156. eſt quod Myrto adnaſcitur, inæquabile, verrucoſum & concolor: & perinde quaſi manus Myrti caudicem amplectitur. Sed Plinio l.14. c.16. & l.23. c.ult. Myrtidanum eſt vinum, ex ſylveſtris Myrti baccis factum.
Myrti coccus.
Myrti excrementum ſive granum kermeſinum, ejuſdem ferè cum Cocco baphica naturæ, Myrti minoribus ramis adnaſcens, unico animali vivo veſiculæ incluſo, Bellon.
X. Pſeudomyrtus, frutex myrto admodum ſimilis Bellon. quid?
XI. Myrtus Indica.
Avacari, Garz.Frag.Caſt.
In India orientali, in montibus Malavar.

Myrto ſimiles exoticæ.

I. Myrto ſimilis Indica fructu racemoſo.
Coca, Ciecæ, Monard.Lugd.Cluſ.in Garz.
Coca herba, Benzoni part.6. Ind. occid. l.3.c.10. & part.9. l.3. c.20. & l.4.c.22. ubi habetur, Indis hujus folia pro pecunia eſſe.
Coca occidentalis, Fragoſo.
Arbor pumila folijs Myrti, vel ut alij Rhois coriariorum, cujus in tota Peru uſus eſt, folio ore detento, famem & ſitim aliquandiu inter peregrinandum levantes.
II. Arbor triſtis myrto ſimilis.
Arbor triſtis, Garz. Acoſtæ, Frag. Cluſ. ad Garz. Lugdun. (qui & Acoſtæ & Cluſij figuram licet diverſiſſ. exhibet) Tab.
Arbor triſtis, in Malacca Singady alijs pariſatico pul, guart: Turcis, gul: Linſcot.part.4. Ind. orient.15.
Arbore triſte de Dia, part.8. Ind.orient.
Arbor folijs Myrti Cluſio: pruni alijs: cujus flores ſingulis noctibus renaſcuntur, qui albi, pediculo luteo aut rubeo firmati, quo Indi Croci loco utuntur, & ex floribus aquam extillant, quam Aquam de Mogli appellant.
De arbore triſti Garzias & Fragoſus agentes, cum ejus flores gratiſsimi odoris ſint, duorum adhuc florum meminêre, & Linſcottus peculiare genus exhibet.

I. Mogori priores dicti, mali aureæ floribus odoratiores, quarum ſtillatitius liquor eundem apud iſtos uſum obtinuit, quem apud Hiſpanos aqua florum mali aureæ.

II. Champe dicuntur alij flores, quorum etiam magnus apud illos uſus eſt, odore graviori, quam Lilium album, Garz. Frag.

III. Fulle, floſculorum genus apud Indos ex arbore quadam toto anno durans, ſuaviſſimi odoris, Linſcot. 4. part. Ind. or. 10.

IV. Flos Indicus arboreus liliorum ſpecie.

Floribundio, ex arbore quæ ſolum flores, fructus nequaquam gignit, Joſeph. Acoſtæ lib. 4. cap. 27.

RUSCUS.

Ruſcus Dioſcoridi l. 4. c. 146. μυρσίνη ἀγρία, myrtus ſylveſtris dicitur: alijs ὀξυμυρσίνη, acuta myrtus & Myrtacantha. Plinius l. 23. c. 9. inquit, Caſtor Oxymyrſinen myrti folijs acutis, ex qua fiunt ruri ſcopæ, Ruſcum vocavit. Theophraſto 3. hiſt. 17. κεντρομυῤῥίνη. Hujus fructum Arabes Cubebas vocant, exiſtimantes Carpeſium apud Galenum 7. ſimpl. & 1. de Antidot. eſſe, quia nihil de Carpeſio apud Dioſcoridem, ut nec de Ruſco apud Galenum inveniatur: ſed revera Ruſci fructus à Cubebis differt, ut rectè Leonicenus notavit.

Ruſcus, Trag. Matth. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Bellon. Lac. Adv. Lob. Cæſ. Lugd. Caſtor. Cam. Tab. Eyſt. Ger. ſive Bruſcus.
Ruſcus verus, Lon.
Ruſcum, Dod. ut.
Centromyrini Theoph. & Oxymyrſine, Ang.
Myrtus ſylv. Turn.
Myrtacantha, murina ſpina, Lob. ico.

VITIS IDÆA SIVE MYRTILLUS, & Idæa Radix.

Ἄμπελος παρὰ Ἴδης, ſive Vitis ea parte Idæ, quam vocant Phalacras, naſcitur: eſt fruticoſa, virgis parvulis & ramulis cubitalibus penè exporrigitur, quibus acini ad latera adhærent, nigri, fabæ magnitudine, dulces, vinaceorum inſtar aliquid continentes: folium rotundum, individuum, parvum. Idem penè Plinius l. 14. c. 3. Myrtilli autem dicuntur à forma baccarum, quæ Myrti baccis ſimiles ſunt.

I. Vitis Idæa folijs oblongis crenatis, fructu nigricante.
Myrtillus, Matth. Lon. Caſt.
Vaccinia nigra, Dod. ut: Adv. Lob. Ger.
Radix Idæa fructu nigro, Ang.
Vitis Idæa nigris acinis, Geſn. Fracto.
Myrtillus Germanica, Lugd.
Vitis Idæa vulgaris baccis nigris, Cluſ. pan. & hiſt. Theophraſti, Eid. hiſt.
Vitis Idæa nigra, Cam.
Vitis Idæa 1. Tabern. & Vitis Idæa 2. major, Eid.
Bagolæ 1. genus, Cæſ.
Fructus exigui, Gallis Bleuete: part. 2. Amer.

II. Vitis Idæa folijs oblongis albicantibus.
Myrtillus grandis, Trag.
Vitis Idæa nigra major, Thal.
Vitis Idæa 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Vitis Idæa 3. Tab.
Vaccinia Pannonica, Ger.

III. Vitis Idæa folijs oblongis acuminatis baccis rubris inſipidis.
Vitis Idæa rubra Bavarica, Cam.

IV. Vitis Idæa folijs ſubrotundis non crenatis baccis rubris.
Myrtillus exiguus, Trag.
Vaccinia rubra, Dod. gal. Adv. Lob.
Radix Idæa fructu rubro, Ang.
Vitis Idæa ſpecies altera acinis rubris, Geſ. hor.
Vitis Idæa rubra ſive Vaccinia rubra, Dod.
Rhus Plinij minor, Æmilij, Thal.
Idæa vitis, Lugd.
Vitis Idæa rubra, nonnullis Rhus minor Plinij, Cam. ep.
Vitis Idæa buxeis folijs, Cluſ. hiſt.
Folijs eſt buxi interdum leviſſimè ceu ſerratis marginibus.

V. Vitis Idæa folijs ſubrotundis exalbidis.
Vitis Idæa altera, Cluſ. pan. & hiſt.
Vitis Idæa Geſneri major, Cam.

VI. Vitis Idæa folijs carnoſis & veluti punctatis, ſive Idæa radix Dioſcoridi.
Uva urſi Galeni, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Tab.
Vaccinia urſi, Ger.

Dioſc. l. 4. c. 44. ἰδαία ῥίζα, oxymyrſine (id eſt Ruſco) folia ſimilia habet: juxta ipſa verò

capreoli

capreoli exigui ſunt, ex quibus etiam flos erumpit: radix præclarè adſtringit.

Ἀρκτοστάφυλος Galeno 6. de comp. med. κατὰ τόπους 4. in Ponto naſcitur planta humilis & fruticoſa, folio Memecyli (ſive Arbuti) fructum ferens rubrum, rotundum guſtu auſterum.

Hanc ex Hiſpania folijs longioribus quidem accepi, apud nos tamen ad montem Crentzacenſem provenit.

VII. Vitis Idæa paluſtris.

Vaccinia paluſtria, Dod. ut: Ad. Lob.
Oxycoccum, Cord. hiſt. Cl. pan. Cam. Th. Eyſt.
Acinaria paluſtris, Geſ. hor. in Roſa alpina.
Serpillum acinarium, Geſ. col.
Erica ſexta baccifera, Lugd.
Vitis Idæa tertia in paluſtribus, Cluſ. hiſt.

An Samolus Plinij l. 24. c. 11. ſit, Dodon. edit. gal. dubitat, Samolum, inquit Plinius, herbam nominavêre, naſcentem in humidis: nullas alias notas addit.

VIII. Frutilla in Chile.

Ceraſorum ferè ſapore, fructus eſt non arboris ſed plantæ, coloris mori non ſatis maturi: par. 8. Ind. Occid.

BUXUS.

Buxus & Buxum, Græcis πύξος, διὰ πυκνὸν τοῦ ξύλου, à denſitate ligni dicitur, Theoph. 3. hiſt. 15. Buxus, magnitudine eſt haud procera, folium ei Myrto ſimile: locis frigidis & aſperis naſcitur.

Genera tria Pl. l. & c. 16. Gallicum, quod in metas emittitur, amplitudineq́ proceriore, Oleaſtrum in omni uſu damnatū, gravem præfert odorem. Tertium genus noſtrates vocant ſylveſtre, ut credo mitigatū ſatu: diffuſius & denſitate parietum virens ſemper ac tonſile. Sic apud nos quædam frutex tantum eſt, quædā in arborem magnam aſſurgit: & ex ejus radice ob varias maculas, & intortos linearum diſcurſus, cochlearia, cultellorum manubria, & imagunculæ in monte Jura ad S. Claudium conficiuntur: Sunt qui florere negent, ſed male.

I. Buxus arboreſcens.

Buxus, Brunf. Matth. Dod. ut: Fuch. Bellon. Geſ. hort. Tur. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd. Cam. Tab. Eyſtet.
Buxus vulgaris, Trag.

II. Buxus folijs rotundioribus.

Chamæpyxos, Trag. Taber.
Buxus humilis, Dod.

Hoc ad areolas hortorum muniendas frequenter utuntur.

III. Chamæbuxus flore Coluteæ.

Fruticulus exiguus folijs myrtinis, floribus papilionaceis ferè, diverſi coloris, Cord. obſ. ſyl.
Rhus myrtifolius Plinij Geſneri, Cam.
Chamæbuxus, Geſ. col.
Anonymos flore Coluteæ, Cluſ. pan. & hiſt.
Anonymos Pervincæ folio, Cam.
Pſeudochamæbuxus, Eyſt.
an Myrtus tenuifolia, Thal.

Variat floris colore & odore: colore, quia flaveſcunt, vel ex purpura rubeſcunt: odore, quia inodori majori ex parte, nonnulli odori ſunt.

OLEA.

Olea, Græcis ἐλαία dicitur, quod à τὸ λεῖον h. e. læve vel lubricum deducitur: aut à λεαίνω, id eſt, lævigo, lubrico, quod producat id quod lævigat, lubricatq́, videlicet oleum, cujus quævis lubricandi vis eſt. Sic & baccæ, arboris nomine ἐλαία, Latinè olivæ vocantur: quas cum nigreſcere incipiunt Drupas, Græcos Drypetas vocare, Plin. l. 15. c. 1. ſcribit: & Druppas l. 12. c. 27. Arborem Dioſcor. non deſcripſit: at Theoph. multa hinc inde habet, inter quæ hæc placent: Olea arbor eſt multifida, 1. hiſt. 5. medullam parvam & incertam gerit ut buxus, 1. hiſt. 9. nodoſa eſt, gongros (γόγγρους) quibuſdam vocatos habet, 1. hiſt. 13. viret perpetuò, ſed non ſemper eadem durant folia, ſed alia proveniunt, alia exareſcunt, 1. hiſt. 15. & anguſta ſunt, 1. hiſt. 16. ſemen carnoſum & nucleus interjacet, caro enim in nucleo eſt, 1. hiſt. 8. ſuccus pinguis, 1. hiſt. 19. flores foliati, ſed puſilli, 1. hiſt. 21. & circa fructum ipſum producuntur, & proſtrati perforati ſpectantur, 1. hiſt. 2. Olivæ aliæ fructum nulla carne, ſed oleo refertum producunt: aliæ carnoſum ſine oleo præſtant, 2. cauſ. 4 Genus alterum, quod Aegyptium appellamus, ubertate ac magnitudine fructus excellit. Tandē 4. h. 8. Oleæ maritimæ meminit, quæ folia ſimilima Ariæ habeat, fructum proximum his olivis, & lachrymam emittere, ex qua Medici medicamentū ſiſtendi ſanguinis componant.

Genera: Dioſcorid. Oleæ ſativæ & olivarum colymbadum: Oleæ ſylveſtris & Oleæ Aegyptiacæ l. 1. c. 137. & ſeq. meminit. At Virgilio, etiam Plin. l. 15. c. 1. referente, Olivarum tria genera, Orchites, Rhadios & Pauſias: nec plura genera Hetruriam agnoſcere, inquit Matthiolus. Plin. l. 15. c. 3. prima colligitur Pauſia, cui plurimum carnis: mox Orchites, cui olij, poſt Rhadios: ſubjungit Liciniam, Cominiam, Contiam, Sergiam, quam Sabini regiam

regiam vocant: & mox: regiæ ab alijs majorinæ, ab alijs phauliæ, grandiſſimæ, alioquin minimo, ſucco, & in Aegypto carnoſiſſimæ, olei exiguum: Decapoli verò Syriæ per quam parvæ, nec Cappari majores, carne tamen commendantur. Colymbades franguntur, eædemq; herbarum viridium ſucco condiuntur (ut in Gallia Narbonenſi, fœniculo.) Sunt & prædulces, per ſe tamen ſiccatæ, uviſq; paſſis dulciores, admodum raræ in Africa & circa Emeritam Luſitaniæ. Sic Columellæ decem genera, Pauſia, Licinia, Sergia, Radius, Nevia, Culminia, Orchites, Algiana, Murtea, Circites. Sanè Olearum differentiæ ex fructu magis quam arbore ſpectantur, ſcilicet magnitudine, pinguedine, probitate & colore. Et Bellonius de cult. notat, in vallibus Inſulæ Corcyræ in Græcia, Oleas eſſe ſemper virentes, quæ in Quercus altitudinem excreſcant.

I. Olea ſativa, ἐλαία ἥμερ☉.
Olea, Brunf. Trag. Tur. Cord. hiſt. Ang. Bellon. Geſ. hor. Lon. Dod. Ad. Lob. Rauvvol. Cæſ. Cam. & Ind. Occid. par. 9. l. 4. c. 32.
Olea ſativa, Matth. Dod. gal. Cord. in Dioſcor. Lacun. Caſt. Tabern. (cui & domeſtica) Lugd. Cluſ. hiſt. Ger.

Nodos qui in caudice ſunt, Theoph. 1. hiſt. 13. γόγγοι vocat: ruſtici in Hetruria (Cæſalpino auctore) ova olearum vocant, eò quod ſata numeroſa ſobole germinent. Ad nos adferuntur Hiſpanicæ, Genuenſes, Narbonenſes ſive Maſsilienſes & Comenſes.

In Virginia tria baccarum genera inter ſe differentia habentur, quarum forma glandibus ſimilis, à quibus bonum oleum elicitur, Thomas Hariot in deſ. Virgin. Ind. Oc. p. 1. ſed quid ſunt?

1. Olivæ maximæ Hiſpanicæ.
Olivæ Sergianæ regiæ, phauliæ, Plin.
Olivæ magnæ & carnoſæ, Cluſ. hiſt.
Olivæ ſuperbæ nucis ferè magnitudine, Cæſ.

2. Olivæ minor. & Genuenſ. & ex Provincia.
Olivæ Luſitanicæ, Narbonenſes, Bœticæ, Cluſ. hiſt. ex quibus plus olei exprimitur.

3. Olivæ oblongę atrovirentes ad lacum Comenſem natæ adferuntur, quæ carne dura nec ſucculenta oſsi firmiter hærent.

4. Olivæ albæ.
Pl. l. 23. c. 3. olivarum albar. & nigrarũ meminit.
Oliva alba circa Hiſp. & Ulyſſiponam, Cl. hiſt.

In Hetruria habentur:

1. Minores rotundiores, plurimum olei habentes, quæ Olivellę vocantur, Cæſ. quas Matt. ſecundo loco recenſet, & eas prægrandes arbores Juglandium modo ferre, quas Olivaſtræ rura Senenſia vocitent.

2. Majuſculæ & oblongæ oleum parcius ſed dulciſsimum reddentes, quæ nomine à radijs deſumpto, Raggiariæ dicuntur, Cæſ. hæ primæ ſunt Matth. quas oleæ minores proferunt, quibus in cibis utuntur.

3. Majores & pulpoſiores ad conditur as tantum quæſitæ, quas Regias Cæſalp. vocat.

4. Sunt quædam, quarum caro ab oſſe recedit cùm franguntur, virides, quæ conditæ gratiſsimæ fiunt, quas Colimbades Cæſalpin. cenſuit.

Colymbades quas κολυμβάδες Dioſc. l. 1. c. 139. nominat, aliqui volunt eſſe olivas muria conditas, ab innatando ſic dictas: quamvis Plinio l. 15. c. 3. (quem Cæſ. imitatur) diſtinctum genus feciſſe videatur; quarum etiam l. 23. c. 3. meminit. Condiuntur autem plerunq; immaturę per Hiſpaniam & Galliam Narbonenſem: interdum etiam maturæ & nigræ, præſertim in Luſitania. Olearum feraces arbores, ſed inſuavi odore & ſapore pejore, in Braſilia, reperiri, Benzo libr. 1. cap. 28. ſcribit.

II. Olea ſylveſtris folio duro ſubtus incano.
Ἀγριελαία ἤ κότινος, ἡ αἰθιοπικὴ ἐλαία Dioſc. l. 1. c. 137. & cap. 141. ſcribit Æthiopicæ oleæ lacrymam Scamonio ſimilem fulvam eſſe, &c. quod Gummi elemi eſſe Cæſalpinus ſuſpicatur.
Olea ſylveſtris, Matth. Lac. Tab. Ger.
Olea ſylveſtris ſive oleaſter, Ad. Lob. ico.
Oleaſter vel ſylv. olea, Caſt.
Oleaſter, Lon. Cæſ. Cluſ. in hiſp. & hiſt.

Hanc aliqui cum aculeis, alij ſine ijs, pingunt: alij in deſcriptione aculeorum meminere, ut Matth. Dod. alij præteriêre: ſane fructu eſt multo minore & à ſativa cultura differt: hinc & ſativa ſi negligatur, in ſylveſtr. abit: & ut Theoph. 2. hiſt. 3. ex nucleo oleæ, ἀγριέλαι☉ naſcitur.

III. Olea ſylveſtris folio molli incano.
Olea Bohemica, Matth.
Elæagnus, Matth. ep. Cam. ep.
Salix Amerina, Amato.
Chalef, Bellunenſi.
Ziziphus Cappadocica Plinij, Bell. Dod. Lugd.
Ziziphus alba, Geſ. hor. Cluſ. hiſp. & hiſt.
Ziziphus alba Columellæ, Bellon. (cui & Oleaſter perperam,) Cam.
Oleaſtri ſpecies quibuſdam, Geſ. hort.
Olea ſylveſt. Septentrionalium; ſive Eleagnos Theophr. folio Viticis, Lob.

Oliva

Oliva Bohemica, Lugdun.
Seiſeſun, Rauvvolf.

Alij Elæagnum Theoph. alij Ziziphum Cappadocicam Plinij, alij ejuſdem lib. 6. c. 18. Jovis barbam eſſe volunt.

Plinius lib. 21. cap. 9. de Coronis agens, duo earum inquit genera, quando aliæ flore conſtant, aliæ folio: florem dixerim eſſe Geniſtas, namque & ijs decerpitur luteus, item Rhododendron, item Zizipha quæ & Cappadocica vocatur, his odoratus, ſimilisque olearum floribus.

S A L I X.

Salix, ἰτέα Græcis, παρὰ τὸ ἰέναι, quòd citò in altum excreſcat, inter primas etiam germinans: & Latinis, quòd celeritate creſcat ut ſalire videatur, dicitur. ἰτέα arbor eſt vulgo cognita, Dioſc. l. 1. c. 136.

Genera: Theoph. 3. hiſt. 13: Salix multigena eſt: nam alia nigra dicta, quòd cortice nigro, aut puniceo tegatur: alia candida, quòd candido: virgas pulchriores & ad texendum commodiores nigra profert: candida ſpiſſiores. Eſt tam nigræ, quàm candidæ genus quoddam parvum: hanc Arcades non ἰτέαν, ſed ἑλίκην vocant, exiſtimantq́ fructum fœcundum eam parere. At Plinio l. 16. c. 37. Salicis plura genera: nam quædam & in proceritatem magnam emittunt, jugis vinerum perticas præbent, pariuntq́ baltheo corticis vincula: & aliæ virgas ſequacis ad vincturas lenticiæ. Aliæ prætenues viminibus texendis ſpectabili ſubtilitate. Rurſus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agricolarum ſuppellectili: candidiores ablato cortice læves tractatu, molliorib. vaſis quàm ſi è corio fiant, atq́ etiam ſupinarum in delicias cathedrarum aptiſſimæ. Finditur Græca rubens Amerina, ut & candida, haud paulò flexilior, ideo ſolido ligans nexu. In Aſia tria genera obſervant, nigram utiliorem viminibus: candidam, agricolarum uſibus: tertiam quæ tenuiſſima eſt Helicem vocant. Apud nos quoq́ multi totidem generibus nomina imponunt: vimineam vocant, eandem purpuream: alteram nitelinam à colore, quæ ſit tenuior: tertiam Gallicam, quæ tenuiſſima. Et l. 17. c. 20. perticalis & viminalis meminit: hæc Plinius. Quare veteres Salices diſtinxêre colore primùm, deìn uſu: colore, albo, nigro ſeu purpureo, ſive phœniceo, ſive rubente & vitellino, qui in cortice ſpectatur. Uſu, quòd alia ſit perticalis, alia viminalis: alia fiſſilis, alia ex qua vincula fiunt: alia ex qua virgæ fiunt, vel tenues & invalidæ, vel firmiores & craſſiores, ad varia opera.

I. Salix vulgaris alba arboreſcens.
Salix alba Theophr. & Plinio.
Salix ex qua perticæ fiunt, Matth.
Salix perticalis, Cord. in Dioſc.
Salix prima vel major, Dod.
Salicis quartum genus, Lon.
Salix, Ad. Dioſcoridis, Lob.
Salix alba perticalis, Lugd.

Ex hac pali ad vitium pedamenta, & ſtipites ad ſepes firmandas fiunt.

II. Salix vulgaris nigricans folio non ſerrato.
Salicis primum genus, Trag. Fuch. Tur.
Salix Gallica, Cord. in Dioſc.
Salix nigra ſeu punicea, Lon.
Salix nigra ſeu rubens, Thal.
Salix phœnicophlœos ſive phœnicea, Lugd.

III. Salix vulgaris rubens.

Τὴ οἴσυ nomine (Salicem Amerinam Gaza vertit) Theophr. l. 6. c. 2. deſignaſſe aliqui volunt: verùm hæc Salix fructus non habet: cùm in Oeſo fructus ſit, vel niger, vel candidus.

Salix Amerina nigra & rubens, Plinio.
Salix colore ruſeſcente, quæ Græca vocatur, Matthiol.
Salicis tertium genus, Fuch. Tur. 2. genus, Lon.
Salix viminalis, Amerina & Sabina Columellæ, Dod. gal.
Salix minor, viminalis & Gallica, Dod.
Salix Amerina, Lugd.
Salix Sabina ſive Amerina, Thal.

Ex hac vincula quibus in aqua maceratis vites & doliorum circuli vinciuntur: & alteri cortex magis rubet, alteri nigricat.

IV. Salix ſativa lutea folio crenato.
Salix tertia, Trag. Cæſ.
Salix vitellina, Dod. gal. Cord. in Dioſc.
Salicis alterum genus, Fuch. Lon.
Salix anguſtifolia ſylv. Tab.
Salix aquatica, Ger.

V. Salix folio amygdal. utrinq; virente aurito.
Salix μελανόφλοιος, id eſt, cortice nigro, Theoph. 3. hiſt. 13.
Salix purpurea, Plinio.
Salix, Matth. in fig. major, Ger.
Salix ſylv. latifolia, Tab.
Salix purpurea nigra viminalis, Lugd.

Hæc virgas tenues præbet, ad corbes, ſportas, fiſcinas, & ſimilia conficienda: huic peculiare, quod ſingulorum foliorum exortibus alæ duæ adpoſitæ ſint.

VI. Salix folio longiſsimo, anguſtiſſ. utrinque albido.
Elæagnus (Zenigole Patavinorum) Ang. Caſt.
Elæagnus Dalechampij, & Salicis 6. genus, Lug.
Ἐλαίαγνος nomen, ex ἐλαία καὶ ἄγνος, ex olea & vitice compoſitum eſt: nam ut Theop. 4. hiſt. 11. Elæagnus fruticoſa planta eſt Agno ſimilis, folio, figura eidē ſimili, molli, lanuginoſo, ut Mali cydoniæ, fl. albæ populi minore, fructu nullo.
VII. Salix humilis anguſtifolia.
Salix humilis, Dod. ico.
Salix humilis repens anguſtifolia, Lob. Lugd.
an Chamæitea, Tab. & Ger.
VIII. Salix oblongo incano, acuto folio: quæ 2. loco in Prodromo deſcribitur.
IX. Salix fragilis.
Salix 2. candido cortice, Trag.
Salix candida vel Græca, Dod. gal.
Salicis tertium genus, & Salix alba, Lon.
Hæc ad ligamenta planè inutilis eſt: communiter cortice albo, rarius rubro, de qua ſub Salice 1. in Prodromo.
Salicis 4. genus, quam vulgo Vitricem vocitent, quòd vitri modo frangatur, Cæſ. proponit, ſed folia lata ſubrotunda & hirſuta tribuit.
X. *Salix folijs glaucis & per ambitū hirſutis.*
XI. Salix humilis capitulo ſquammoſo.
Salix Helice Theoph. 3. hiſt. 13. Lugd.
Salix anguſtifolia, Cl. pan. Pannonica, Eid. hiſt.
Sæpè folijs veſicæ ſubrubentes, & ſurculis, pilulæ quædam ſcabræ inſident.

Salix latifolia.

I. Salix latifolia rotunda.
Siler arbor, Ang.
Salix lato folio, Geſn. hort.
Chaleb Syrorum, Geſ. quia fl. eſt odoratiſſ. Cam.
Salix platyphyllos, Adv. alia, Thal.
Salix latifolia, Cam. Cluſ. hiſt.
Salix platyphyllos ſive leucophlœos & Elæagnos quibuſdam, Lugd.
Salix caprea rotundifolia, Tab. Ger.
De Silere Plinius l. 16. c. 18. hæc habet: non niſi in aquoſis proveniunt Salices, alni, populi, ſiler, liguſtra teſſaris utiliſsima: & c. 21. Sileri folia non decidere ſcribit, nulla alia nota addita; deque ejus viribus l. 24. c. 10. egit.
Hujus carbo citiſsimè ignem concipit, quare ex ejus cinere, ſulphure & aphronitro pulvis tormentarius conficitur: hujus carbonibus pictores ad delineanda opera utuntur.

II. Salix folio ex rotunditate acuminato.
Salicis quartum genus, Trag. Lon.
Salix aquatica, Lob. ico.
Salix platyphyllos, Thal.
Salix caprea latifolia, Tab. Ger.
III. Salix latifolia minor.
Salicis platyphyllæ ſpecies alia, Thal.
IV. Salix ſubrotundo argenteo folio, quæ 3. in Prodromo.
V. Salix maritima oſtrearum teſtis innaſcens.
Salix marina, Lugd.

Salix pumila latifolia.

I. Salix humilis latifolia erecta: quæ 4. in Prodromo.
II. Salix latifolia repens. (ep.
Salix puſilla humilis, ſeu Salicula repens, Cam.
Salicis pumilæ genus 2. Cluſ. pan. & hiſt.
Salix pumila, Tab. humilis, Ger.
Salix pumila, folio latiore, Dod. belg.
Salix leucophlœos palmum alta, Lugd.
III. Salix alpina pumila rotundifolia repens, infernè ſubcinerea.
Salix pumila latifolia prior, Cluſ. pan. & hiſt.
IV. Salix pumila folijs utrinque candicantibus & lanuginoſis.
Salix abortiva, Lugd.
V. Salix ſaxatilis minima, quæ 7. in Prodr.

Salix pumila anguſtifolia.

I. Salix pumila linifolia incana.
Salix pumila anguſtifolia prior, Cl. pan. & hiſt.
Salix pumila folio anguſtiore, Dod. belg.
II. Salix pumila brevi anguſtoque folio incano.
an Salix humilis repens, Adv. Lob. ico.
Salix pumila anguſtifolia altera, Cl. pan. & hiſt.
Hæc variat: nam paulo latioribus folijs quæ in ſabuloſis Hollandiæ aggeribus Oceano objectis naſcitur, Cluſio monente.
III. Salix alpina Pyrenaica: quæ 8. in Prod.
IV. Salix alpina anguſtifolia repens, non incana, quæ 5. in Prodromo.

Salix exotica.

I. Salix Syriaca folio oleagineo argenteo.
Zarneb vel Zarnabum, Rhaſi cap. 353. & Avicennæ cap. 749.
Zurumbeth Serapioni, cap. 26.
Elæagnus Theophraſti.
Saffaf Syrorum, Rauvv. & Lugd. app.
Calaf ſeu Ban, Alpino.
Verùm Rauvv. folijs anguſtioribus, at Alpinu

...latioribus pingit: hanc ſub nomine arboris magnæ virtutis, ab inſigni Pharmacopæo D. Jo. Pona Verona hoc anno accepimus.

Ex floribus incolas aquam cordialem elicere, Rauvvolfius ſcribit: & quidem in Ægypto, quam Macahalef vocitent, Alpino monente.

II. Salix Arabica folijs Atriplicis.
Garb Arabum, Avicen. cap. 326. & 686.
Salix exotica, Garb incolis, Rauvv.
Garab Maurorum, Lugd. app.

Ex hac apud ipſos Aphronitrũ optimum fit, ad ignariũ pulverem conficiendũ, Rauvv. monẽte.

AGNUS CASTUS SIVE VITEX.

Vitex, Græcis ἄγνος, ἢ λύγος Dioſcoridi lib. 1. cap. 135. ἄγνος, id eſt Caſtus, quod ab ijs à quibus eſtur, aut bibitur, aut ſubſternitur, caſtitatem conſervet, Gal. 6. ſimplicium auctore: quare matronæ in Theſmophorijs Athenienſium ἁγνεύουσαι, id eſt, caſtitatem cuſtodientes, folia hujus arboris ſibi ſternebant, Dioſcoride & Plinio referentibus. Cui & λύγος (quaſi vimen) propter invictam ferè virgarum flexibilitatem: officinis, Agnus caſtus: cujus ſemen quibuſdam à Piperis ſimilitudine, Piper vocatur. Eſt Dioſc. frutex in arborem aſſurgens: virgulta gerit fractu contumacia & longa: folia verò olivæ, ſed teneriora atque majora. Theoph. ἄγνος (Amerinam Gaza vertit) cultura arbor efficitur, cùm frutex ſit, 1. hiſt. 5. verùm ſuper fructum ipſum florem inſidentem emittit: virgas parvas ſicut cornus fœmina ſuo latere profert & fructuoſior eſt, nodos tamen geminatos, tum invicem congruos habet, 1. hiſt. 21. Plin. lib. 24. cap 9. non multum, inquit, à Salice vitilium uſu diſtat Vitex, foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet.

Genera ejus duo: eſt quæ album florem, cum aliquatenus purpureo mittat, altera purpureum profert, Dioſc. ac Plinio l. c. major, in arborem Salicis modo aſſurgit: minor, ramoſa, folijs candidioribus, lanuginoſis: prima album florem mittit in purpureo, quæ & candida vocatur: nigra, quæ tantum purpureum.

I. Vitex folijs anguſtioribus cannabis modo diſpoſitis.
Vitex, Trag. Dod. ut: Ang. Cord. in Dioſcor. Geſn. hort. Lac. Tur. Lon. Cæſ. Lugd. Cam.
Vitex ſive Salix Amerina, Matth.
Agnus ſive Vitex, Bellon.
Agnus caſtus, Geſn. hort. Caſt.
Elæagnon Theophraſti, Adv. Lob.

II. Vitex latiore folio.
Vitex latiore ſerrato folio, Lob. Lugd.

III. Vitex trifolia minor.
Agni caſti ſpecies multo minor cæteris, tribus tantum firmis folijs donata, Rauvvolf. Sed quid?

SPIRÆA.

De Spiræa hæc habet Theophraſtus 1. hiſt. 25. plura ex alijs fructum cacumine ferunt, quam ex arboribus, ut frumentorum quæ ſpicam pariunt, & fruticum ἐρείκη καὶ σπειραία (aliqui πειραία legunt) καὶ ἄγνος, καὶ ἄλλ' ἄττα: erica, piræa, amerina, ut Gaza vertit, qui omittit καὶ ἄλλ' ἄττα, id eſt, & alia quædam.

Frutex ſpicatus folijs ſalignis ſerratis.
Spiræa Theophraſti forte, Cluſ. hiſt.

LIGUSTRUM.

Liguſtrum Græcis κύπρος. Cyprus Dioſc. lib. 1. cap. 124. arbor eſt folijs circum virgulta oleæ ſimilibus, ſed latioribus, mollioribus & viridioribus: floribus candidis muſcoſis, odoratis: ſemine nigro, ſambuci fructui ſimili: & Plinio lib. 12 cap. 24. Cyprus in Aegypto eſt arbor Ziziphi folijs, ſemine coriandri, flore candido odorato: & mox, quidam hanc eſſe dicunt arborem, quæ in Italia Liguſtrum vocatur: & lib. 24. cap. 10. Liguſtrum eadem arbor eſt, quæ in Oriente Cyprus.

I. Liguſtrum Germanicum.
Liguſtrum, Brunf. Matth. Lacun. Fuch. Cord. in Dioſc. Bellon. Geſn. hort. Turn. Lob. Rauvvolf. Cæſ. Caſt. Lugd. Thal. Tab. Ger. Eyſt.
Liguſtrum vulgare, Trag.
Liguſtrum majus, Lon.
Phyllirea, Dod. ut: Ang. Geſn. hort.
Halimus, Lac.
Liguſtrum Dioſc. noſtras, Adv.
Liguſtrum Italicum, Alpino.

Sunt qui Cyprum Dioſcoridis volunt, ut Tragus, Matth. Cord. in Dioſc. Cæſ. & alij: negant alij, ut Anguillara, qui Liguſtrum Latinorum facit: alij Phyllirẽam volunt, ut Dod. & Ang.

Flore eſt albo, Tragus & ſubluteo notavit, & Liguſtri aliam ſpeciem nominat: & Lonicerus majus & minus facit.

II. Liguſtrum myrtifolium Italicum quod 1. in Prodromo: quod etiam nomine Myrti liguſtri folio, accepimus.

III. Ligu-

III. Liguſtrum folijs laciniatis, quod 2. in Prodromo, & Liguſtri nigri nomine ex Italia primum, dein pro Syringa laciniatis folijs ex horto Nobil. Contareni habemus.

IV. Liguſtrum Ægyptiacum latifolium.
Cyprus Græcorum, Alcanna vel Henne Arabum, nunc Græcis Schenna, Rauvvolf. & Lug. append.
Cyprus Plinij ſive Alcanna, Belli ep. 4. ad Cluſ.
Henne in Ægypto aliàs Alcanna, Bellonio.
Alcanna Arabum, Cluſ. ad Bellon.
Alkanna, Adv.
Flore eſt pallidè ſubflavo.

V. Liguſtrum Ægyptiacum anguſtifolium.
Liguſtrum Ægyptium, Elhanne ſeu Tamaharendi, vel Alcanna Avicennæ, Alpino.
Figura enim ab Alpino propoſita diverſa, à Rauvvolfij figura, quod & Cluſius in cur. poſterioribus monet: & Alpinus florem ſubcinereum Sambuci floribus minorem tribuit: quare an diverſæ conſiderandum: ramum ſolum baccis minutis ſeminibus refertis onuſtum, ſed ſine folijs, ex Creta ab Honorio Belli habemus. In hiſt. orient. part. 4. figura tab. 15. ſub Mangoſtans proponitur.

PHILLYREA.

Φιλλυρέα Dioſcor. lib. 1. cap. 125. arbor eſt Cypri magnitudinem æquans, folijs oleaceis, ſed latioribus & nigrioribus, fructu lentiſci nigro, ſubdulci, & quaſi racemato.

I. Phillyrea latifolia levis.
Phylerea arbor Galloprovinciæ, verior Macaleb Serapionis, Adv Lob. ico.
Phillyrea, Cam. ep. * notata.
Phillyra, Mahaleb Serapionis, Lugd.
Philyca Dalechampij, Eid.
Mahalepum Serapionis, Tab.

II. Phillyrea latifolia ſpinoſa.
Phillyrea prima, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Phillyrea prior Cluſij, Lugd.

III. Phillyrea folio leviter ſerrato.
Phillyrea 2. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Phyllirea ſerrata, Ger.

IV. Phillyrea folio Liguſtri.
Phillyrea, Matth. Lac. Rauvv. Lugd.
Phillyrea Bellonij, Geſn. hort.
Cyprus latiore folio, Dod.
Phillyrea major, Adv. Narbonenſis, Lob.
Phillyrea tertia, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Philyrea media, Cam. ep.
Alaternus major Dalechampij, Philyrea Penæ major, } Lugd.
Iſatrum, Cæſ. & Phillyra, Theoph.
Phyllirea latiore folio, Ger.

V. Phillyrea anguſtifolia prima.
Cyprus, Dod.
Phillyrea quarta, Cluſ. hiſp. & hiſt. Tab.
Philyrea anguſtifolia, Lob. Cam. ep. Ger.
Phillyrea minor, Adv. Penæ, Alaternus minor Dalech. } Lugd.

VI. Phillyrea anguſtifolia ſecunda.
Phillyrea quinta, Cluſ. hiſp. & hiſt.

SECTIO QUARTA.

PHILYCA; CELASTRUS; OENOPLIA; RHAMNUS; LYCIUM; RUBUS; CHAMÆRUBUS; CAPPARIS; ROSA Sativa, ſylveſtris, & Hiericuntica.

PHILYCA.

Φιλύκη Theophraſto 1. hiſt. 15. ex ſylveſtribus perpetuò viret: 3. hiſt. 6. ineunte Vere germinat: 5. hiſt. 7. candor ei Celaſtri modo, ſemper fronde abundat. Plinio l. 16. c. 26. Alaternus dicitur, qui inter arbores fructum nullum ferentes, hoc eſt, ne ſemen quidem, refert, cui folia inter Ilicem & Olivam.

I. Philyca elatior.
Alaternus, Ang. Portæ, Cam.
Philyca Theophr. Alaternus Plinij, Elæprinos Cretenſium, Bellonio.
Alaternus Plinij (& Spina cervina quorundam) Lobel. icon. Gerard.
Alaternus prima, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Celaſtrus mas Theophraſti, Cæſ.
Bourgeſpine Monſpelienſium, Adv. Lob. ob.
Apharca Theophraſti, Lugd.

Phillyra

Philyra mas Theophraſti, Cæſ.
Alaternus Turneri, Tabern. qui duas figuras adpoſuit.

Ἀφαρκὴ Theophraſto 1. hiſt. 15. ex ſylveſtribus arboribus perpetuò viret: 3. hiſtor. 6. fructum primum cum uva nigreſcit & varia fit, maturant; alterum cum vitis floret: bis enim ambæ fructum ferre videntur.

II. Philyca humilior.
Alaternus alter, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. Tab.
Alaternus alter humilior, lato folio, Lob.
Ilatrum folio ad Ilicem accedente, Cæſ.
Celaſtrus fœmina Theophraſti, Lugd.
Alaternus humilior, Ger.

CELASTRUS.

Κήλαστρος Theophraſto 1. hiſt. 6. cultum nullum patitur: 1. hiſt. 15. folia nunquam demittit: 3. hiſt. 6. & tardiſſimè fructum perficit: 5. hiſt. 8. ad baculos idonea eſt.

Celaſtrus Theophraſti, Cluſ. in cur. poſt. hanc ex horto Leidenſi accepimus.

OENOPLIA.

I. Oenoplia non ſpinoſa.
Sudar Serapioni.
Oenoplia ſeu Napeca Bellonij, Connarus Alexandrinorum fortè apud Athenæum, Cluſ. hiſt.

Hanc una cum fructu & floribus, ex Creta ab Honor. Belli accepimus.

II. Oenoplia ſpinoſa.
Nabca, Paliurus Athenæi credita, Alpin.
Oenoplia ſpinoſa, Honor. Belli, Cluſ. hiſtor. & ep. 5.

RHAMNUS.

Rhamnus ῥάμνος Dioſcoridi lib. 1. cap. 119. frutex eſt circa ſepes naſcens: virgas rectas & ſpinas aculeatas, ut Oxyacantha habens: folia verò parva, oblonga, ſubpinguia, mollia: eſt & altera candidior. De tertia, vide ſub Paliuro. Et Theoph. 1. hiſt. 15. ῥάμνος frutex eſt perpetuò virens: 3. hiſt. 17. & alia candida, alia nigra, fructusq; diverſus, ambæ verò aculeigeræ: 3. hiſt. 18. peculiare racemis, quod per latera caulium ſepiunt: poſtremoq; caulis racemus omnium maximus propendet. Plinio lib. 24. cap. 14. inter genera Ruborum, Rhamnus appellatur à Græcis, candidior & fruticoſior: is floret ramos ſpargens rectis aculeis, non ut cæteri aduncis, folijs majoribus. Alterum genus eſt ſylv. nigrius & quadantenus rubens: fert veluti folliculos.

I. Rhamnus ſpinis oblongis, flore candicante.
Rhamnus candida, Theophraſti.
Rhamnus primus, Matth. Ang. Lac. Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Rauvvolf. Lugd. Caſt.
Rhamnus candida, Cord. in Dioſc.
Rhamnus alter Dioſcoridis Monſp. Adv. Lob. Lugd.
Rhamnus, Bellon. Cæſ.
an Rhamnus circa Tripolim ipſis Hauſet, Arabibus.
Hauſegi ſive Rhamnus primus, Rauvvolf.

II. Rhamnus alter folijs ſalſis flore purpureo.
an Rhamno altero ſimilis, Bellon.
Rhamni prioris altera ſpecies, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob.
Rhamnus primus alter, Dod.
Rhamnus alter Cluſij, Lugd.
Rhamni ſpecies quæ Spina ſancta, Colum.

III. Rhamnus tertius flore herbaceo baccis nigris.
Rhamnus niger Theophraſti.
an Rhamni genus baccis nigris in Græcia, Bellon.
Rhamnus tertius, Cluſ. hiſp. & hiſt. Dod. Taber. Gerard.
Rhamnus primæ ſpeciei tertius, Lob.

IV. Rhamnus Salicis folio anguſto fructu flaveſcente.
Rhamnus ſecundus, Matth. Dod. ut: Lac. Lon. Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd. cum figura Matthioli & Dodonæi.
an Rhamni genus baccis rubentibus, Bellon.
Oleaſter Germanicus, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Oleaſtri peculiare genus, Cord. ob.
Rhamni ſpecies, Cam. ep. & hort.
Rhamnus primus Dioſc. Adv. creditus, Lob.
Rhamni alterum genus, Cæſ.
Hippophaë Dioſcoridis fortè, Colum.

V. Rhamnus folio ſubrotundo fructu compreſſo.
Rhamnus tertius Dioſc. quem ſcribit nigrioribus, latioribusq; folijs & quadantenus ruben-

tibus: virgultis oblongis, quinque ferè cubitorum & ſpinoſioribus quidem, at minus firmos, & rigidos aculeos habens: fructus verò latus, albus, tenuis, folliculi figura, fructu verticilli. Sunt qui Rhamni 3. Dioſcoridis deſcriptionem ad Paliuri ejus hiſtoriam revocandam velint: de quo lib.1. cap.121. ſic: παλίουρος frutex eſt vulgo notus, aculeatus, ſolidus, cujus ſemen pingue, & lini ſeminis æmulum reperitur. De quo Theoph. 1.hiſt. 5. frutex eſt: 1. hiſt. 8. ſpinoſus: 1. hiſt. 6. folia cum extremorum lateribus ſinuata concidunt: 3. hiſt. 6. & poſt Occaſum Vergiliarum fructum reddit: 3. hiſtor. 17. habet quoque nonnullas differentias: omnes autem fructiferæ, &c. & 4. hiſt. 4. in Africa plurima eſt & fruticoſior, folio noſtrati (id eſt Jujubis) ſimili, fructu diverſo, fructum ferens latum inſtar folij, &c.

Spina Judaica, Creſcentio.
Rhamnus tertius, Matth. Ang. Lac. Geſn. hort. Lon. Caſt. Cam. Colum.
Rhamni tertia ſpecies, Dod. gal.
Rhamnus niger, Cord. in Dioſc.
Paliurus & Apaliura Græcis vulgo, Bellon.
Paliurus frutex, Geſn. app.
Paliurus, Dod. Adv. Lob. Rauvvolf. Lugd. Caſt. Cam. Eyſt.
Jujuba ſylveſtris & Spina Meſraca, & Paliurus Africanus Theoph. Cæſ.

VI. Rhamnus catharticus.
Rhamni alia ſpecies, Trag.
Spina infectoria, Matth. Bellon. Adv. Lob. Caſt. Cluſ. hiſt. Tab.
Spin merlo, Caſt. ap.
Rhamnus ſolutivus, Dod. ut: Thal. Ger.
Cerviſpina, Cord. hiſt.
Spina cervina vulgo, Geſn. hort.
Spina alba, Lon.
Spina cervalis vulgo, Cæſ.
Rhamnus catharticus, Lugd.
Communiter frutex eſt: aliquando arboream altitudinem adipiſcitur.

VII. Rhamnus catharticus folio oleæ.
Hippophaes, Ang.
an Hippophæſtum quorundam, Lugd.

VIII. Rhamnus catharticus minor.
Spina infectoria pumila prior, Cluſ. pan. & hiſt.
Rhamni ſolutivi minor ſpecies, Cam.

IX. Rhamnus folijs oblongis ſerratis.
Rhamnus Bavaricus, Lugd.

LYCIUM.

Λύκιον, *à Lycia in qua magnus hujus proventus fuit: &* πυξάκανθα, *id eſt Buxus aculeatus, à ſimilitudine quadam cum Buxo dicitur. Eſt Dioſcoridi l.1. c.132. arbor ſpinoſa, virgis trium cubitorum, aut etiam longioribus, circa quas folia ſunt buxo ſimilia, denſa: fructum habet inſtar piperis nigrum amarum, denſum, lævem: corticem verò pallidum Lycio denſato ſimilem, & radices numeroſas, obliquas, lignoſas: & mox: fertur & Lycium Indicum fieri ex frutice Lonchitide appellato: eſt is è ſpinarum genere, virgas habens rectas tricubitales, aut etiam majores, à fundo tranſverſas & Rubo craſſiores: ruptus cortex rubeſcit, folia verò oleæ ſimilia. Et Plinius l.12. c.7. fert & ſpina piperis ſimilitudinem, præcipua amaritudine, folijs parvis denſiſque, Cypri modo, ramis trium cubitorum, cortice pallido, radice lata, lignoſaque buxei coloris: & l.24. c.14. Modum conficiendi docet: addens ſpinam ex qua Lycium fiat, in Græcia pyxacanthen chironium vocari.*

I. Lycium buxi folio.
Lycium, Matth. Tab. Ger.
Lycij nomine oſtenditur, quæ tamen verum non eſt, Ang.
Pyxacantha, Dod. ut: Lon.
an Lycium ſeu Pyxacantha Narbonenſium, Ad.
Lycium alpinum, Lugd.

II. Lycium facie pruni, ſylv. ſive Italicum.
Lycium Italicum, Matth. Lugd. Tab.
Spina infectoria pumila altera, Cluſ. pan. & hiſt. Ponæ.
Lycium Hiſpanicum, Ger.

III. Lycium Hiſpanicum folio oblongo.
Lycium Hiſpanicum, Lob. Lugd.

IV. Lycium Hiſpanicum folio buxi.
Lycium quorundam, Cluſ. hiſp. & hiſt.
an Tamaio, Lycium verum, Frag.

V. Lycium latifolium.
Paliurus alter peregrinus, Adv. Lobelius in iconibus titulum habet, ſed figura ſubjecta non convenit, quæ ſub Rhamno 3. repetitur, & eſt Oxyacanthæ Dioſcoridis.

VI. Lycium Gallicum.
Lycium Dalechampij, Lugd.
Grana luteo colore tingunt.

VII. Lycium Indicum folijs pruni.
Frutex ſpinoſus peregrinus, Arabibus Hadhadh, incolis Zaroa, Rauvv.

Lycium

Lycium legitimum Rauvvolffij, Cluſ.hiſt.
Lycium in Libano proveniens, Belli epiſtola prima.
VIII. Lycium Indicum alterum.
Uzeg, Lycium Indicum creditum, Alpina.
IX. Lycium folijs ericæ.
Cate ſive Lycium, Garz.Acoſt.
Lycium cujus ſuccus Cate dicitur, Frag.
X. Lycio affinis Ægyptiaca.
Agiahalid, Alpino.
XI. Frutex exiguis foliolis confertus.
Tamaxo, Cluſ.hiſp.& hiſt.

R U B U S.

Rubus βάτος Græcis: notitiæ vulgaris eſt Dioſcor. l.4.c.37. At Theoph. 1.hiſt.5. frutex eſt: 2.hiſt.16. cujus folia cùm extremo, tum lateribus ſinuata concidunt & ſpinoſa cuncta redduntur: 6.hi.1. imò etiam caulis & rami: 1.cauſ.21. fructum racematim gerit, & non ſolùm ſerò, ſed etiam particulatim matureſcit.

Genera: Theoph.3.hiſt.18. plura eſſe ſcribit: & trium meminit: quædam erecta quæ βάτος: quædam deorſum vergens, quæ χαμαίβατος: tertia κυνόσβατος dicitur. Et à Dioſcor. l.c. βάτος: & cap.ſeq. βάτος ἰδαία: & l.1.c.123. κυνόσβατος proponitur. Plinio l.16.c.37. Rubi mora ferunt: & alio genere ſimilitudinem roſæ, qui vocatur Cynosbatos: tertium genus Idæum vocant Græci à loco. Sic l.24.c.13. duorum priorum meminit: & cap.ſeq. Cynosbati, rubi Idæi, & Rhamnum inter Rubi genera recenſuit.

I. Rubus vulgaris, ſive rubus fructu nigro.
βάτος Græcis: Sentis, Latinis dicitur: & fructus mora rubi, βάτινα Galeno: quibuſdam Vaccinia: officinis, mora bati.
Rubus Dioſcoridi & Plinio.
Rubus excelſa, Theophraſto.
Rubus, Brunf. Matthiol. Fuch. Dod. ut: Cord. in Dioſcorid. Lac. Turn. Lon. Lob. Cæſal. Caſt. Lugdun.
Rubus grandis & ſecundus, Trag.
Morus ſive Rubus, Ang.
Rubus vulgaris, Geſ.hor. Thal.
Rubus Batis, Adv.
Rubus arvenſis, Taber.
Rubus Idæus, Ger.icon.
**II. Rubus repens fructu cæſio.
Chamæbatos Theophraſto, humirubus Gazæ.
Rubus humilis & primus.
Rubus minor, Dod.ut:
Rubus repens, Ad.
Rubus humilis Belgicus, Cluſ.pan.& hiſt.
Rubi alterum genus, Cæſ.Lugd.
* Fructu eſt communiter cæſio, modo cæruleo, modo nigro & minore.
III. Rubus Idæus ſpinoſus.
βάτος ἰδαία appellatur, quoniam copioſius in Ida naſcatur: eſt autem longè tenerior priore, exiguis ſpinis præditus: quanquam & ſine ſpinis inveniatur: hæc Dioſcorid. l.4.c.38. Et Plinius l.16. cap 37. Tertium genus Idæum vocant Græci à loco: tenuius quam cætera, minoribusque ſpinis & minus aduncis.
Rubus Idæus Dioſcoridis & Plinij.
Rubus Idæus, Trag. Matthiol. Ang. Dodon. tur: Bellon. (qui in Ida monte invenire non potuit) Geſn. hort. Turn. Lon. Adv. Lobel. Caſt. Thal. Ger. deſc. & part.3. Ind. Orient. & 2. part. Ind. Occid.
Rubus Idæus major, Lac. deſc.
Rubus Idæus exilibus ſpinis, Cord.in Dioſc.
Rubus tertius montibus proprius, Cæſ.
Rubus Idæus ſpinoſus, Lugd.
Rubus Idæus vulgaris, Cluſ.hiſt.
IV. Rubus Idæus lævis.
Chamæbatus, ſeu Rubus Idæus alter, Trag.
Rubus tertius, Cord. in Dioſc.
Rubi alia ſpecies, Geſ.hort.
Bocksbeere/ id eſt, baccæ hircinæ, Lon.
Rubus hircinus, Tab.
Rubus Idæus non ſpinoſus, Lugd.
Rubus Idæus Placæ, Cluſ.hiſt. deſc.
Rubus, Ger. ico.
V. Rubus Idæus fructu albo.
Rubus Idæus leucocarpos, Cam.
Rubus Idæus fructu candido, Thal. Cluſ.hiſt.
VI. Rubus exoticus.
Rubi facie ſenticoſa planta, Ad. Lob.ico.
Arboris truncus ſpinoſus, Lugdunenſ. deſcr. at figura ſub titulo Nerei facie ſecundo loco habetur.

Chamærubus ſpinis carens.

I. Chamærubus ſaxatilis.
Rubus alpinus humilis, Geſ.hor.
Rubus Idæus, Eid. Fracto.
Rubus ſaxatilis, ſive petræus, ſive alpinus, Cluſ. pan. & hiſt.
Rubus parvus ſaxatilis alpinus, Cam.
Rubus minimus, Thal.

Acini

Acini huic bini, terni, quaterni, ad ſummum quini ſunt.

II. Chamærubus folijs Ribes.
Chamæmorum Norvvegica, Cluſ.hiſt.
Fructus rubeus aut pallidus.

III. Chamærubus folijs Ribes Anglica.
Chamæmorus, Cluſ.pan. & hiſt.

IV. Chamærubus folijs Vitis.
Chamæmorus altera Norvvegica, Cluſio in hiſtoriar rariorum.

CAPPARIS.

Κάππαρις Dioſcorid. l,2.c.204. frutex eſt aculeatus per terram in orbem ſtratus, ſpinas aduncas ut Rubus habet, folia rotunda, malo cydonio ſimilia: fructum ut Olea, quæ cum dehiſcit album florem promit, quo delapſo quiddam glandis oblongæ figuræ reperitur, quod apertum grana tanquam punica habet exigua, rubentia: radices lignoſæ, magnæ ac numeroſæ. Theoph.6.hiſt.10. ramis aculeatis conſtat: 6.hiſt.3. & non ſolùm caule aculeato, ſed etiam folio hiſpido 1.hiſt.6. & 3.hiſt.13. quæ cultura deterior redditur, ut natura ſylv. dixeris: ſic 3. cauſ.1. ubi Gaza vocem κάππαρις Inturim vertit, ut & 6.hiſt.5. & 7. hiſt.8. alibi verò Capparim reddidit. Plin. l.13. c.23. Capparis, quidam & Cynosbatum vocant: alij Ophioſtaphylon: vide & l.19.c.8.

Genera: Dioſcorid. habet Africam, Marmaritam, Apulam, & quæ è rubro mari & Arabia defertur: quæ qualitatibus variant: idem & Plinius lib.13.cap.23. refert:

I. Capparis ſpinoſa fructu minore, folio rotundo.
Capparis, Trag. Matth. Dod.gal. Ang. Cord. in Dioſcor. Geſn. hort. Lac. Lon. Ad. Caſt. Lugd. Rauvvolf. (qui & ſylveſtrium meminit) ſecunda, Tabern.
Capparis ſpinoſa, Bellon.
Capparis retuſo folio, Lob.
Capparis Italica, Cæſ.
Capparis rotundiore folio, Ger.

II. Capparis folio acuto.
Capparis, Dod. prima, Tab.
Capparis folio acuto, Lob. Lugd. Ger. Eyſt.
Capparis aliud genus, Cæſ.
Plinio l.19.c.8. laudatiſſ. in Caria, proximum Phrygia. Verùm Alexandria Ægypti Venetias præſtantiſſ. adferri, Lugdun. ſcribit. De cultura Capparum Quiqueranus de laudibus Provinciæ legendus.

III. Capparis non ſpinoſa fructu majore.
Capparis non ſpinoſa, Bellon.
In Arabia arboreſcit & hyeme folia retinet.
Cappares Alexandriæ majores eſſe, quàm alibi, quas Cappar appellant, Alpinus author eſt.

IV. Capparis arboreſcens fructu Juglandis magnitudine.
Capparis Arabica fructu ovi magnitudine, ſemine piperis inſtar acri, Bellon.
Capparum arbor, Rauvvolf. qui fructus magnitudinem non expreſſit.
Cappares plurimum ab his quæ in arbores adoleſcunt & quæ in Græcia proveniunt, differentes in Tauri montis ſaxorum fiſſuris, Bellonius notavit.

V. Capparis portulacæ folio.
Capparis leguminoſa, Lob. Tab.
Capparis Fabago, Dod. Ger.
Capparis ſylv. ſive fabaginea, Cam.ep.
Morgſani, Syrorum: Andirian, Rhaſis: Ardifrigi, Avicennæ, Rauvvolf. & Lugd. ap.
Fabago Belgarum, Lugd.
Telephium Dioſcoridis & Plinij, Colum.
Peplios Petri Quith pharmacopæi Lutetiani in cujus horto anno 1579. collegimus.

VI. Capparibus ſimiles baccæ in Virginea.
Sacquenummener baccæ plantæ, quæ in ſtagnantibus aquis reperitur, part. prim. Ind. Occident.

ROSA.

Roſam vetuſtas ex ſanguine Veneris: & Turcæ ex ſudore Mahometis, ortam ſibi perſuadent, cujus nomine folia Roſarum humi jacere non patiuntur: hæc Græcis ῥόδον dicitur, quaſi ὄδον pro ὄζον Etymologico: At Plutarcho 3.ſimpl. qui ῥεῦμα πολὺ τῆς ὀδωδῆς ἀφιῆσι, quod largum odoris effluvium emittat. Theophraſto 1.hiſt.15. Roſa inter ſuffrutices eſt, & perpetuo cacumine viret: 1.hiſt. 21. flores bicolores ſunt, quod in his alterum florem inſidentem medium gerit: 1.hiſtor.22. verum flos ipſe ſuper fructum eſt: 6.hiſt.2. rami aculeati ſunt. Et Plinio libr.21. cap.4. Roſa naſcitur ſpina verius quàm frutice, in Rubo quoq; proveniens, illic etiam jucundi odoris, quámvis anguſti. Germinat omnis primò incluſa granoſo cortice: quo mox intumeſcente & invi-

in virides alabaſtros faſtigiato, paulatim rubeſcens dehiſcit ac ſeſe pandit, in calicis medio ſui ſtantis complexu, luteos apices.

Differentiæ Theophraſto 6.hiſt.6. permultæ ſunt, foliorum multitudine, paucitate, aſperitate, levitate, colore, odore: cumplurimis quina folia ſunt, quibuſdam duodena, vicenaq;, alijs longè plura: ſunt enim quas Centifolias vocant, ſed folia interna parva admodum ſunt: ita enim oriuntur, ut alia intus alia extra emicent, non tamen jucundi odoris; odoratiores inter amplas quibus pars ima ſcabra: & 6.cauſ.29. urbana roſa odoratior eſt ſylveſtri. At Plinius, genera noſtri fecere celeberrima, Præneſtinam & Campanam: addidere alij Mileſiam, cui ſit ardentiſſimus color, non excedentis duodena folia: proximam ei Trachiniam, minus rubentem: mox Alabandicam viliorem albicantibus folijs: viliſſimam verò plurimis ſed minutiſſimis Spineolam, &c. & mox: inter has media quam Coroneolam vocant: omnes ſine odore, præter Coroneolam, & in rubro natam: addit adhuc alias, quæ æquivoce potius Roſæ appellatæ ſunt: addit & ea quæ ex Theophraſto adſcripſimus. Sane Roſæ variant floris colore, qui varius eſt, albus, candidus, pallidus, carneus, rubens: ſic differentia eſt in foliorum numero, magnitudine & odore: fruticis quoq; aliqua differentia pro magnitudine & parvitate, aſperitate & lævitate. Sic in India Occiden. roſis omnia plena paſſim: & præter roſas ex Hiſpania importatas, ſpecies earum plurimæ aliæ naſcuntur, quarum aliæ rubræ, aliæ croceæ, nonnullæ ceruleæ, quædam candidæ viſuntur: quas criſtarum ſpecie capitibus ſuis geſtant: part.9. Ind. Occid. l.4. c.27.

Roſa ſativa.

I. Roſa rubra.

Roſa Mileſia, Plinij.
Roſa ſativa rubra multiplex, Brunf.
Roſa domeſtica punicea, Matth.
Roſa hortenſis rubra multiplex, Trag.
Roſa hortenſis, Fuch.
Roſa, Tur. Lac. Lon. rubra, Cord. in Dioſ. Lugd. Ad. Tab. Ger.
Roſa rubra urbana, Geſ. hort.
Roſa ſativa rubra, Ang. Caſt.
Roſa ſativa 3. quæ Provincialis Gallis, Dod.
Roſa Damaſcena, Lob.
Roſa rubens multifolia, Cæſ.
Roſa intenſè rubens, Cam.

Eſt ſimplex & multiplex, colore magis minusque rubro: huc referre oportet, ex Eyſtett. horto,

1. Roſam Mileſiam flore rubro pleno: vulgo Roſa fina.
2. Roſam Mileſiam flore ſimplici rubro, &
3. Roſam ex rubro nigricante flore pleno, &
4. Roſam rubicundam Saccharinam dictam, Græcula Plinij, Camer.

II. Roſa rubra pallidior.

Roſa ſativa quarta quæ francha Gallis, Dod.
Roſa holoſericea, Lob. ico.
Roſa rubicunda, Cam.
Roſa tertia, Cæſ.
Roſa Damaſcena rubra, Lugd.

Alijs Trachinia, Præneſtina alijs, alijs Græcula Plinij: hæc priore minus rubet & flore ſimplici plerunq; eſt, & folijs latiſsimis, cujus frutex ſpinis communiter caret.

III. Roſa ſaturatius rubens.

Roſa prima Præneſtinæ ſimiles, Cluſ. hiſt.
Roſa purpurea, ſive in rubro nigricans, Cam.

Folijs eſt quadragenis amplioribus, ſaturatius rubentibus, ad nigredinem vergentibus &c. alabaſtro craſsiore.

IV. Roſa purpurea.

Roſa trachynia, Plinio.
Roſa hortenſis ex purpura albicans, Trag. Geſner. hort.
Roſa domeſtica carnis colorem referens, Matt.
Roſa incarnata, Ang. Cam.
Roſa ſativa ſecunda ſive incarnata, Dod.
Roſa rubra ſive carnei coloris, Bellon.
Roſa pallida, Ad.
Roſa roſeo colore, Cæſ.
Roſa ſativa purpurea, Caſt.
Roſa minus rubens, Lugd.
Roſa provincialis major, Tab. Ger.
Roſa provincialis fl. incarnato pleno, Eyſt.

Roſas purpureas ſive rubeas, colore carni ſimiles Pharmacopœis Zebedenas dici, Joannius in tractatu de pilulis Aloës ſcribit.

Quibuſdam Alabandicæ ſimilis, alijs Præneſtina, alijs Campana Plinij.

V. Roſa verſicolor.

Roſa præneſtina verſicolor, Cluſ. hiſt.

Variat: nam flos media ex parte candicantibus, altera purpuraſcentibus folijs, vel venis ſimilis coloris aſperſis conſtat. Vel folia quædam integra alba, quædam integra rubra, inter ſe commixta ſunt.

VI. Roſa maxima multiplex.

Roſa centifolia Batavica rubra, Cluſ. hiſt. Eyſt.

an

an Centifolia veterum, quam inodoram dicunt, cum hæc odora ſit.

Variat: communiter flos ex albo rubet: habetur & alba, quæ

Roſa alba major Provincialis, } Cluſ. hiſt.
Roſa centifolia Batavica alba, }
Roſa provincialis flore albo, Eyſt.

VII. Roſa multiplex media.
Roſa centifolia Batavica ſecunda, Cluſ. hiſt.

VIII. Roſa major Præneſtina, Cluſ. hiſt.
Roſa præneſtina variegata, Eyſt.

IX. Roſa alba vulgaris major.
Roſa Campana Plinij.
Roſa ſativa alba, Brunf. vel 1. Dod.
Roſa hortenſis candida, Trag. alba, Geſ. hor.
Roſa domeſtica alba, Matth.
Roſa alba, Ang. Cam. Lugd. Tab. Ger.
Roſa candida, Ad.
Roſa quarta candida, Cæſ.

Hæc quibuſdam ſpineola, alijs Alabandica Plinij cenſetur: foliorum numero flores variant: hinc

Roſa flore albo pleno; & Roſa alba flore ſimplici, Eyſtet.

X. Roſa alba minor.
Roſa lacteola quæ centifolia Plinij videtur, Camer. Eyſtet.

XI. Roſa moſchata ſimplici flore.
Roſa moſchata & Damaſcena, Matth.
Neſrim (vel Nefrim) Serapionis, Ang.
Roſa ſativa quinta, Dod.
Roſa muſcata ſimplex, Geſ. hort. flore ſimplici, Lob. Gerard.
Roſa muſcatula, Cæſ.
Roſa alba Damaſcena flore ſimplici, Caſt.
Roſa Damaſcena (quaſi de Sceni apud Arabes) ſimplici flore, Cam. Eyſt.
Roſa coroneola, quam Damaſcen. vocant, Lug.
Roſa muſcata alba, Tab.

Hæc minor eſt & major, quæ
Roſa moſcata major, Lob. ico.

Hæc alba eſt, nonnunquam ex albo ad puniceum nonnihil vergit.

Roſæ moſchatæ cum ſyl. tum domeſticæ, rubræ, albæ & virides, Bellon. l. de cult. meminit.

XII. Roſa moſchata flore pleno.
Roſa coroneola, Plinio.
Roſa muſcata multiplex, Geſ. hort. Ger.
Roſa moſcata, Damaſcena, Alexandrináve, Eid. append.
Roſa ſativa quinta multiplex, Dod.
Roſa moſcata, Adv. Lob. icon. alba multiplex, Tabern.
Roſa muſcatula multifolia, Cæſ.
Roſa alba Damaſcena flore pleno, Caſt. Eyſt.
Roſa coroneola altera, Lugd.
Roſa Damaſcena ſive moſcata pleno flore, Cam. Alijs Præneſtina Plinij.

XIII. Roſa moſchata ſemper virens.
Roſa ſempervirens flore albo, Cluſ. hiſt. appen. alt. auct.

XIV. Roſa ſpinis carens flore majore.
Roſa ſine ſpinis prima, Cluſ. pan. at ſecunda in hiſtor.
Roſa ſine ſpinis, Cam. Tab. Ger.

Colore eſt inter Præneſtinas & rubras media: ſunt qui & albo obſervarint.

XV. Roſa ſine ſpinis flore minore.
Roſa ſine ſpinis altera, Cluſ. pan. & hiſt.

Colore fœcem vini ferè refert.

XVI. Roſa ſubviridis.

Si in teneras Agrifolij arbuſculas Roſæ inſerantur, flores ſubvirides producuntur, Camerarius. Quámvis interdum anni conſtitutione frigidiore & humidiore, herbacei coloris roſæ, ſine calyce proveniant, cujus cauſam Coſtæus de natur. ſtirp. explicat.

Si Braſſicæ antiquo ſtipiti aut Quercui germen tenellum Roſæ inſeras, virides ſed inodoræ Roſæ naſcentur, Carolus Stephanus.

In hortis Italiæ, cæruleas reperiri, in hiſtoria Lugdunenſi habetur, ex Adverſ.

XVII. Roſam folio ſubrotundo & criſpo, in horto Montembelgardico ante plures annos, ſed abſque flore obſervavi, cujus ramulum exſiccatum aſſervo.

Roſa ſylveſtris

Roſam ſylveſtrem Dioſcorides l. 1. c. 123. κυνόσβατον vocat, quam aliqui Oxyacantham appellent: frutex eſt (inquit) rubo longè major, arboreſcens: folia fert multò latiora quam Myrtus, aculeos verò circa virgas robuſtos: florem candidum, fructum oblongum, olivæ nucleo ſimilem, qui dum matureſcit, fulvus, intus verò lanuginoſus conſpicitur. At Theoph. 3. hiſt. 18. Cynosbatos (cani rubus Gazæ) fructum ſubrutilum parit, malo punico ſimilem: eſt inter fruticem & arborem, punicæ non abſimilis folio amerinæ. Plinio l. 8. c. 41. radix ſylv. roſæ, quæ Cynorrhodos appellatur: & l. 25. c. 2. Cynorrhodo

rhodo una medicina erat, ſpongiolæ quæ in medijs ſpinis ejus naſcitur.
I. Roſa ſylv. vulgaris flore odorato incarnato.
Cynosbatos Dioſcoridi, Lon. Adv.
Cynorrhodos Plinij: & Barbaro.
Sentis canis & Cynosbatos, Brunf.
Roſæ ſylv. primum genus, Trag.
Roſa ſylv. Matth. Ang. Geſn. hort. Dodon. Tab.
odora, Ger.
Cynosbatos procerior & Cynorrhodos, Cord. in Dioſc.
Cynorrhodos ſeu Roſa canina, Thal.
Roſa ſylv. vulgaris, Lugd. Cam. ep.
Roſa canina odorata & ſylv. Lob.
Roſa ſylv. altior, Cæſ.
Roſa canina, Cam.
Cynosbatos & Rubi tertium genus, Lugd.
Roſa ſylv. odorata incarnato flore, Eyſt.
Flores ex purpura dilutè albicant.
Huic, ut & tertiæ, Spongiola adnaſcitur, quam Plinius in Cynosbato, pilulam Caſtaneę ſimilem: in Cynorrhodo, ſpongiolam vocat.
Roſæ ſylv. ſpongia dicitur Cynorrhodon, Ang.
Spongiola ſylv. roſæ, Dod.
Spongia Bedeguaris, Adv.
Bedeguar officinis perperam.
II. Roſa ſylv. flore majore & rubente.
Roſa ſylv. flore rubro, Eyſt. colore & majoribus folijs à priore differt.
III. Roſa ſylv. flore pleno.
an Roſa Alabandica, Plinij.
Roſa ſylv. odorata flore multiplici, Lob. ico.
Roſa canina duplicato flore, Cam.
IV. Roſa ſylv. folijs odoratis.
Eglanteria, Ruellio.
Roſa ſylv. altera, Trag. Geſn. hort.
Rubus canis, Eſglanterium, Turn.
Cynosbatos & Cynorrhodos altera, Cord. in Dioſc.
Cynosbatos, Lac.
Roſa 10. Cynorrhodi vel caninæ roſæ odorata ſpecies, Dod.
Roſæ ſylv. ſpecies altera, Lugd.
Roſa eglenteria, Adv. Tab. Eyſt.
Roſa canina, Ger.
Flos ex purpura ſatura candicat.
V. Roſa ſylv. odoratiſsimo rubro flore.
Roſæ ſylv. tertium genus, Trag.
an Cynosbatos quarta, Cord. in Dioſc.
Roſa ſylv. Geſn. hort.

VI. Roſa ſylv. odorata albo flore.
Roſa ſylv. humilior, Cæſ.
Roſa quarta an Græcula Plinij, Cluſ. hiſt.
VII. Roſa odore Cinamomi ſimplex.
Roſa cinamomina & 7. vel ſylv. 2. Dod.
Roſe de canelle, Lob. ico.
Roſa cynamomea, Adv. Lugd. ſimplex, Cam.
an Cynorrhodos ſeu Roſa ſylveſtris, Thal.
Pro Lychnide Plinij Geſnerus habet: & in Albio monte majorem & minorem naſci tradit: illam fœminam, hanc marem faciens.
VIII. Roſa odore Cinamomi flore pleno.
Roſa cinamomea pleno flore, Cluſ. pan. & hiſt. Eyſtett.
Roſa cinamomea altera, Cam.
Spermoniam Plinij, ſic enim, non Spineolam aut ſpinoſam legendum, Barbarus vult: quamvis alij Sycibicum legendum putant, Cam.
Flos dilutè purpuraſcit & in medio ſuave rutilat.
IX. Roſa rubra præcox flore ſimplici: exiguo odore & folijs latioribus à prædicta diſcernenda, Eyſt.
X. Roſa minor rubello flore, quæ vulgo à menſe Majo, Majalis dicitur.
Roſa cinamomea altera, Cam.
Roſa provincialis minor, Tab. Ger.
XI. Roſa lutea ſimplex.
Roſa lutea, Ang. Adv. Lob. Cæſ. Caſt. Lugdun. Cam. Tab. Ger. flore ſimplici, Eyſt.
Roſæ citrinæ, Geſn. hort.
Roſa ſylv. tertia, vel Roſa octava, Dod.
Meminit Geſnerus Roſarum, quæ moſchum fragrent & luteæ ſint: tales non vidimus, ſed fruticis folia odorata obſervavimus.
XII. Roſa lutea multiplex.
Roſa flava plena, Cluſ. hiſt. & app. 2. & cur. poſt.
Roſa lutea maxima flore pleno, Eyſt.
Hæc duplex, altera florem totum expandit: altera verò ſemiclauſo flore permanet.
XIII. Roſa campeſtris ſpinoſiſsima flore albo odoro.
Roſa campeſtris odora, & quinta, Cl. pan. & hiſt.
Cynorrhodon polyacanthos, Lugd.
Roſa campeſtris odorata Cluſij, Cam.
Roſa Dunenſis, vel ſpecies nona, Dod.
Roſa præcox ſpinoſa fl. albo, Eyſt.
Flos albus, fructus maturus niger, cùm aliorũ rubeat.
XIV. Roſa ſylv. pumila rubens.
Roſa quarta, Cl. pan. at in hiſt. ſexta & pumila.

Fructus

Fructus maximus & pyri in modum turbinatus.

XV. Roſa ſylv. pomifera major: hæc ſequente altior, ramoſior, pauciſſimis aculeis, folijs majoribus, pallidè virentibus, & apud nos locis humidis in Alnetis provenit.

XVI. Roſa ſylv. pomifera minor.
Roſa ſylv. pomifera. Adv. Lob. Lugd.
Cynorrhodi ſpecies, Thal.
Roſa arvina, Tab.
Roſa pimpinella, Ger.

Hanc Lobelius ſpinis carentem, at Tabernæmontanus ſpinoſam pingit: utramq; habemus.

XVII. Roſa arvenſis candida.
Roſæ ſylv. quarta ſpecies, Trag.

XVIII. Roſa campeſtris repens alba.
Cynosbatos ſive Cynorrhodos 3. Cord. in Dioſ.

XIX. Roſa campeſtris ſpinis carens biflora.
Roſa Græca & Cynorrhodon læve, Lugd.

Flore eſt languidè rubro, vere & autumno prodiens, quæ duplex, alia odoris expers, alia folijs exiguis ſuaviſſimi odoris, in monte Pilati Lugdunenſium.

Roſa Hierichuntica dicta.

Nominis hujus authorem fuiſſe Monachum, Bellonius refert, cùm tamen circa Hiericho nunquam reperiatur, ſed in Arabia deſerta, ad littora maris in ſabulo: & Rauwolfius, in Syriæ tectis & ruderibus, ejus ſylveſtrem ſpeciem invenit: hanc à pluribus nunc annis in hortulo meo colo, cum facilè & creſcat & floreat: de qua Joh. Sturmius Lovanienſis profeſſor, libellum ſuperſtitionibus plenum, ſcripſit.

I. Roſa Hierichuntea vulgo dicta.
Amomum, Cord. in Dioſc. & hiſt.
Amomis Dioſc. & Plinij, Cæſ.
Roſa Hiericontea, Turn. Lon. Lob. Gar. Caſt.
aperta & concluſa, Eyſt.
Roſa de Hiericho & Roſa Mariæ monachis, Lugdun.
Roſa Hiericonthina 1. & 2. Tab. major, Ger.

Duplicem fecit Cordus, alteram inſipidam inodoram, quæ Amomis: alteram aromaticam odoratam, quæ Amomum ſit. Sed de Amomo vide ſuo loco.

II. Roſa Hiericonthea ſylveſtris.
Roſæ Hiericonthis ſylv. ſpecies, Rauvv. Cam.

III. Roſa Hiericonthicæ exſiccatæ ſimilis.
Blatterlos Holandis, fruticulus ad Scorbutum, Indiæ orient. part. 4. fig. 21.

SECTIO QUINTA.

MYRICA SIVE TAMARISCUS; ERICA; SABINA; CEDRUS BACCIFERA; CUPRESSUS; JUNIPERUS; Aſparagus & Corruda.

MYRICA SIVE TAMARISCUS.

Μυρίκη (Gaza modo Myricam, modo Tamariſcum vertit) arbor nota eſt, fructum veluti florem ferens compage muſcoſum: in Aegypto & Syria quædam naſcitur ſativa, cætera ſylveſtri ſimilis, fructum ferens Gallæ proximum &c. Sunt qui è caudice calices conficiunt, quibus ſplenetici poculorum vice utuntur. Dioſc. l. 1. c. 116. Et Theoph. 1. hiſt. 16. Myricæ folia carnoſa ſunt ut Cupreſſi, & inter frutices numeratur: 5. hiſt. 6. in Tylo Arabiæ inſula ferunt Myricæ lignum, non ut apud nos imbecillum eſſe, ſed validum ſicuti Iligneum, &c. Plinio l. 13. c. 21. Myricen & Italia, quam alij Tamaricen vocant, Achaia autem Bryan ſylveſtrem: inſigne in ea, quòd ſativa tantùm ferat Gallæ ſimilem fructum: & l. 24. c. 9. Myricen quam & Tamaricen vocat Lenæus, ſimilem ſcopis Amerinis dicit, &c. & l. 16. c. 24. Tamarici folia carnoſa ſunt: & l. 16. c. 21. quæ non decidunt: & c. 26. fructum nullum fert, ne ſemen quidem, ſcopis tantùm naſcens.

Genera duo ſunt Dioſcoridi, ſativa & ſylveſtris: & Plinio l. 24. c. 9. ſylveſtris planè ſterilis, altera mitior: hæc fert in Aegypto Syriaq; etiam abundanter lignoſum fructum, majorem galla, aſperum guſtu, quo Medici utuntur vice Gallæ. Et Cordo rectè monente, etiam in Germania duplex invenitur, alterum ſolidiore ligno, medulla exili, folijs tenuibus, ad Rhenum: alterum ligno non adeo ſolido, medulla ampliore & folijs latiuſculis ad Danubium. Et procerior Tamarix, & humilior, quæ diminutiva forma Tamariſcus dicitur.

I. Tama-

I. Tamarix fruticoſa folio craſſiore : ſive Germanica.
Tamariſcus, Lon. fœmina, Cord. hiſt.
Myrica, Trag. Turn. Geſn. hort. Lac.
Myrica ſylv. ſive Tamarix, Matth. Caſt.
Myrica humilis, Dod. gal.
Tamarix ſylv. fœmina, Fuch.
Tamarix humilis, Cord. in Dioſc.
Myrica, Geſn. hort. pannonica, Cluſ. pan.
Myrica ſylv. altera, Cluſ. hiſt.
Myrica altera in Germania, Cam.
Tamarix, Dod. Tab. Germanica, Lugd.
Tamariſcus Germanica, Adv. Lob. Ger.
Ex hac ad Rhenum nata, doliola ſextarium dimidium capacia, confecta, Francofurtum deferuntur.
II. Tamarix altera folio tenuiore ſive Gallica.
Tamariſcus, Ang. Narbonenſis, Adv. Lob. Ger.
Tamariſci aliud genus, Rauvv.
Myrica circa Monſpelium, Geſn. hort.
Tamarix Narbonenſis, Lugd.
Tamarix Gallica aut Hiſpanica, Cluſ. pan.
Myrica, Cæſ. ſylv. prima, Cluſ. hiſt.
Myrica ſive Tamariſcus Gallica, Cam.
Tamariſci ſylv. genus, Alpino.
Hæc in arbores quoque in Hiſpania excreſcit, ut hominis ulna vix amplecti poſſit.
III. Tamarix Ægyptia arbor.
Myrica ingentis magnitudinis in Alexandria, Bellon.
Tamarix gallis onuſta ad Nilum, Eid.
Tamarix ſativa & procera in Ægypto, Cord. in Dioſc.
Tamariſcus Rauvv. & 1. part. Ind. or. l. 2. c. 1.
Tamariſcus Atle vocata, Alpino.
Myrica domeſtica in Ægypto, Caſt.
Myrica ſativa Dioſc. cum gallis mihi non viſa, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Galla myricæ.
Chermaſel Arabibus, Bellon.
Myricæ Ægyptiacæ galla, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Fructus nucum magnitudine, figuræ inter ſe diverſæ longi, breves, rotundi, lati, craſſi, graciles, Alpino.
In Ægypto tã in humidis quàm ſiccis naſcitur, ita ut utrobique ſylvulę reperiantur, Bellonius.

E R I C A.

Ἐρείκη arbor eſt fruticoſa ſimilis Myricæ, at multò minor, Dioſc. lib. 1. cap. 117. & lib. 3. cap. 174. Coris frutex eſt folio Ericæ, ſed minore, pinguiore & rubente. Erica cacumine fructum fert ſicut Pyræa & Amerina, Theoph. 1. hiſt. 23. Ericam Græci vocant fruticem, non multùm à Myrice differentem, colore roriſmarini & penè folio, Plin. lib. 24. cap. 9. qui lib. 11. cap. 16. mellis ſylveſtris ericæ meminit.

Erica folio Myricæ.

I. Erica vulgaris glabra.
Erica vulgaris, Trag. Thal.
Erice, Fuch. Dod. gal.
Erica prima, Matth. Lac. Dod. Lugd.
Erica, Cord. in Dioſ. Bellon. Lon. Caſt. deſ. Tab.
Irica, Turn.
Erica Myricæ folio, Ad. Lob. Cluſ. pan. & hiſt.
Erica vulgaris ſive pumila, Ger.
Floret communiter colore dilutioris purpuræ: & aliquando & autumno & vere floret: aliquando etiam flore albo eſt, hinc
Erica alba, Tab.
Erica pumila alba, Ger.
Erica flore albo minor, Eyſt.
II. Erica Myricæ folio hirſuta.
Ericæ Myricæ folio ſimilis, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Selago Plinij quibuſdam, lib. 24. cap. 11. ſimilis herbæ huic Sabinæ eſt Selago appellata.
III. Ericæ genus, quod tota Græcia vulgo Phana dicitur, Bellon. ſed quid?

Erica folio Coridis.

I. Erica maxima alba.
Erica prima, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Erica coris folio prima, Cluſ. hiſt.
Erica major floribus purpurantibus, Lob. Ger. deſcr.
III. Erica maxima purpuraſcens longioribus folijs.
Erica ſecunda, Matth. Dod. gal. Caſt. Lug. Tab.
Erica Coridis folio altera, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Erica Juniperifolia denſè fruticans Narb. Lob.
IV. Erica fruteſcens peregrina.
Erica peregrina Brancionis, Lob.
V. Erica major florib. ex herbaceo purpureis.
Erica tertia, Cluſ. hiſp. Lugd. Tab.
Erica coris folio tertia, Cluſ. hiſt.
Erica major florib. herbaceis purpurantib. Lob.
Erica cruciata, Ger.
Hujus altera ſpecies, cujus floſculi herbacei racematim & ſpicatim cohærent.
VI. Erica major ſcoparia folijs deciduis.

Erica quarta, Cluſ.hiſp.Lugd.Tab.
Erica ſcoparia floſculis herbaceis, Lob.
Erica quarta Monſpelienſium, Lugd.
Erica coris folio quarta, Cluſ.hiſt.
Erica pyramidalis, Ger.
Selago Plinij, Piræa Theophraſti, Guilandino dicebatur.

Hæc biflora eſt, & ex hac ſcopæ apud Monſpelienſes conficiuntur.

VII. Erica ex rubro nigricans ſcoparia.
Erica tertia, Dod.gal.Lugd.
Erica nona, Cluſ.hiſp.Lugd.
Erica pumila altera Belgarum, Lob.
an Erica tertia, Dod.
Erica decima tertia, Cluſ.hiſt.

Ex hac ſcopæ ad veſtes purgandas conficiuntur.

VIII. Erica humilis cortice cinericeo arbuti flore.
Erica ſexta, Cluſ.hiſp.Lugd.Tab.
Erica pumila calyculato unedonis flore, Adv. Lobel.
Erica coris folio ſexta, Cluſ.hiſt.
Erica tenuifolia, Ger.

IX. Erica hirſuta Anglica.
Erica octava, Cluſ. hiſp. Lugd. & Tabern. ſub ſeptima pinxit.
Erica Juniperifolia altera, Lob.
Erica coris folio duodecima, Cluſ.hiſt.
Scopa, Cæſ.
Erica tenuifolia caliculata, Ger.

X. Erica ternis per intervalla ramulis.
Erica quinta, Cluſ.hiſp.Lob.Lugd.Tab.
Erica coris folio quinta, Cluſ.hiſt.

Erica procumbens.

I. Erica procumbens ternis foliolis carnea.
Erica quarta, Cluſ.pan.
Erica coris folio nona, Cluſ.hiſt.

Huic ſæpe capitula viridia è foliolis compacta, capitulorum Thymi modo adnaſcuntur.

II. Erica procumbens herbacea.
Erica quarta altera, Cluſ.hiſp.
Erica tertia, Cluſ.pan.
Erica coris folio octava, Cluſ.hiſt.

III. Erica procumbens dilutè purpurea.
Erica altera, Cluſ.pan.
Erica coris folio ſeptima, Cluſ.hiſt.

Erica baccifera.

I. Erica erecta baccis candidis.
Acacalis Dioſcoridis, Amato.
Erica ſeptima, Cluſ.hiſp.Lugd.
Erica baccifera, Lob.Caſt.ico.
Erica coris folio decima, Cluſ.hiſt.
Erica baccifera tenuifolia, Tab.Ger.
Frutex Luſitanis Camarinnas dictus, Linſcot. Indiæ orient. part.4. fig.21. lit. C.

II. Erica baccifera procumbens nigra.
Erica baccifera, Matth.Caſt.
Erica bacccifera Matthioli, Lob.Lugd.Thal.
Erica prima, Cluſ.pan.
Erica coris folio undecima, Cluſ.hiſt.
an Coris, Cord.in Dioſc.

CAMPHORATA.

Camphorata dicitur, quod herba digitis friata, odorem camphoræ nonnihil referat: quam aliqui Selaginem Plinij l.24. c.11. quam Sabinæ ſimilem dicit: alij ejuſdem l.24.c.15. Chamæpeucen, quam Laricis folijs ſimilem ſcribit: quidam Cneorum nigrum eſſe volunt.

I. Camphorata hirſuta.
Chamæpeuce, Ang.
Camphorata Monſpelienſium, Adv. Lob. Camer. Taber.
Selago Plinij ſive camphorata, Lugd.

II. Camphorata glabra.
Camæpeuce & Camphorata minor, Lugd.

III. Camphoratæ congener.
an Anthyllis altera, Ang.
Anthyllis altera Italorum, Lob. Lugd.
Camphorata altera, Tab.
Anthyllis lentifolia, Ger. ico.

SABINA.

Sabina βράθυς, nonnullis βάραθρον Dioſcoridi lib.1. cap.104.

Genera duo Dioſcoridi l. c. unum folijs ſimile Cupreſſo, at ſpinoſius & graveolens, acre ac fervens: curta verò eſt arbor, & in latum magis ſe fundens. Alterum genus eſt folio Myricæ ſimili. Plinio l.24. c.11. herba Sabina brathy appellata à Græcis, duum generum eſt: altera Tamarici ſimilis folio, altera Cupreſſo: quam quidam Creticam Cupreſſum dixerunt: & l.17. c.13. Sabina herba propagine ſeritur & avulſione.

I. Sabina

I. Sabina folio Tamariſci Dioſcoridis.
Sabina, Brunf. Trag. Fuch. Dod. ut: Bellon. Geſ. hor. Tur. Lob. Geſ. Portæ: vulgaris, Cam.
Sabina ſine baccis, ſive ſterilis, Matth. Caſt.
Sabina miti folio, Cord. in Dioſc.
Sabina altera, Ang.
Sabina vulgatior, Ad.
Savina, Lon. mas, Tab.
Sabina Tamariſci ſimilis, Lugd.
Sabina ſterilis, Ger.

II. Sabina folio Cupreſsi.
Sabina baccifera, Matth. Rauvvolf. Cam. Ger.
Sabina altera, Dod. ut:
Sabina, Lac. prima, Ang. qui Thyam Theophr. cenſet.
Sabina major, Geſ. ap.
Genuina ſabina baccifera atrorubra, Lob.
Sabina Cupreſſo ſimilis, Cord. in Dioſc. Lugd.
Sabina vera, Cæſ.
Sabina fructifera, Caſt.

Cùm in arborem excreſcit, quotannis baccas juniperinis ſimiles producit,
Sabina fœmina minor, Tab.

III. Sabina folijs Cupreſsi altera.
Sabina baccata altera, Lob. Lugd.
Sabinæ alterius altera icon. Dod.
Savina fœmina major, Tab.

Ramulorum exilitate & foliorum lenitate tantùm à priore differt.

Differt autem à Cedro, quòd Sabinæ gravis odor ſit, & Sabinæ extremi rami in acuta folia deſinant, & baccæ minores ſint & nigreſcant: cùm Cedrus Junipero odoratior ſit, folio obtuſo, & baccæ majores phœnicei coloris ſint,

C E D R U S.

Cedrus alia eſt conifera, alia baccifera: de baccifera ſic Dioſcor. l.1.c.105. dicitur & altera Cedrus parva, ſpinoſa Juniperi modo, fructum ferens magnitudine myrti rotundum. Κέδρος Theophr. 1. hiſt. 15. perpetuò viret: 1. hiſt. 16. folia habet rara extremitate pungente: 3. hiſt. 12. quidam binam affirmant, alteram, λυκίαν, alteram φοινικῆν (puniceam Gaza) alij ſimplicem dicunt, ſcilicet qui Idam incolunt, eſt Junipero non diſsimilis, ſed folio maximè diſtat: quippe Cedro durum, acutum ſpinoſumq́; Junipero mollius: excelſior quoq; Juniperis naſci videtur: alij nominibus non dividunt, ſed ambas Cedros appellant: Cedrum cum additiooe ὀξύκεδρον nuncupant, &c. Plinius l.13.c.5. Junipero ſimilem habent. Phœnices & Cedrum minorem: duo ejus genera, Lycia & Phœnicia: differunt folio: nam quæ durum, acutum, ſpinoſum habet, Oxycedros vocatur, ramoſa & nodis infeſta. Altera odore præſtat: fructum ferunt Myrti magnitudine, dulcem ſapore.

Cedrus baccifera.

I. Cedrus fol. cupreſsi major fructu flaveſcente.
Juniperus major ſeu Cupreſſus ſyl. Dioſcoridis, in Codice Hermolai.
Cedrus Phœnicia, Plinij.
Cedrus Lycia, Matth. Geſ. hor. Caſt.
Cedrus pumila folijs obtuſis & Phœnicia, Bell.
Cedrus minor, Cord. in Dioſc. Portæ.
Oxycedrus Lycia, Dod. Ger.
Juniperus major, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Cedrus phœnicea, Ad. media vel ſecunda, ſive Oxycedrus folio cupreſsi, aut Sabina major Monſpel. Lob.
Thuiæ genus quartum, Lugd.
Cedrus phœnicea ſecunda, Tab.

II. Cedrus folio Cupreſsi media majoribus baccis.
Cedrus Lycia, Bellon.
Cedrus minor altera, Dioſc.
Cedrus phænicea altera, Plinij & Theophr. vel prima, Lob.
Thuia Maſſilienſium, Lugd.

III. Cedrus folio cupreſsi minor.
Cedrus phœnicea minor vel tertia, Lob.

Hæ tres ſola magnitudine differunt: verum & duę priores ratione ætatis variare cenſemus, ita ut Matthiolus adoleſcentem, at Lugdunenſis hiſtoria adultam exprimere videatur. Sic & ratione ætatis in folijs differentia: primò enim prodeuntia, Juniperi vulgaris folia ęmulantur, quæ paulo breviora & acuta: at adultæ, inſtar foliorum Cupreſsi rotundantur, ita ut rami inferiores folijs pungentibus & acutis, ſummi verò, obtuſis & rotundis veſtiantur: hoc exprimit figur.
Sabinæ bacciferæ, Adverſ. & Lob. ico.

T H U Y A E T B R U T A.

Θύον ſiv Θυία Theophraſto 5. hiſt. 5. forma Cupreſſo ſimilis, cùm ramis tum folijs, caudice fructuq́; vel potius ceu Cupreſſus ſylveſtris: & 1. hiſt. 15. ex ſylveſtribus perpetuò viret. Plinius l.13.c.16. Thya ex Theophraſto memi-

meminit, quam aliqui volunt eandem cum Cedro Atlantica ejuſdem: Brutam ſic deſcripſit Plinius l.12.c.17. petunt in Helimaos arborem Brutam, Cupreſſo fuſæ ſimilem, exalbidis ramis, jucundi odoris, accenſam cum miraculo hiſtoriis Claudij Cæſaris prædicatam; odorem etiam proximum Cedro, &c.

Thuya Theophraſti.
Arbor vitæ, Bellonio, Geſ.hort. Dod. Cluſ.hiſp. & hiſt. Caſt. Tab. Ger. Eyſt.
Arbor filici ſimilis, Oviedo.
Cedrus Lycia, Lob. an. & Ad.
Thuvæ tertium genus, Lugd.

Arbor paradiſæa Lutetian. Lugd.
Thuia ſive Thya vulgo, Cam.
Hæc è Canada Franciſco I. Galliarum regi, Arboris vitæ nomine oblata, fortaſſe ab odoris vehementia, vel ob immortalem ejus comam, ſic dicta.

CUPRESSUS.

Cupreſſus κυπάρισσος Dioſcoridi l.1.c.102. ἀπὸ τοῦ κύειν τοὺς παρίσους κλάδους. Theophraſto hiſt.8. procero & longo caudice conſtat, tamen macilento: 1.hiſt.13. mas nodoſior eſt fœmina: 1.hiſt.14. ſimplici aſſurgit caudice ad longitudinem, ſed non multis radicibus, neq; ramis frequentibus patet: 1.hiſt.15. viret perpetuò: 2.hiſt.3. plerunq; ex fœmina marem provenire affirmant: 1.cauſ.5. hujus fructus non id totum eſt, quod pilæ ſpeciem gerit, ſed quod cono innaſcitur prætenue, exile & quaſi laricis ſemini proximum, quod pilula ſua dehiſcente delabitur. At Plinio l.16.c.33. Cupreſſus natu moroſa, fructu ſupervacua, baccis torva, folio amara: odore violento, ac ne umbra quidem gratioſa, materie rara, ut pene fruticoſi generis, diti ſacra, & ideo funebri ſigno ad domos poſita: fœmina ſterilis diu. Duo genera earum: meta in faſtigium convoluta, quæ & fœmina appellatur. mas ſpargit extra ſe ramos, deputaturq; & accipit vitem, &c.

I. Cupreſſus, Matth. Ang. Dod. ut: Cord. in Dioſ. Geſ.hor. Tur. Lac. Lon. Ad. Lob. Cæſ. Portæ, Lugd. Cam. Tab. Eyſt.
Cypariſſus, Caſt.
Cupreſſus altera ſive ſylveſtris, Ger.
Hujus fructus ſive conos, nuces vel pilulas Cupreſsi, Officinæ Cypreſsi nominant: aliquibus Gabulæ dicuntur.

II. Cupreſſo ſimilis arbor in Syria: an Cedrus major Dioſcoridis.
Thya forte Theoph. cujus fructus pilularum Cupreſsi magnitudine in Oriente notiſsimi. Abhel dicitur, Guilandino in problem.
Cedrus major Dioſcoridis, Thyia Theophr. & Abhel, Guiland. in papyro.
Tac arbor Cupreſſo ſimilis ex qua gummi Taxa, Rauvvolf.
Arbor cujus fructus Abhel Guilandino, Cluſ. hiſpan.
Habhel fructus, Cluſ. hiſt.

JUNIPERUS.

Ἄρκευθος καὶ ἄρκευθος: παρὰ τὸ τὴν ἀρὰν κεύθειν, quòd ejus odorem omnia reptilia adverſentur: vel διὰ τὸ ἔχειν τὰς ἀκάνθας κεκρυμμένας: Latinis Juniperus dicitur, quòd juniores & novellos fructus pariat, antiquis matureſcentibus: ſolam ferè arborum fœtus ſuos in biennium prorogare ajunt: cujus bacca ἀρκευθίδες, in officinis Grana Juniperi nominantur. Ejus verò lacryma, Vernix dicitur.

Genera: Dioſc. l.1. c.103. ἄρκευθος quædam major eſt, altera minor: unius fructus, nucis ponticæ magnitudine reperitur: alterius verò fabam æquat, at rotundus eſt odoratus, dulcis in mandendo ac ſubamarus Arceuthis dictus. Plin. verò l.16.c.25. nec Juniperi florent: quidam duo genera tradunt: alteram florere nec ferre: quæ verò non floreat ferre, protinus baccis ſubnaſcentibus quæ biennio hæreant: ſed id falſum: & l.24.c.8. Juniperus Cedro aſsimilis: & ejus duo genera: altera major, altera minor: hæc Plin. Verùm baccæ in quibuſdā grandes, in alijs exiguæ: in his dulces, in alijs prorſus amaræ: alijs planè rotundæ, quædam oblongæ & acuminatæ.

I. Juniperus vulgaris fruticoſa.
Juniperus, Brunf. Matth. Dod. ut: Lac. Tur. Lon. Lob. Portæ, Ger. noſtras, Cam.
Juniperus vulgaris, Trag. Cluſ. hiſt.
Juniperus minor, Fuch. Cord. in Dioſcor. Lugd. ſylv. Caſt.
Juniperus humilis, Geſn. hort.
Juniperi altera ſpecies, Ang.

Juniperus vulgatior, Ad.
Juniperi primum genus, Cæſ.
Juniperus & Juniperus baccifera, Tab.
Hic deſcribit etiam Juniperum majorem Germanicam, & *fructum magnum verrucoſum* adpingit.

II. Juniperus vulgaris arbor.
Juniperus nata in Hiſpania, Plinio ... c.39.

Junipe-

Juniperus vulgaris celſior & arboreſcens, Cluſ. hiſp. & hiſt.
Juniperus major ſativa, Caſt.
Juniperus urbana in arborem aſſurgens, Lugd.
Tares Thuſcia alit, frequenter in agro Senenſi, ut Matthiolus & Lugdunenſis monent: & in Hiſpania, ita ut ex ea trabes & ædium contignationes, multi fabricent, Cluſio referente.
III. Juniperus minor montana folio latiore fructuque longiore.
Juniperus minima, Geſn. hort.
Juniperus alpina, Cluſ. pan. & hiſt.
IV. Juniperus major baccâ cæruleâ.
Junip. maximus Illyricus cærulea baccâ, Lob.
an Juniperus alter, Cæſ.
Juniperus major, Lugd.
Juniperus major Illyrica, Tab.
Juniperus maximus, Ger.
V. Juniperus major baccâ ruſeſcente.
Oxycedrus Theoph. & Galeni.
Cedrus phœnicea, Matth. Tab.
Oxycedrus, Dod. gal. Bellon. cui & Juniperus, ruber, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lugd.
Cedrus, Lac. Lon. minor & Cedrula, Geſn. hort.
Cedrus magna ſive Juniperus peregrina, Cord. in Dioſc.
Cedrus minor, vel phœnicea, Caſt.
Oxycedrus phœnicea, Dod. Ger.
Juniperi prima ſpecies, ſive Dioſc. Juniperus, Ang.
Juniperus major Monſpelienſium, Lob.
Oxyarceutis ſive Juniperus acuta, Adv.
an Juniperus montanus fructu flavo, Cæſ.
Ettalch Scalig. grandior Juniperus, Lugd.
an Juniperus major Italica baccis rubris, Cam.
Alijs Cedrus Lycia Theophraſti.
VI. Junip. major fructu nucis magnitudine.
Juniperus major in Cupreſſi altitudinem aſſurgens, fructu dulci, Gallæ quodammodo ſimili eduli, nucleo olivæ nucleis ſimili, Bellon. quid?
VII. Arbor Americana oxyacanthæ ſimilis.
Lignum exoticum, Cluſ. exot. l. 1. c. 6.
an affinis arbori Ettalch in Africa naſcentis, cujus Joh. Leo in deſ. Africæ meminit, dubitat Cl.
Incolæ igne reſinam eliciunt, qua picis loco utuntur.

ASPARAGUS ET CORRUDA.

ETſi Ἀσπάραγος vel ἀσφάραγος Galenus 2. alim. omnes propemodum teneros caules & tenera germina, ſeu ex oleribus & herbis, ſeu ex ſuffruticibus, ſeu ex fruticibus, arboribuſq; vocitet, attamen peculiari generi plantæ etiam tribuitur, quæ ſit dicta, quod cauliculos hos, qui prima germinatione è terra prodeunt, præcipuos habeat.

Genera duo Dioſcoridi lib. 1. cap. 152. petræa & ſativa: & Galeno βασιλικὸν regium & ἕλειον paluſtre, ſic enim Dioſcorides, ἀσπάραγος πετραῖος, quem μυακάνθαν (id eſt murinam ſpinam) vocant, vulgaris eſt nota: & paulo inferius: Aſparagus altilis, frutex eſt ramoſus, folia habens multa, longa, fœniculo ſimilia, radice rotunda, grandi, tuberculum habente. Et Theophraſtus 6. hiſt. 1. ἀσπάραγος (hanc ſolam vocem per geminam Aſparagum corrudam Gaza vertit) ex toto aculeata eſt, & nullum juxta aculeum folium gerit: & 6. hiſt. 3. juxta aculeos puſillum quiddam clavæ ſimile producit, ex quo floſculus tandem ipſe erumpit: radice larga, alta, numeroſa, eademq; tam crebra innititur, ut pars ſuperna radicum tota connexa & continua reddatur, ex qua vel ipſorum caulium proventus factitatur, &c. Plinius lib. 19. cap. 8. omnium hortenſium lautiſſima cura Aſparagis, &c. Eſt & aliud genus incultius aſparago, mitius corruda, paſſim etiam in montibus naſcens, refertis ſuperioris Germaniæ campis non infaceto Tiberij Cæſaris dicto, herbam ibi quandam naſci ſimillimam aſparago, &c. & paulò infra: indicavimus & Corrudam: hunc enim intelligo ſylv. aſparagum, quem Græci orminium aut myacanthon vocant: & lib. 19. cap. 4. ſylveſtres fecerat natura corrudas, ut quiſque demeteret paſſim &c. altiles ſpectantur aſparagi: & lib. 20. cap. 10. Aſparagi vires ubi recenſuit, ſubjungit: ſylv. aſparagum, aliqui Corrudam, aliqui Libycam vocant: Attici orminium hujus efficacior vis & candidiore major: & lib. 21. cap. 16. in totum ſpina eſt Aſparagus.

Aſparagus folio molli.
I. Aſparagus ſativa.
Aſparagus, Brunf. Trag. Matth. Fuch. Dod. gal. Cord. in Dioſc. & hiſt. Geſn. hort. (qui majoris & minoris meminit) Turn. Lon.
Aſparagus altilis, Fuch. Tab. domeſtica, Bellon.
Aſparagus Dioſc. idẽ cum ſativo & hortenſi, Ang.
Aſparagus ſativus, Lac. Caſt. Lugd. Ger.
Aſparagus hortenſis, Dod. Adv. Cam.
Aſparagus domeſticus, Eyſt. vulgaris, Lob.
Aſparagi alterum genus, Cæſ.
Hic cum in pratis Alſatiæ nobis vicinæ, & in pratis ad Danubium ſitis, & in Burgundia circa Veſuntium ſpontè proveniat, hunc Plinium intelli-

intelligere cenſemus, cum in ſuperioris Germaniæ campis provenire ſcribit, & hic dicitur
Aſparagus mitior ſponte naſcens, Cl.hiſ.&hiſt.

II. Aſparagus ſylveſtris tenuiſsimo folio.
Aſparagus ſylveſtris, Matth. Caſt.
Aſparagi tertium genus ſativo ſimile, qui Palatium leporis, Cæſ.
Sola tranſplantatione & cultura à ſativo differt.

III. Aſparagus maritimis craſsiore folio.
Aſparagus ἕλει@ ſive paluſtris, Galeno.
Aſparagus paluſtris, Matth. Ang. Tab.
Aſparagus marinus, Cluſ.hiſp.& hiſt. Cam.
Aſparagus maritimus Dioſcoridis, Ad.Lob.
Aſparagi alterum genus, Cæſ.
Aſparagus ſylveſtris, Ger.

Aſparagus Corruda dictus.

Corrudam nonnulli dictam volunt, teſte Ruellio, quòd ubi adolevit, facilè corruat decidátve: ſic & Horminium, ἀπὸ τῦ ὁρμῶ, quod eſt ruo.

I. Aſparagus folijs acutis.
Aſparagus petræa Dioſcoridi & Galeno.
Corruda & ſylv. Aſparagus, Plinio.
Aſpar.petræus & Corruda, Matt.Tab.in ic.Ger.
Corruda, Dod.gal. Cord.hiſt. Rauvv. Bello. Ad. Lob.ico.Lugd. cui & Corruda Penæ.
Aſparagi prima ſpecies, Ang. Cæſ.
Aſparagus ſylveſtris, Geſ.ap.Lac.Dod.Cam.ep. ſive Corruda, Bellonio.
Corruda prior, Cluſ.hiſp. & hiſt.Tab.

II. Aſparagus aculeatus alter, tribus aut quatuor ſpinis ad eundem exortum.
Aſparagus ſylv. alter, Dod.Ger.
Corruda altera, Cluſ.hiſp. & hiſt. Lugd.Tab. at in ico. Corruda Hiſpanica.
Corruda Hiſpanica altera, quę Luſitanica, Lob. at in icon. Corrudæ varietas.
Aſparagi quartum genus, Cæſ.

III. Aſparagus aculeatus ſpinis horridus.
Polytricha Bellonio.
Aſparagus ſylv. tertius, Dod.
Corruda tertia, Cluſ.hiſp.& hiſt.Lob.Lug.Tab.
Corruda Hiſpanica altera, Tab.in icon.
Aſparagus ſylv. ſpinoſus, Ger.
Aſparagi Theophraſti nomine, cui ſpina pro folio, ex Creta ab Honorio Belli accepimus.

IV. Aſparago acul. affinis triplici ſemper ſpina.
Echinopoda Cretica, Hon. Belli ep.2. ad Cluſium, & Ponæ Ital.
Chenopoda Plinij ſuſpicatur Hon.Belli.

Sic autem Plin. l.11. c.8. ceras ex omnium arborum ſatorumq; floribus confingunt, excepta Tumice & Chenopode: plura non habet. Verùm aliqui Echinopode legunt, quam quidam Tribulum, alij Echion, alij ſpinæ genus interpretantur. Sic Dalech. ad Athenæum per Ehinopoda, Cardui Chij genus intelligit.

SECTIO SEXTA.

CEDRUS CONIFERA; PEUCE SEU PINUS; PINASTER; LARIX; PITYS SEU PICÆA; SUCCI SIVE HUMORES PLANTARUM; GUMMATA; Reſinæ; Abies; Taxus; Draco arbor; Palma Dactylifera; Palma ſquammoſo fructu; Palma nucifera; Nuces exoticæ & Arbores admirandæ.

CEDRUS CONIFERA.

Κέδρ@ Dioſc.l.1.c.105. arbor magna eſt, ex qua Cedria dicta colligitur: fructum verò habet uti Cupreſſus, at grandiorem multò: At Serapio, minorem legit. Et Guilandinus com. de Papyro vult eum eſſe arborem, quam ſub Cupreſſo altera propoſuimus. Theophr. 4. hiſt.6. & 5. cauſ.8. Cedrum Syria gignit, eaq; ad triremes utuntur: 5.h.5. ex Cedro ſimulacrum ſculpere ſolent. Plin.l.13.c.5. Et majoris Cedri duo genera, quæ floret fructum non fert: frugifera non floret, & in ea antecedentē fructum occupat novus: ſemen ejus Cupreſſo ſimile: quidam Cedrelaten vocant: & l.24.c.5. Cedrus magna quam Cedrelaten vocant, dat picem quæ Cedria vocatur.

Cedrus conifera folijs laricis.
Cedrus major, Matth.Dod.gal.
Cedrus arbor conifera, Geſ.hort.
Cedrus Hebræorum non Græcorum, forte Cedrus Syriæ Theophraſti, Ang.
Cedrus Dioſ. & Sacrarum literarum idem, Ang.
Cedrus, Bell. (cui & Libani & Syriæ & in Amano) Rauvv. Cæſ. Tab. Libani, Ger.

Cedrus Libani quæ neque Dioſcoridis neque Græcorum Cedrus eſt, Guil.
Cedrus magna, Dod. Portæ.
Cedrus Libani & Palæſtinæ præcelſa, Ad. Lob.
Cedrus phœnicia Matthioli, Lugd.
Cedrus phœ…cia noſtra, Lugd.

Coni non dependent, ſed ſurſum ſpectant, ut rectè Bellonius, Dodonæus & Dalechampius in hiſt. Lugdunenſi, pingunt.

In regno Congiano tanta copia, tantæque magnitudinis, ut inde naves conficiant: part. 1. Ind. or. l. 2. c. 1. & in inſula Tercera ſcaphæ, currus, rhedæ, & hujus generis alia opera extruunt: part. 3. Ind. or. c. 6.

Sic in Andes nova Hiſpania, ſumma copia, ubi alia alba, alia roſea & fragrans: Joſeph. Acoſt. l. 4. c. 3. ubi de Cedro admiranda, verba facit. Provenit etiam in Virginea & Florida.

DE PEUCE SEU PINU.

Etſi πεύκην & πίτυν, à Gaza Pinus & Picea vertatur, ab alijs tamen contrario modo fit, & πίτυν Picea, fortè ob nominis ſimilitudinem redditur: nec mirum, cùm ut Dioſcorides lib. 1. cap. 86. habet, πίτυς, vulgo nota arbor eſt, ejuſdemq; generis eſt quæ πεύκη dicitur, ſiquidem hæc ab illa ſpecie tantum differat: ita ut tam piceæ quàm pini fructus, qui in conis reperitur πιτυΐδας, eodem cap. 87. monente, appelletur.

Genera: πεύκης Theophraſto 3. hiſt. 10. alia urbana, alia ſylveſtris: ſylveſtris duplex eſt, alteram Idæam, alteram maritimam vocant: harum rectior, celſior, materieq; craßior Idæa: folio teneriori, imbecillioriq; maritima, & cortice læviori, utiliq; ad coria. Quod altera minus. Nux maritimæ rotunda, breviq; dehiſcens, & Idææ oblongior, viridis, minuſq; hiſcens, tanquam ſylveſtrior, &c. Idæa ramoſior craßiorq; & picem copioſius prebet, &c. Macedones genus quoddam πεύκῃ ſimile dicunt, & marem breviorem, folioq; duriorem: fœminam verò proceriorem, folijs pinguem, mollem, procliviorem q;. Mari lignum circumcincta medulla durum & operi fabrili verſuale: fœminæ tractu omnino facilè atq; molliùs, quod quidem omnium ferè marium fœminarumq; publica differentia eſt, ut cæſores materiæ aſſeverant, &c. (& Plinius lib. 16. cap. 10. lignum maribus durum, & in fabrili opere contortum: fœminæ mollius, publico diſcrimine in ſecuribus) Igitur πεύκης genera, urbanum atque ſylveſtre: ſylveſtris mas & fœmina, ac tertia ſterilis. At Arcadiæ incolæ, nec ſterilem nec urbanam πεύκην appellant, ſed πίτυν, &c. Plinio l. c. in Europa ſex genera cognatarum arborum ferunt (pinus, pinaſter, picea, larix, abies, teda, taxus) ex ijs pinus atq; pinaſter, folium habent capillamenti modò prætenue, longumq; & mucrone aculeatum, &c. Pinaſter nil aliud eſt, quam Pinus ſylv. mira altitudine & à medio ramoſa, ſicuti pinus in vertice: copioſioremq; pino dat reſinam. Sic lib. 15. cap. 10. nucum pinearum genera quatuor recenſet, 1. grandiſſimas, 2. Tarentinas, 3. Sapineas, è picea ſativa, 4. pityidas, è pinaſtris.

I. Pinus ſativa.
Pinus urbana folio perpetuo, Theophraſto.
Pinus, Brunſ. Trag. Dodon. ut: Bellon. Cord. in Dioſc. Lac. Turn. Lon. Cæſ. Caſt. Portæ: arbor, Geſn. hort.
Pinus domeſtica, Matth. Tab.
Pinus ſativa, Ang. Lugd. Ger.
Pinus vulgatiſsima, Adv. Lob.
Pinus Italica, Cam.

Nucem στρόβιλον Theophraſtus, alij κώνους κοκκάλους & κωνάρια vocant: & in hoc genere marem nucem rotundiorem, fœminam longiorem ferre volunt.

II. Pinus ſylveſtris.
Pinus ſylv. montana Theophraſti.
Pinaſter, Brunſ. Trag. Tur. Geſn. hort. Lob. Cæſ. Thal. Portæ.
Pinus ſylveſtris, Matth. Caſt. ſeu Pinaſter, Dod. (ut.
Picea φθειρόφορος, Ang.
Pinus ſp… te proveniens, Cord. in Dioſc.
Pinus ſylv. fructifera, Lugd.
Pinus ſylv. montana, Tab.
Pinus ſylv. mugo, Ger. ico.
an Pinaſter 1. vel Auſtriacus major, Cluſ. hiſt. qui duplicem facit album & nigrum.

III. Pinus ſylv. montana altera.
Pinus tubulus, Plinio l. 16. c. 10. eaſdem, inquit, arbores (ſcilicet Pinum & Pinaſtrum) alio nomine eſſe per ora Italiæ, quas Tibulos (ſtrubulos Hermolaus legit) vocant, pleriq; arbitrantur, ſed graciles ſuccinctioreſque & enodes, liburnicarum ad uſus, penè ſine reſina.
Pinus ſylv. Mugo, Matth. Adv. Lob. Tab.
Pinus ſylv. altera, Dod. ut: ſed edit. lat. tertia deſcriptione.
Picea altera ſive ſylveſtris, Ang.
Pinus tubulus, Lugd.
Pinus montana minor, Ger.

IV. Pinus ſylv. montana tertia.
Teda, Brunſ. arbor, Lugd.
Pinus ſylv. cembro, Matth. Adv. Tab.
Pinus ſylv. tertia, Dod. gal.

Pinaſter, Bellonio.
Pinus ſylv. altera ſpecies, Dod.
Pinus ſylveſtris, Ger.

Plin. l.6. c.10. ſextum genus eſt Teda propriè dicta, abundantior ſucco, quàm reliqua, parcior liquidiorque quàm Picea, flammis ac lumini ſacrorum etiam gratia.

V. Pinus maritima major.
Pinus maritima prima, Matth. Tab.
an Pinus marina, Ang.
Pinus ſylv. quinta, Dod. gal.
Pinus maritima, Lugd. major, Dod.
Pinus maritima Theophraſti, Lob.
Pinus ſylv. montana, Ger.

Huc refer ſequentem, modo eadem non ſit,
Pinus ſylv. altera, Lob.
Pinaſter 2. & Pinus marina Theoph. Cluſ. hiſp.
Pinaſter alter Hiſpanicus, vel minor Hiſpanicus, Eid. hiſt.
Pini maritimæ majoris ramulus, Dod.
Pinus ſylv. ſive ſterilis, quia nuclei edules non ſunt, Lugd.
Pinus montana Theophraſti, Tab.
Pinus maritima major, Ger.

VI. Pinus maritima altera, Matth. Tab. Lug.
Pinus Idæa Theophraſti, Lob.
Pinus ſylv. quarta, Dod. gal.
Pinus ſylv. minor, Ger.
an Pinaſter primus, Cluſ. hiſp. & hiſt.

Hæc ab Auſtriaco majore, fortè tantum ratione ſoli diſtat, Cluſio monente.

VII. Pinus maritima minor.
an Piceæ genus alterum, Bellon.
Pinus maritima minor, Dod.
Pinaſter tertius, Cluſ. hiſp. Lob. Lugd.
Pinaſter tertius Hiſp. vel pumilo alter, Cl. hiſt.
an Pinaſtri alterum genus parvum in maritimis, Cæſ.

VIII. Pinaſter conis erectis.
Pinaſter pumilio, Cluſ. pan. Cam.
Pinaſter quartus Auſtriacus, Cluſ. l

IX. Pinaſter latifolius julis vireſcentibus aut palleſcentibus, Cluſ. pan.
Pinaſter ſecundus Auſtriacus, Eid. hiſt.

X. Pinaſter tenuifolius julo purpuraſcente, Cluſ. pan.
Pinaſter tertius Auſtriacus, Eid. hiſt.
Thæda, Tab.
Tæda ſive Pſeudopinus, Ger.

Hujus arboris ramos ſolent noſtrates Oenopolæ ante ædes ſuas proponere, ut Viennenſes Abietis teneriores ramos, & aliarum regionum incolæ Hederam.

XI. Pinus Indica nucleo purgante.
Pinei nuclei Malucani, Acoſtæ, Monardi.
Pinei nuclei catharctici, Lugd.
Pinea purgativa, Caſt.
Pinei nuclei Indici, Fragoſo.
an Pinioen ſive Nuces pineæ ex Puna, Joſeph. Acoſt. l.4. c.29.

XII. Pino ſimilis Orientalis.
Cibage, Cam.

XIII. Pineos nucleos duros referens fructus.
Fructus peregrinus 8. Cluſ. exot. l.2. c.30. & in tab. 3. Lugd. Tab. Ger.

XIV. Pineæ nucis nucleo ſimile ſemen flavo ſpadiceum Braſilianum.
Fructus miſcellaneus 9. Cluſ. exot. l.2. c.15.

XV. Arbor ſpinoſa fructu pineæ ſimili.
Cachi arbor ſpinoſa, cujus fructus Ciccara, forma pineæ nucis, Scalig. Ludovico Romano, Nic. Coſtino, & ex his Lugd.

LARIX.

Quæ Larix aut Larex, etiam Græcis λάριξ nuncupatur, an à Theophraſto deſcripta fuerit dubitatur: licet hæc vox in Gazæ verſione reperiatur: Gazæ tamen Larix nihil aliud eſt, quam πίτυς Theophraſti, quam vocem plerunque Piceam interpretatus eſt: attamen interdum πίτυς vocem, per Piceam & Laricem ſimul expreſſit: ut videre eſt 9. hiſt. 1. ubi legitur τερμίνθου, πίτυος, ἀμυγδάλης Gaza reddidit, terebintho, larici, piceæ, amygdalæ, &c. Sic Plinius de Larice agens, ea quæ Theophraſtus πεύκῃ tribuit, omnia illa Larici adſcribit: ſic l.16. c.10. ſcribit: quinto generi ſitus idem, eadem facies, Larix vocatur, materies præſtantior, longè incorrupta, vix emori contumax, rubens præterea & odore acrior: pluſculum huic erumpit liquoris, mellei colore atque lentore, nunquam dureſcentis: & mox: Larix nec ardet, nec carbonem facit, nec alio modo ignis vi conſumitur quàm lapides. Verùm experientia Plinio contrariatur, & ipſius propria v[illegible]a, cùm inquit: in Macedonia Laricem maſculam urunt, fœminæ radices tantùm. Et l.16. c.21. ei perpetuam [illegible] tribuit, cùm tamen in noſtra larice contrarium contingat. Quare Gazæ larix, eſt πίτυς Theophraſti: at Plinij Larix, eſt πεύκη Theophraſti. An fortè hæc noſtra Larix, ſit Pinus urbana folio deciduo Theophraſti: ſiquidem ſcribat

Pini

Pini urbani genus quoddam folium habere perpetuum: ſylveſtri autem omni id perpetuum eſſe: ex quibus colligere licet, urbani quoddam genus eſſe, cui folia decidant, quod in ſola Larice animadverſum eſt.

Larix, Brunſ. Matth. Bellon. con. Dodon. ut: Fuch. Geſn. hort. Lac. Turn. Lon. Adv. Lob. Caſt. Cluſ. pan. & hiſt. Lugd. Portæ, Tab. Ger. Cam. Pini ſylv. genus cui hyeme folia decidunt, Cæſ. Ex hac colligitur reſina laricea, de qua inter Reſinas. Fungus etiam adnaſcitur qui Agaricum dicitur, quemadmodum Larici adpingunt, Lob. Tab. Ger.

DE PITY SEU PICEA.

Πίτυς à πεύκη differre videtur, Theoph. 3. hiſt. 10. quòd (ſcilicet Pinus) pinguior ſit, folio tenuiori, magnitudine minor, erectaq; minùs aſſurgit: præterea quòd conum breviorem horridioremq; ferat, ac nucem magis reſinoſam. Ambabus folia capillata, ſed Peuce materies candidior, ſimiliorq; Abieti, atq; in totum minus ſpinoſa. Et 3. hiſt. 6. quidam Pinum & Piceam florere exiſtimant, quidam minimè, ſed Piceam κύτταρον, id eſt, nucamentum gignere, quod Groſſis proportione reſpondet. Plinius lib. 16. cap. 25. Pinum Piceamq; ullo flore exhilarari negat: experientia tamen refragatur. Et ut lib. 16. cap. 10. Picea plurimam reſinam fundit, interveniente candida gemma, tam ſimili thuris, ut miſta, viſu diſcerni non queat, &c.

Genera duo ex Plinio colligimus, ſativam & ſylveſtrem, illam Sapinum, hanc Piceam nominat. Nam Sapinus inferiorem & enodem Abietis partem ſignificat: ſicut ſuperiorem partem nodoſam dur oremq; Fuſterna, Plinio lib. 16. cap. 39. ſcribente: verùm etiam arborem ſignificat: hæc enim lib. 16. cap. 12. habet: inter hæc genera proprium quidam fecère Sapium (Sapinum Turnebus legit) quoniam ex cognatione earum ſeritur: ejuſq; arboris imas partes Tedas vocant, cùm ſit illa arbor nil aliud quam Picea, feritate paulùm mitigata ſatu: Sapinus autem materies cæſarum è genere fiat. Sic Plinius ejus nucem Sapineam vocat: nam lib. 15. cap. 10. nucum Pinearum genera enumerans, tertium ait Sapinea, è Picea ſativa, nucleorum cute veriùs quàm putamine, adeo molli ut ſimul mandatur.

I. Picea major prima, ſive Abies rubra.
Picea, Brunſ. Matth. Ang. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Lac. Lon. Adv. Lob. Cæſ. cui & Tæda Plinij, Caſt. Lugd. Thal. Tab. Ger.
Abies prima & rubra, Trag.
Abies, Dod.
Sapinus, Bellonio, Lac.
Picea Plinij & Abies maſcula Theophraſti, Cluſ. pan. & hiſt.
Hanc alij Abietem marem Theophraſti: alij Piceam φθειροφόρον ejuſdem 1. cauſ. 9. quam Gaza pediculiferam, Scaliger pedicularíam interpretatur. Sic dicta Plin. l. 16. c. 10. quod totis paniculis minoribus gracilioribuſq;, minimos ac nigros nucleos pediculis ſimiles gignat: alij Tædam Plinij (de qua ſub Pino quarta) faciunt.

II. Picea minor.
Picea pumila, Cluſ. pan.
Pinum tubulum ſive tibulum Plinij, Dalechampius vocare videtur, Cluſ. hiſt.

DE SUCCIS SEU HUMORIBUS Plantarum.

Quemadmodum multis animalibus pili & pennæ decidunt, & ſerpentes ſingulis annis exuvias deponunt: ſic & plantis folia, flores & fructus decidunt, & ex earum aliquibus humor ſuperfluus profluit, at Vitibus lacryma: Ceraſo, pruno gummi: piceæ, terebintho, lentiſco, reſina: alijs alius liquor quantitate moleſtus. Nam ut in animalibus ſanguis turget, ſic in plantis humor ſeu ſuccus, qui ſi vel ſponte profluat, vel arte educatur, ad earum conſervationem facit: nam & plantæ ſuas venas & nervos habent, per ſe nomine carentes, ut habet Theophraſtus 1. hiſt. 3. quæ ſimilitudine quadam nomina partium animalium ſortiuntur. Sanguis autem plantarum, earum ſuccus proprius eſt, ut in Ficubus lac, ſecundum Ariſtotelem 1. de plantis: in Vite veluti humor: in quibuſdam veluti oleum: in alijs pici liquidæ ſimilis: in nonnullis, ut gummi. Et ut Theoph. l. c. humore plantarum deficiente, & ipſæ deficere incipiunt, eoq; exſiccato, tabeſcunt: quem humorem nonnulli ſimpliciter ὀπὸν ſuccum in cunctis appellant, quidam abſque nomine relinquunt: in quibuſdam verò ὀπὸν ſuccum, inq; alijs δάκρυον lacrymam vocant. Idem ferè habet Theophraſtus 6. cauſ. 17. & hic pro coctionis diverſitate, diverſam craſſitiem & colorem nanciſcitur. Hinc ſi hujus humoris conſiſtentiam conſideres (ex Theoph. 6. cauſ. 17.) alij calloſiores lentioreſq; ſunt; alij aquoſi, minuſq; lenti: hinc alij denſari poſſunt, alij nequeunt: nonnulli etiam quò denſentur atque concreſcant, aliquid miſcent. Quare ſuccus plantarum, qui χυλὸς propriè, is humor

is humor eſt, quo plantæ nutriuntur, quiq; non ſpontè, ſed præcedente expreſſione, aut alia præparatione elicitur, quiq; ſemper tenuior eſt, niſi calore exſiccatus, induretur. Liquor verò ſive ὀπὸς, craſſior eſt, qui interdum ſpontè, interdum inciſione delabitur, & velut lacryma profluit, unde communiter δάκρυον lacryma vocatur. Qui ſi oleaginoſus & liquidus fuerit, ῥητίνη dicitur: ſi terreſtrior, aqueus & in truncis arborum concretus, κόμμι gummi: quæ verò naturam mediam inter gummi & reſinas poſſident, & partim terreſtria & aquea, partim oleaginea & pinguia ſunt, κόμμι ῥητίνη gummi reſina nominatur. Sed de ſuccis inſpiſſatis primùm, dein de gummatibus, tum de Reſinis, & tandem de Pice.

De ſuccis inſpiſſatis.

I. Ammoniacum, ἀμμωνιακὸν Dioſcoridi l. 3. c 98. eſt Ferulæ (ὀπὸς) liquor, & totus cum radice frutex Agaſyllis appellatur: Galen. 6. ſimpl. Ferulæ lacryma. Plinio l. 12. c. 23. Hammoniacum lacryma, ab Hammonis oraculo nomen habet, juxta quod gignitur arbor, quam Metopion vocant, reſinæ modo aut gummi.

Ammoniaci lacryma, Matth.

Hammoniacum ſeu gutta Hammoniaca, Cord. hiſtor.

Ammoniacum, Cæſ.

Armoniacum officinis & Gummi ammoniacum.

Probat Dioſcorides l. c. benè coloratum (exterius flavum, intus candidum) ligni & calculorum expers, thuris glebarum granorúmve ſimilitudine, ſyncerum ac denſum, nulla ſorde ſpurcatum, caſtorei odore, & guſtu amarum: quod genus θραῦσμα (thrauſton Plinio, quaſi dicas fragmentum) appellatur: alterum, quod terræ calculorúmve particeps eſt, φύραμα (Phyrma Plinio, i. e. mixtura) dicitur: & hoc ad medicamenta in aqua reſolvitur.

II. Galbanum χαλβάνη Dioſc. l. 3. c. 97. liquor eſt Ferulæ in Syria naſcentis, quam nonnulli Metopion vocant: Gal. 8. ſimpl. χαλβάνη ſuccus eſt plantæ ferulaceæ: hoc ſecundum eundem 1. de Antidot. in Sagapenum convertitur. Plin. l. 12. c. 25. Galbanum dat & Syria in eodem Amano monte, è ferula ejuſdem nominis reſinæ modo, quam Stagonitin appellant, de qua & l. 24. c. 5. At Theoph. 9. hiſt. 7. Chalbanum in Syria naſcitur ex Paco vocato.

Galbanum, Matth. Cord. hiſt. Cæſ.

Probatiſsimum quod thuris effigiem præbet, colore maximè flavum (tale enim recens eſt) gummoſum purum, pingue, minimè lignoſum, odore gravi, nec valdè humidum, nec penitus aridum, & cùm accenditur clarum, flammam nutriens: hoc Dioſcorides reſinâ & ammoniaco, Plinius vero Sagapeno, adulterari ſcribit.

III. Opoponax ὀποπάναξ Dioſc. lib. 3. cap. 55. ex Panacis Heraclei radice conciſa colligitur. Gal. 8. ſimpl. radicibus & caulibus: at Meſuæo, ex ferulaceo panace: nonnullis ex Chironio. Opoponacis Plinius lib. 20. cap. 24. in Theriaca meminit.

Opoponax ſive Opoponacum, Cord. hiſt. Lugd.

Opoponax, Cæſ.

Probatur amariſsimum, intus candidum aut ſubflavum, foris ad auri colorem inclinans, læve, pingue, Galbani inſtar lenteſcens, friabile, graveolens, & dum reſolvitur propius ad lacteum liquorem accedens.

IV. Sagapenum: σαγάπηνον Dioſcor. l. 3. c. 95. ferulaceæ herbæ liquor, quæ in Media naſcitur: Gal. 8. ſimpl. ex planta ferulæ (panaci addit Cluſius) aſsimili. Sanè ipſa planta Sagapenum dicitur, at liquor abuſivè hoc nomen obtinuit, rectius Sagapeni ſuccus diceretur. Plin. l. 20. c. 18. Sagapenum, Hammoniaci lacrymæ ſimile.

Sagapenum officinis Serapinum, Matth. Cord. hiſtor.

Sagapenum, Cæſ.

Probatur quod ſincerum, pellucidum, foris ruffis, intus cùm frangitur flavis aut candicantibus guttis compactum, inter digitos lenteſcens, medio inter Silphium & Galbanum odore, acrique guſtu: & ut Aſa fœtida reſolvitur.

V. Meconium, μηκώνειον Dioſcor. lib. 4. capite 65. ſuccus eſt, ex papaveris nigri folijs & vaſculis tuſis expreſſus & exſiccatus, quem privatim Græci μηκώνειον vocant, ſed liquore viribus multò imbecillior eſt: propter aqueam & incoctam ſubſtantiam. Eidem l. 6. c. 17. Μήκωνος ὀπὸς dicitur. Plinio l. 23. c. 1. Meconium: licet eidem l. 20. c. 19. Mecon tithymali ſpecies ſit: & lib. 27. c. 12. meconion aphrodes, peplos eſt.

Meconium, Lugd.

VI. Opium, ὀπὸς τῆς μήκωνος Dioſcor. l. 4. c. 65. eſt liquor lacteus, qui ex papaveris nigri ſcapo leviter inciſo colligitur: ubi colligendi modum docet.

Opium

Opium, Matth. Cæſ. Lugd.
Opium nigri papaveris liquor, Cord. hiſt.
Opium, Afuim Mauritanis, Garz. Frag. vide Acoſtam.
Amfion ſive Opium, Linſc. par. 4. Ind. Or. c. 34.

Opium triplex eſt: album quod è Cairo adfertur, quod forte Thebaicum: alterum nigrum & durum, ex Aden: tertium flaveſcens magis ac mollius ex Cambaja & Decan, Garz. Linſcot. lib. c. at Fragoſus, albicantis & nigri tantùm meminit.

Ex Papavere nigro elicitur, Plin. l. 20. c. 18. & Avicennæ: at apud Turcas ex papavere albo, qui totos agros, ut nos tritico conſerunt, cùm apud eos & Perſas in quotidiano uſu ſit, at drachmæ unius pondus: ejus enim uſu ſe animoſiores fieri credunt, neq; belli pericula reformidate, Bellonio ſcribente: & ut Linſcot. l. c. qui ſemel, ſed ſenſim, aſſuevit, niſi indies iteret, brevi tabidus moritur: & ſi per dies quatuor aut quinq; intermittat moritur. Paludanus in Linſ. ſcribit, Turcis privato nomine Maslac vocari, & ab ipſis indies piſi magnitudine devorari.

Probatur candidum, vel leoninorum pilorum modo flaveſcens, in maſſam veluti ex granulis diverſi coloris coactum grave, denſum, ſolidum, ſine ſordibus exiſtens, amarum, guſtu calidum, odore gravi & viroſo, ſomnum inducens & in aqua promptè liqueſcens, Bellonio & Paludano monentibus: & hoc in Aſia minore in placentulas unciarum quatuor, vel ſelibrę pondo cogitur. Quis ergo noſtrum adulteratum eſſe non animadvertit? Attamen ex eo quod adfertur, eligendum, purum, colore maximè ruffum aut ſpadiceum, cum frangitur, ſplendore quôdam nitens & quod facilè diſſolvitur, ſed non ceræ inſtar lentiſcens.

VII. Ἀλόη, Aloë & de herba & ejus ſucco denſato dicitur: ex Aloë, Dioſ. l. 3. c. 25. (ὄπισμα) ſuccus coactus ex India adfertur.

Genera duo (τοῦ χυλισμάτος) ſucci: alterum arenoſum, quod veluti fæx & craſſamentum puriſsimæ eſſe creditur: alterum (ἡπατίζον) ad jecoris imaginem vergit, Dioſc. l. c. Recentioribus illam Caballinam, quòd equis & veterinarijs medicandis dicata ſit: hanc Hepaticam, quòd Hepatis modo coacta ſit, nominãt: quam etiam nonnulli Succotrinam, quaſi ſucco citrina, quod ejus pulvis citrinus ſit. Vel potius Socrotrina (ut Linſ. p. 4. Ind. Or. 6. & p. 4. c. 38.) à ſolo natali Socotra Inſula, quæ alijs omnibus præſtat, ſolida atq; compacta. Sunt tamen qui has differentias faciant, ſuccotrinam, ſubcitrinam & optimam: alteram Hepaticam, nigriorem ſynceram tamen: 3. Caballinam, lividam, arenoſam.
Aloë, Matth. Cord. hiſt. Lugdun. Aloë ex India, Cæſalp.

Eligenda pinguis, nitida, calculorum expers, ſub flava, hyeme friabilis, æſtate molliuſcula, hepatis modo coacta, facilè humeſcens, eximieque amara: nigra contrà, fractuque contumax, improbanda: lavanda quin etiam & quod arenoſum ſubſtitit abjiciendum, pinguiſsimum & quod leve eſt recipiendum: hæc Dioſ. l. c. Apulam & Hiſpanicam ſucco faciendo inutilem Cordus ſcribit: at quomodo tam Hepatica, quàm Socotera dicta, ex noſtra Aloë elici poſſit, eleganter Doctiſ. Fabius Columna in ſua plant. ἐκφράσει oſtendit.

VIII. Succus Aloë facie.
Iraituch & Aiavve ſuccus primus & America, Muſæ folijs involutus, Cluſ. ex. l. 4. c. 7.

IX. Scammoneum σκαμμωνία, Scammoneæ plantæ ſuccus, qui ex radice lactei ſucci plena inciſa & exſiccata reſervatur: cujus modum Dioſcorides l. 4. c. 171. docuit.
Scammonium, Plin. l. 26. c. 8. vocat: quem tantùm uſui eſſe, Theophraſtus 9. hiſt. 12. ſcribit.
Scammonium, Matth. Cord. hiſt. Cæſ. Lugd.

Scammonea officinis ad Arabum imitationem hic ſuccus dicitur, qui denſatus in maſſas cogitur, & exſiccatus fuſcus, aut lividus, aut cinericeus, aut fulvus redditur.

Differentiæ hujus ratione loci apud Dioſ. & Plinium: ille, eum qui ex Myſia regione Aſiæ deportatur, commendat; natione autem Syriacum & Judaicum deterrimum haberi, ervi farina & Tithymalo adulteratum. At Plinio laudatur Colophonium, Myſium, Priennenſe: adulterinum verò fieri ervi farina & Tithymali marini ſucco, in Judæa ferè, quod deprehendatur guſtu, cum Tithymalus linguã excalefaciat, &c. Quòd verò Scammonium noſtrum, notas à Dioſcorid. tributas non habeat, cauſa putatur, quòd hoc tempore veterem parandi modum non obſervent, ac non ex radice inciſa, ut Dioſcorides docuit, ſed prorſus diſſecta, vel expreſſa, aut è ſtipitibus & folijs contuſis paretur: alioqui tanta Scammonij copia quotannis vix afferri poſſet; vel etiam lacte Tithymali adulteratum.

Opti-

Optimum eſt quod ex Anthiochia defertur, dein Armenũ, Europæum omninò pravum eſt. Probatur quod pellucidum, læve, rarũ, ſpongiæ inſtar foraminoſum, colore cum frangitur fulvum, taurini glutinis modo transluces: nec vehementer linguam excalefaciens (quod admiſti Tithymali argumentum eſt) & cum linguæ affricatur, in candidiſsimum liquorem lacti ſimilem ſe ſuperficie reſolvens: citò liqueſcens, friabile, nõ valde ponderoſum, nec tetri odoris. At glebæ ingentes nigræ & graves, aut adulteratę ſunt, aut ſuccus eſt ex tota planta expreſſus.

Hujus vehementia corrigitur à quibuſdam Aloë addita; ſed rectiùs, ſi Malo cydonio excavato indatur, paſta circumdetur, & in clibano coquatur, dein contundatur, ut veteres fecêre: aut ut alij, in ſucco Cydonio coquatur: melius verò ſi ſemina fœniculi, aniſi, dauci adderentur. Sic correctum Diacrydium, quaſi lacrymula dicitur, in officinis Diagredium, quod nimis recens, vehemens: antiquum imbecillum, quare tormina excitans: bimum optimum eſt.

X. Elaterium, ἐλατήριον Dioſcoridi l.4. c.155. & Theophraſto 9. hiſt. 10. dicitur (Gaza agitatorium vertit, fortè quia motu turbatorio corpus exagitat) Elaterium Plinio l.20. c.1.

Hoc Dioſcorides ex ſucco fructus, addito extrahendi modo: Theophraſtus ex ſemine (fructum intelligens) liquato: Plinius ex ſucco è ſemine expreſſo fieri ſcribit. Hoc à bimatu ad decennium colore candido utile, Dioſcoridi: Ægineta, quod anno antiquius non eſt, & quod vireſcit probat. Theophraſto, omnium medicamentorum diuturniſsimum, & optimum quod vetuſtiſsimum: hinc Plinius ex Theophraſto 9. hiſt. 14. ducentis annis ſervatum meminit. Hôc Hippocrates uſus fuit, nunc verò ob ejus vehementiam, non facilè uſurpatur.

Elaterium, quod leve & candidum & igne inſtar pinguedinis accenditur, Bellon.

Elaterium, Matth. Bellon. Cæſ. Lugd.

Plinius l.20. c.1. meminit Cucumeris ſylv. in Arabia nati, heliotropio ſimili, ſemine nucis juglandis, quod ſemine & Elaterio contra ſerpentes efficaciſsimum ſit: hoc necdum novimus.

XI. Euphorbium εὐφόρβιον, ſuccus eſt acerrimus, arboris ferulæ ſpeciem gerentis, Dioſc. l.3. c.96. qui & colligendi modum docet, ut ſupra, l.10. ſect. 6. oſtendimus: At Dodonæo non arbor, ſed herba potius eſt, cujus folijs inciſis liquor acerrimus, facileque concreſcens effluit: verum ætate arboreſcere videtur.

Euphorbium Plinio.

Euphorbium, Matth. Cæſalp. Lugd. euphorbiæ nominatæ plantæ liquor, Cord. hiſt.

Genera duo ſunt: unum Sarcocollæ modo pellucidum, flavum, piſi magnitudine in guttas æquales denſatum, modicè cavernoſum: alterum in utriculis quibus excipitur, in maſſam denſatur, candicans, aut vitri colore: adulteratur Sarcocolla, aut gummi & tithymali liquoris admixtione. Eligendum eſt purum, translucens, candidum aut flavum & acre, quod levi linguæ contactu os accenſum diu detinet: quare etiam non ſine moleſtia tunditur, niſi naribus diligenter obturatis & munitis.

XII. Succus liquiritiæ: ex radicibus ſuccus exprimitur, & in paſtillos condenſatur ex Cappadocia, Hiſpania, etiam Bamberga ubi frequens eſt, adfertur.

XIII. Succus Acaciæ: ex Acacia in Ægypto (ἐγχύλισμα) ſuccus exprimitur, qui in umbra ſiccatus, ex maturo quidem fructu niger, ex immatura ſubfulvus redditur: aliqui tamen è folijs una cũ ipſo fructu exprimunt. Eligendus modicè fulvus & odoratus: hæc Dioſcorides l.1. c.133.

Acacia legitima, Matth. Lugd.

XIV. Acacia Germanica: ex prunis ſylveſtribus coctis ſuccus exprimitur, inſolatur & exſiccatur, & teſſulatim diviſus, Acaciæ veræ loco aſſervatur. (Lugd.

Succus è ſyl. prunis, Acaciæ ſuccedaneum, Matt.

Acacia Germanica, Dod.

De Manna.

I. Manna.

Δροσόμελι & ἀερόμελι, Galeno.

Melleus humor in Robore, Theophraſto.

Mel ex aëre, cui cœleſtis natura, Plinio.

Men, Siracoſt & Terniabin, Arabibus.

Thereniabin & Trungibin, Serapioni & Avicennę.

Manna purgatoria, Matth.

Droſomeli, Cord. hiſt.

Manna & mel roſcidum, Cæſ.

Manna, Perſis Xercaſt, ſive Xerkeſt, id eſt Lac arboreum, Linſcot. part. 4. Ind. or. 29.

Eſt autem Manna ſeu Mel aëreum vapor terræ ſuccoſus & optimus, æſtatis calore elevatus, & in aëre in dulcem liquorem excoctus, noctis frigore coactus, & roris modo ſupra arborum & fruticum folia decidens.

II. Manna liquida.
Cedrium mel Hippocr. Ros Libani Græcis, Bel.
Terniabin Arabibus & Turcis, Eid.
Manna mellis inſtar liquida, Linſcot.
an Manna Germanica liquida flava, ceu Syrupus folijs inſidens, liquidum permanens, dum ab apibus auferatur, Cord. hiſt.

Hæc in monte Sinai colligitur, & inſtar mellis in fictilibus, Cairum venalis defertur.

III. Manna officinarum.
Manna noſtra laricea, Rauvvolf.
Manna durior & concreta, quæ Mannæ nomine Cairi officinis reperitur.

Hęc communiter Calabrica nominatur, quia in Calabria circa Canis ortum ex Fraxino & Orno, ab incolis in uſum medicum colligitur: quæ duplex in officinis.
Granata, quod minoribus granulis conſtet.
Maſticina, quæ majoribus & maſtichi guttis propè æqualibus.
Vel Manna foliorum, quæ minutioribus micis conſtat, quia ex folijs colligatur: & Manna corporis, quia ex ramis arboris habetur, Cæſ.

Eligenda candida, recens, anno non vetuſtior: ruffa enim & fuſca, inveterata eſt: adulteratur ſaccharo penidio, herbarum folijs circumvoluto: & quæ Sennæ folia granis ſuis amplectitur, factitia eſt.
In Apennino quoq; aliquando in canicularibus promiſcuè in plurib. arboribus, ſed præcipuè in Quercu & Salice colligitur, nunc concreta ſimilis Calabriēſi, nunc liquidior melli ſimilis, Cęſ.

IV. Manna Perſiana granis Coriandri.
Tranſchibil, mannæ ſpecies, quæ ex ſpinoſo frutice, quem Arabes Agul & Alhagi vocant, colligitur, forte Manna Iſraëlitarum, Rauvv.
Mannæ genus aliud, Tiriam Jabyn, ſeu Trumgibyn dictum, quod ex floribus alijs quoque & folijs legitur, magnitudine ſeminis cannabini, colore rubro: cujus in Ormo & Perſia, non verò India, uſus eſt, Linſc. part. 4. Ind. Orient.
Ex Syria longè candidior Italica adfertur duplex: Maſtichina, quæ translucida Maſtiche ſimilis: Bombycina, minimè translucida, candore Goſſipij, Matth. Cæſ.

V. Mannæ Calabrinæ ſimilis Perſica.
Mannæ tertium genus, cujus fragmenta folijs adhuc cohærentia advehuntur, Linſcot.

VI. Manna Armeniaca.
Manna fruſtis pugni magnitudine, fuſci coloris fortè Manna Alhagiezi Avicennæ, Rauvv.

Succi exotici.

I. Succus laxativus eſt flavo rufeſcens.
Succus undecimus qui Ghitta jamau dicitur, Cluſ. ex. l.4. c.8.
Gutta Gamandra: gummi gotta: gutta gemau: gummi Peruanum alijs: alijs ſuccus Gambici, vel Crambici.
Cattagauma, vel gemu, Burgraf. in Achille.

Hic ex Sinarum regione adfertur: & aliqui Euphorbij ſuccum cenſent, ſed arbor tanta non eſt: alijs Rhamni ſolutivi: alijs Cataputiæ ſuccus: alijs ex Scammonio & Tithymallo compoſitus nonnulli compoſitum ex Chelidoniæ majoris ſucco Scammonea & Croco ſuſpicantur: alij ex ſucco corticis mediani Frangulæ. Quid ſi fortè ſuccus è floribus Ricini Indici expreſſus, & exſiccatus, cujus in Hydropicorum ſeroſis humoribus ducendis inſignis uſus.
an Gummi ad podagram ex novi orbis continente, quo iſthic podagrici ſe purgant, Monardi, Lugd.

II. Succus ſplendens Anethi odore.
Uſuc & Gyp ſuccus 2. ex Amer. Cluſ. ex. l.4. c.7.

III. Succus Aſpalatho ſimilis Anethi odore.
Succus primus concretus à Gareto, Cluſ. exot. lib.4. cap.8.

IV. Succus colore albo, flavo & rufo mixtis Anethi odore.
Succus quintus à Gareto, Cluſ. l. c.

V. Succus cinericeus fœniculi odore.
Succus nonus, Cluſ. l. c.

VI. Succus aſpalatho ſimilis ater micis albis aſperſis odorus.
Succus tertius à Gareto, Cluſ. l. c.

VII. Succus aſpalatho ſimilis inodorus.
Succus ater à Gareto, Cluſ. l. c.

VIII. Succus atrorubeſcens inodorus.
Succus decimus, an Bixa Oviedi, Cluſ. l. c.

IX. Succus flavus albis granis commixtis, gravi odore.
Succus quartus à Gareto, Cluſ. l. c.

X. Succus viſco ſimilis colore vario.
Succus circa bacillum concretus, Cluſ. l. c.

XI. Succus maſtichinæ reſinæ non abſimilis.
Succus ſextus à Gareto, Cluſ. l. c.

XII. Succus Succino non abſimilis.
Succus ſeptimus Anime ſimilis, Cluſ. l. c.

XIII. Succus Sanguini draconis affinis.
Succus duodecimus, Cluſ. l. c.

XIV. Succus camphoram redolens ex radice Canellæ vulneratæ, Garz.

Canellæ liquor è viridi cortice præſertim radicum inciſo, Acoſtæ.

DE GUMMI.

GUmmi (*κόμμι Græcis*) *lacryma eſt, in truncis arborum ipſum producentium coagulata & concreta, Galeno 7. ſimpl. cujus ſubſtantia magis aquea eſt, ut Reſina oleaginoſa: quare Gummi aqueis facilè, oleaginoſis difficilimè miſcetur: contrà Reſina, quæ etiam flammam facile concipit, cum Gummi in igne crepitat, etſi calidum ſtillando procedat; ubi tamen aërem contigerit, coagulatur & aquæ ſimile eſt, ut Ariſtotelis 2. de plantis, verbis utar: quare id prunis ardentibus injectum, fragorem edit. Verùm, ut idem Ariſtot. quædam quomodo conchæ & lapides coagulantur, alia molliuſcula: quædam pellucida, aureo colore flaveſcentia, alia obſcura, pallidiora. Nunc ad ſpecialia.*

I. Gummi Arabicum: à Serapione ſic dictum, quia ab Arabia regione Ægypto contermina importabatur.

Κόμμι ἐν τῆς ἀκάνθης, Dioſc. l. 1. c. 133.

Commi ex ſpina Ægyptiaca, Theoph. 4. hiſt. 3.

Gummi ex Ægyptia ſpina, Plinio l. 13. c. 11.

Gummi Acanthinum, Celſo, l. 5. c. 1.

Gummi Thebaicum, Galeno, nonnullis Babylonicum, quòd Gummi eſt à Græcis ſimpliciter ſic dictum, Matth.

Gummi Acaciæ, diverſum ab Arabico vulgaris uſus.

Gummi Arabicum & Acaciæ gummi, Bellon.

Gummi quod Arabicum cognominatur, Cord. hiſtor.

Gummi Arabicum, Lugd.

Probatur Dioſcoridi vermiculatum, vitri modo pellucidum, ligni expers: proximum eſt candidum: at reſinoſum ac ſordidum inutile eſt.

II. Gummi tragacanthum: quod ex radice plantæ ſpinoſæ ejuſdem nominis vulneratæ effluit, Dioſc. l. 3. c. 13. qui δάκρυον vocat, quàmvis Theoph. 9. hiſt. 8. ſponte profluere aſſerat.

Τραγάκανθα, Gal. 8. ſimpl.

Tragacantha lacryma, Matth. Lugd.

Dragagantum officinarum.

Gummi Tragacanthæ, Bellonio.

Tragacanthum, Cord. hiſt.

Probat Dioſcorides pellucens, læve, gracile, purum ac ſubdulce: Vel eligito candidiſſimum, purum, æqualiter translucens, & cujus minima portio, maximam aquæ copiam coagulet: & hoc non niſi pilis & piſtillo calidis lævigatur.

III. Sarcocolla.

Σαρκοκόλλα (δάκρυον) lacryma arboris in Perſide naſcentis thuri tenui ſimilis, ſubfulva, guſtu amariuſcula, quod κόμμι admixtione adulteratur, Dioſc. l. 3. c. 99. Sic Galeno 8. ſimpl. lacryma arboris Perſicæ. Plinio l. 13. c. 10. ſit & ex Sarcocolla, ita vocatur arbor, gummi utiliſſimum, ſimile pollini thuris, & ideo candidum quàm ruffum meliùs: & l. 24. c. 14. ſunt qui Sarcocollam ſpinæ lacrymam putant, pollini thuris ſimilem, cum quadam acrimonia dulcem.

Sarcocolla, Matt. Lac. Cord. in Dioſ. & hiſt. Cæſ.

IV. Gummi Hederæ.

Κισσὸς δάκρυον, Dioſcor. l. 2. c. 210. Galen. 7. ſimpl.

Lacryma hederæ, Plinio l. 24. c. 10.

E majore Hederæ trunco vulnerato, & interdum ſponte lacryma quædam, & gummeus ſuccus exit, ex flavo rubeſcens, odore gravis, ſapore acer.

V. Cancamum.

Κάγκαμον, lacryma eſt Arabicæ arboris (folia Myrti habentis, Amato) myrrham quadantenus referens, viroſi guſtus, quâ tanquam thymiamate, id eſt, ſuffimento utuntur, Dioſ. l. 1. c. 23. Et ut Plin. l. 12. c. 20. ex confinio Caſiæ, cinamiq; & Cancamum ac Tarum invehitur. Verum illud Anime, hoc Agallochum ſylv. Dalechampius in Plinium, credit.

Cancamum Dioſcoridis, Laccam dicunt Serapio, Ægineta, Matthiolus: at Braſſavolas, Garzias, Cluſius, res diverſas faciunt: aliqui non modò diverſum, ſed & incognitum putant: quidam Cancamum Dioſcoridis, Benivi eſſe volunt. Anijmum, Amato.

Anime (quod ex Æthiopia Arabiæ finitima in Luſitaniam advehitur) Monard. Frag. & par. 9. Ind. occid. l. 4. c. 29.

Anime vulgo, quaſi Aminea Myrrha, Cæſ.

Anime triplex habetur: 1. fulveſcit & pellucidum eſt: 2. nigricat & taurino glutini ſive Colophoniæ ferè ſimile, vel Myrrhæ, quam & Minæam, à terra ubi præcipuè naſcitur, Dioſcorides appellat.

Aminea Serapioni, unde Luſitanis corruptè pro Minea vel Aminea, Anijmum & Hermolao

Myrrha

Myrrha Aminea: 3. pallidum & retorridum, Cluſ.& Lugd.

Sic alia ex Hiſpania nova ſive America, quæ Monardi Orientalis: alia candidior orientali, de qua Garzias & Cancamum Græcorum eſſe vult: licet aliqui Succini ſpeciem ſuſpicentur.

VI. Lacca officinarum.

Lac legitimum nomen, ſic dicitur, quod hoc medicamentum, cum ejus uſus eſt, in Loc ſive mellis craſsitiem diſſolvatur: & ubi præſtantiſsimum naſcitur, Trec nominatur.

Myrrhæ ſimilis Avicenna.

Chermes Arabum quorundam.

Formicarum alatarum ſtercus, Amato.

Formicæ enim hanc Laccam elaborant, materiam ex arbore exſugentes (unde plerunque formicarum alæ permiſtæ conſpiciuntur) & hos ramulos arbore avulſos in umbra ſiccant, Garzia monente. Fortè rectiùs dixerimus, lacrymarum & reliquorum Gummi modo, ſponte exudaſſe & concreviſſe. Verùm & in arbore Benifera reperitur. Cancamum, officinarum Lacca, Matth. Cord. in Dioſc. & hiſt.

Lacca Arabum & officinarum, an Cancamum Dioſcoridis, Lob.

Lacca, Garz. Acoſtæ, Frag. Cluſ. Lugdun. (qui Cancamum eſſe negat) Tab.

Gummi Laccæ, legitimum eſt Cancamum, Cæſalp.

Lacca à Malaijs Cajulacca dicta, ex qua ceram Hiſpanicam conficiunt, Linſcot. part. 4. Ind. or. c. 24. & fig. 18.

Duplex habetur: ea quæ cum bacillis, vix enim ſine ijs adfertur, quam Laccam Sumetri vocant, quia ex Sumetra inſula, id eſt, Taprobana habetur: ut eam quæ in glebis ſine ſurculis affertur, Laccam Comberti nominant: & altera factitia, qua infectores utuntur, quæ & ſuas differentias habet.

VII. Sanguis draconis officinarum.

Αἷμα δρακόντιον, Dioſc. l. 5. c. 109.

Cinnabari ſeu ſanguis draconis, Cord. hiſt.

Sanguis draconis, Matth. Cadamuſto, Theveto, Monardi, Cæſ.

Sanguis draconis verum eſt Cinnabarum Dioſ. Caſt. Cæſ.

Eſt arboris exoticæ lacryma, nam ſtato anni tempore arbores ferro ſauciantur, quæ anno ſequenti gummi emittunt, quod coctum & defœcatum hoc gummi efficit: in Africa, in parva quadam inſula Atlantici Oceani propè Mederam: nunc laudatiſsima ex Carthagine Peruana adfertur. Arborem hanc primus Cluſius, arboris Draconis nomine exhibuit. At Acoſtæ, in India arbor Ber, ſive Malus Indica dicta, æſtate alatis formicis perpetuò onuſta conſpicitur, quæ in ejus ramis Laccam elaborant. Cinnabarim Dioſcoridis, Solinus & alij cenſent, (at Cluſius ſubdubitat) fortè quia Dioſc. l. c. ſcribit, Cinnabarim altè & abundè coloratam eſſe, & eam ob cauſam quoſdam αἷμα δρακόντιον appellaſſe.

Duplex habetur, nativum & quoddam factitium, panibus coactum, ex rubrica & pice colophonia, quo potiſsimum veterinarij utuntur, Cæſ. Frag.

VIII. Aſa fœtida.

Aſam aliqui duplicem faciunt, aliam dulcem ſive odoratam, aliam fœtidam: hanc Altit Arabum: illam Belzoinum officinarum eſſe, & utrumque è Laſerpitio profluere volunt. Hic de Aſa fœtida, quæ gummi eſt Laſeris ſive Laſerpitij plantæ ferulaceæ, quæ σίλφιον Dioſcoridi l. 3. c. 94. dicitur, ex cujus radice atque caulibus inciſis (ὀπὸς) liquor hic colligitur.

Altit, Avicennæ: Anjuden, Indis.

Aſſa, officinis, ſed rectiùs Aſa, quaſi Laſer, fortè voce ex Laſer corrupta.

Aſſa fœtida, laſerpitij ſpecies, Cord. hiſtor. Lugd.

Succus Lybicus, interdum Medicus & Syriacus, alias Cyrenaicus, à loco natali vocatur.

Duplex Theophr. 6. hiſtor. 3. alter ex caule, quem καυλίαν Scaparium: alter ex radice, quem ῥιζίαν, radicaceum vocabant: & Plinio lib. 19. cap. 3. duo ſunt nomina, Rhizias, atque Caulias vilior illo: & lib. 22. cap. 23. Silphium venit primo è Cyrenis: nunc ex Syria importatur, deterior Parthico, ſed Medico melior, extincto omni Cyrenaico, &c. In officinis ſæpe duplex: una pura & translucens: altera impura & turbida, cui Sagapenum (quo adulterari Dioſc. ſcribit) cujus odorem refert, permiſcetur, unde Germani Diaboli ſtercus nominant: utraque tamen gravis odoris eſt. Cujus ſi uſus eſſe debeat ad medicamenta liquida, aqua aut aceto, aut vino injectum ſupra prunas reſolvenda, & quod in fundo manet rejiciendum: vel per colum cui adhærebit, tranſmittendum.

IX. Gummi ex Molle fœniculi odore.
Gummi album ex cortice arboris Molle, Lugd.
a Succus octavus, Cluſ. exot. l. 4.
X. Gummi caryophyllorum, ſimilis facultatis cum reſina Terebinthina, Garz. Frag.
Gummi ex atro rufeſcens, inter Caryophylla interdum reperitur, Cluſ. in Garz.
XI. Camphora officinarum.
Capur & Cafur Arabum, Garz.
Camphora ex genere bituminis, Cæſ.
Caphura, Matth. Caſt. (qui arborem adpingit) Lugd.
Camphora, vulgo Alcanfor, Frag.
Eſt gummi-reſina pellucida, candida, ex rimis arboris peregrinæ, juglandi nuci ſimili, folijs ſalignæ ſimilibus, Garziæ: Dioſcoridi & Græcis veteribus incognita: è recentioribus Aërio & Sethi cognita.
Inſula Borneo, arboribus camphoriferis refertiſsima eſt, nec precioſior in Oriente camphura habetur, Linſc. part. 2. Ind. or. c. 24.
Differentiæ duæ: 1. Caphura de Burneo, quæ raro adfertur, & omnium nobiliſsima: (part. 9. Ind. occid. additam) altera ex Sina in Europam adfertur, Garz. Acoſtæ, in panes orbiculares coacta: Et Arabes genera quatuor conſtituunt, in caput, pectus, crura & pedes dividentes, Garziâ & Fragoſo monentibus: hicque alteram dicit Chyneam, à Chyna unde advehi ſoleat: vel Chnichen, Linſcot. part. 4. Ind. or. c. 36. Sic alia rudis eſt, alia elaborata: rudis eſt ignem non experta: elaborata, quæ ſolis aut ignis calore excocta atque purgata, album colorem contraxit, Matth. (odora.
Eligenda inſtar cryſtalli ſplendens, ſyncera,
XII. Chonidetros gummi quoddam Succino crudo perſimile, quod Caphuræ quæ ex Burneo adfertur, ſæpe permiſcetur, Lugd.
Gummi Chamderros vocatum, Garz. Frag.
XIII. Gummi Juniperi.
Gummi Juniperinum, Plinio l. 13. c. 11.
Sandarax Serapioni, Cord. hiſt. reſina majoris juniperi arida, dura, flava, Maſtichi ſimilis.
Vernix Latinis & Vernilago, ab anni tempeſtate, quaſi Veris ros.
Gummi Juniperi, Sandaracha & ſiccus Vernix, Matth. Juniperi lacryma, Vernix, Lugd.
Gummi eſt reſinoſum ex Junipero; ſed ne quis vocum affinitate deceptus, Sandaracham Græcorum, quæ metallicum eſt, & Auripigmento cognatum, & exitioſum venenum, ſubſtituat.
Ab hoc differt Vernix liquidus, qui ex prædicto eoque ſyncero & oleo ex ſemine lini expreſſo fit, quo ad picturas & tabulata illuſtranda utuntur. Sandaracha verò Ariſtotelis (σανδαράκη) 9. hiſt. 40. & Plinij lib. 11. cap. 7. eſt apum dum operantur cibus, qui ſæpe invenitur in favorum inanitatibus ſepoſitus, amari ſaporis vel æruginoſi mellis genus.
XIV. Gummi Ceraſorum, Matth.
XV. Gummi Ulmi, vide in notis noſtris in Matth.

DE RESINIS.

Reſina ῥητίνη lacryma ſeu liquor eſt pinguis ac oleaginoſus, ex arbore ſæpius ſponte, interdum eâ vulneratâ defluens: qui ſponte defluit αὐτόῤῥυτος & πρωτόῤῥυτος dicitur. Eſt autem ratione conſiſtentiæ duplex: liquida quæ Græcis ὑγρὰ, h. e. humida ſeu fluxilis, ut Terebinthina: altera durior & ſiccior, quam φρυκτὴν, id eſt, frictam ſeu toſtam nominant, ut Colophonia recentiorum.

Reſina humida.
I. Terebinthina vera.
Τερμινθίνη, Dioſcoridi.
Gluten Albotin, Avicennæ.
Terebinthina vera ex Cypro adfertur, Lugd.
Terebinthina reſina, Matth. Cord. hiſt.
Eſt liquor pinguis ex Terebinthi trunco & ramis defluens, quæ omnes reſinas antecellit, Dioſc. l. 1. c. 91. teſtimonio: quæ pro ratione loci magis commendatur, ut prima ſit Chia, dein Lybica, tum Pontica: tandem Cypria, Syriaca, Judaica, Arabica. Hæc liquida deſtillat, dein paulatim areſcit & ſæpe cum Thure adfertur, & in templis cum eo ſuffimigatur, & ineptè Incenſum, ipſum verò Thus, Olibanum appellant.
Probatur alba, pellucida & vitreo colore & in cæruleum vergente odorata & acris.
Et ut Dioſc. l. 1. c. 91. & 92. reſinas omnes antecellit Terebinthina, proxima huic lentiſcina: dein pinea & abiegna: poſt hæc picea & ſtrobylina. Verùm Terebinthina Veneta, ex novellis Abietibus colligitur.
II. Reſina laricea.
Λάριμα & ῥητίνη λαρικίνη Dioſcoridi.
Reſina larigna, Matth. Cord. hiſt.
Terebinthina officinarum Germaniæ.

Hæc

Hæc ut Galenus 2. compoſ. med. ſecundum genera, 4. ſcribit, pro prima ſæpe venditur (etiam nunc, non ſolùm illius locum, ſed etiam cognomentum ſibi vendicat, Matth. & Lugd. quoque monentibus) quæ illa humidior & acrior eſt.

Optima quæ puriſsima, odoratiſsima, aliquantum translucida, & quæ ab intincto digito contumaciter & æqualiter diffluit.

III. Reſina lentiſcina ſive Maſtiche: & Matt. Gluten Romanum Arabibus. (Lugd. Maſticha ſeu Maſtiche, hodie Maſtix, Cord. hiſt. Ῥητίνη σχινίνη Dioſcor. l. 1. c. 90. (reſina lentiſcina Plinio) cui & μαστίχη: ex lentiſco effluit, & inter Gummi-reſinas reponenda videtur. Et cap. 92. Terebinthinæ proportione reſpondere ſcribit. Galenus verò 3. compoſ. med. ſecundum gen. 6. Terebinthinæ præfert. Idem 2. ad Glaucon. Ægyptiæ maſticis meminit: nunc ſolos lentiſcos in Chia, non autem in Gallia nec Italia (vel ſaltem exigua) licet ſimiles ſint, maſtichen proferre, Bellonius aſſerit.

Maſtiche etiam in Braſiliæ dumetis naſcitur, Lerio, Ind. occid. part. 3. c. 12.

Probatur candida, ſplendens, odorata, & friabilis: quæ in Chio nata: deterior vireſcens & nigra bitumini ſimilis Ægyptia, aut Pontica. Hæc thure & reſina miſta adulteratur.

Duplex eſt, propriè & impropriè dicta: propriè quæ ex lentiſco effluit: quæ vel alba, vel viridis Dioſ. vel ut Galenus; alia alba quę Chia: alia nigra, Ægyptia: habetur & Cretenſis, quæ flava: eſt & amara. Impropriè dicta eſt ea quæ ex ſpinoſa planta emanat, Theoph. 6. hiſt. 4. vel ut Plinius, ex humili ſpina quæ Chamæleon eſt Dioſcoridis: hæc eſt Acanthice maſtiche Theoph. Gaza ſpinalem vertit.

IV. Thus ſive Olibanum officinarum.

Λίβανος Dioſc. lib. 1. c. 81. ſic dictum quibuſdam, quod è monte Libano deferatur: vel potius à λίβω ſtillo: Thus verò, à θύω ſacrifico.

Thus, Matth. Cord. hiſt. Cæſ. Lugd.

Lovan Arabibus } Garziæ & Linſcot. part. 4.
Conder Avicennæ } Ind. or. c. 28.

Liquor eſt arboris Thuriferæ, quæ in Arabia thurifera cognominata, provenit Dioſc.

Primas tenet maſculum σταγονίας, natura rotundum, candidum: at Indicum ſubfulvum, & arte rotundum factum, quod ἄτομος aut σύαγρος II. ὀρόβιαι ἀραβίας orobium, quod in Amelo naſcitur, quod κοπίσκον vocant, minus eſt & fulvius. III. ἀμωμίτης cognominatum, quod candidum & dum mollitur, maſtiches more digitos cedit, Dioſc. l. c. Ex his colligitur veteres aliud Arabicum, aliud Indicum feciſſe, cum tamen in India non naſci Garzias affirmet.

Et nunc plures ſpecies habentur, etiam Cordo in ſua hiſtoria monente, colore & magnitudine granorum tantum differentes: 1. eſt Indicum dictum, quod maximis & inæqualibus glebis conſtat, lividum nigricanſque candicantibus aut flavis maculis varium. 2. mammoſum, oblongis grumis mammarum forma compoſitum. 3. maſculum, parvis, rotundis, candicantibus aut flavis grumis, interdum ſingulis, interdum geminis velut teſticulis conſtans. 4. Orobæum, minimis grumulis, ervo æqualibus, odore maſculo ſimile.

At hujus pollen & farina ex crebra in ſaccis concuſſione, Manna dicitur: nonnunquam & cortex adhærens adfertur.

At Theveto aliud candicans, nitidum, quod æſtate: aliud rubeſcens & vilius, quod vere colligitur: Et ut Garzias, Frag. & Lug. quæ ex montanis fluit, laudatiſsima Melato, nobis maſcula dicitur: quæ ex ijs quæ in planis, nigrum improbum, & cum aliarum arborum reſinis permixtum, qua naves, ut nos pice oblinunt.

V. Reſina Cupreſſi.

Κυπαρισσίνη ῥητίνη, è cupreſſo etiam reſina liquida fluit, Dioſc. l. 1. c. 92. Matth. Lugd.

VI. Reſina Cedri ſive Cedria.

Κεδρία Dioſc. l. 1. c. 105.

Cedrus dat picem quæ Cedria vocatur, Plin. lib. 24. cap. 5.

Cedria ſive Reſina ex Cedro, Matth. Lugd.

VII. Myrrha.

Σμύρνα Dioſc. Theoph. Gal. 8. ſimpl.

Bola Indis, Garziæ & Linſc. par. 4. Ind. or. c. 28.

Myrrha, Matth. Cord. in Dioſcor. qui in hiſtor. quinque dicit genera, & ſextum adulterinum.

Myrrha, Theveto, Garz. Frag. Cæſ. Lugd.

Myrrha & Opocalpaſum, lacryma eſt ex unius arboris trunco manans, Guil. the.

Myrrha ſuo ſurculo ſpinoſo hærens, Ad. Lugd.

Lacryma eſt (ſeu gummeus ſuccus concretus) arboris naſcentis in Arabia, Ægyptiacæ ſpinæ ſimilis, quâ inciſâ, in ſubſtratas tegetes deſtillat, pars verò circa caudicem concreſcit, Dioſc. l. 1. c. 77. quę & Theoph. 9. hiſt. 4. habet & ſcribit, Arborem eſſe minorem Thuris arbore & fruticoſiorem,

coſiorem, caudice duro, contorto, cortice lævi: alijs, Thuris folium laurinum & læve: Myrrhę aculeatum non læve, Ulmeo ſimile, criſpum extremo ſpina horridulum, Iligneі modo, &c. Alij, terebintho: Diodorus, lentiſco æquat. Myrrhæ arborem ſpinoſam, folijs Acaciæ, ſe vidiſſe teſtatur Bellonius.

Differentiæ: alia πεδιάσιμος, id eſt, campeſtris, quâ expreſsâ ϛακτὴ excipitur: Nam Stacte (quæ quibuſdam Styrax liquida) ut habetur apud Dioſcor. l.1. c.73. pinguitudo eſt recentis myrrhæ cum aqua pauca contuſæ & organo expreſſæ, & ex qua unguentum factum.

Stacte nominatur: & Cord. hiſt. Stacte liquor ex Myrrha. Alijs tamen Stacte ſtillatitius ros eſt, qui ante corticem ferro ſolutum, ſponte & ſine plaga, ſed veluti cutis poris hiantibus, quaſi ſaliva quædam exudat. Alia γαβιρέα: primas tenet τρωγλοδιτική, à loco natali denominata, quæ ſubviridis, pellucida ac mordax: 2. tenuis, bdellij modo lenteſcens: 3. καυκαλὶς, nigra & retorrida: 4. demum ἐργασίμη dicta, quæ aſpectu gummi refert. Improbatur etiam quæ ἀμιννέα nominatur: adulteratur gummi, Dioſcor. l. c. Hanc eſſe Anijmum nigram Luſitanorum, Amatus vult. Ex Arabia & regione Alexim, quæ Æthiopia eſt, adfertur, Garzia authore.

Myrrha animinea, Dioſcoridi.
Anime occidentale, Hermolao, Lugd.
Anijmum nigrum Luſitanorum, Amato.

Adverſariorum authores fulvam, albeſcentem & viridem ſe vidiſſe teſtantur.

Eligenda friabilis, levis, undiquaque concolor, quæ confracta intrinſecus lineas candidas inter currentes habet, unguium ſpeciem præ ſe ferentes ac læves, quæ minutis glebis, amara, odorata, & acris: at ponderoſa & quæ picei coloris, innutilis eſt.

Myrrhæ Bœoticæ etiam Dioſc. lib.1. cap.78. & Galenus meminêre, quæ ex arbore quadam in Bœotia naſcente, è radice inciſa ſtillat.

VIII. Styrax (ſive Storax officinarum) quia ſtriatim ex arbore extillat.

Στύραξ lacryma eſt arboris malo cotoneo ſimilis, Dioſc. l.1. c.79. & Plin. l.12. c.25. ſive ſuccus eſt gummeus reſinoſuſq; Syriacæ cujuſdam arboris concretus, nullus enim liquidus & fluxilis eſt, nam lacryma quæ extillat, mox in glebam denſam, pinguem & reſinoſam, aliquot granis albicantem, ſuaviſſimè fragrantem, concreſcit. Seplaſiæ, Arabes ſecutæ, in liquidum & ſiccum diſtinguunt: liquidus eſt Myrrha Stacte: ſiccus Storax calamita officinarum.

Styrax, Matth. Cord. hiſt. Lugd.

De hac Plin. l.1. c.25. lacrymæ ex auſtero jucundiores, intus ſimilitudo harundinis, ſucco prægnans: huc circa canis ortum advolant pennati vermiculi erodentes: ob id in ſcobe ſordeſcit.

Dicitur calamita, quod in calamis è Pamphilia ferebatur: nam & cætera odorata olim arundinibus recondebantur, ne expirarent & vires amitterent, quod & de Dictamno Cretico Theophraſt. 9. hiſt. 16. ſcriptum reliquit. Dioſcoridi eſt καταβαλίτης, πισσιδικὸς ἢ κιλικία: addit: inveniri & lacrymam gummi ſimilem, translucidam, myrrhæ æmulam, quæ perpauca. Et Plin. l.12. c.17. ex Syria (& albi: ex Cypro, Sydone, & Pſydia) revehunt Styracem, acri odore, ejus vi foris abigentes ſuorum faſtidium.

Præfertur flavus ac pinguis (ruffus & pinguiter lentus: deterior furfuroſus, & cano ſitu obductus) reſinoſus, albicantibus grumis, qui dum mollitur, melleam humiditatem & odore perſeverantem, ex ſe remittit.

Adulteratur arboris ſcobe, quæ vermiculorum eroſione facta fuerit, & hunc Styracem ideo σκωληκίτην quaſi vermiculatum cognominant, quod imperiti tanquam ſyncerum admittunt, Dioſc. At Plinio, cedri reſinâ, vel gummi, alias melle, aut amygdalis amaris adulteratur.

Ex Styrace aſſato fuligo quoq; colligitur: & in Syria unguentum Styracinum conficitur, Dioſ.

Styrax liquidus: & Cord. hiſt. Lugd.

Alij ex Styrace calamita, laricea reſina, oleo & vino ſimul coctis conficiunt, & quod poſt menſes aliquot tenuiſſimum & liquidum, Oleum Styracinum vocant ex decoctione quorundam ſurculorum in aqua fit: licet aliqui Styracem liquidam, è peculiari arbore à Styrace diſcrepante, manare velint: & ſic Styracis liquidæ duæ ſpecies erunt. At Cæſalpino, qui ad nos adfertur, lariceæ reſinæ eſt conſiſtentiæ, cineraceus, odore altero vehementiore.

Storax rubra officinarum, eſt cortex de quo inter arbores.

IX. Liquidambar, Monard. Mexiocan. hiſt. Cæſ. Lugd. & par. 9. Ind. oc. l.4. c.29. reſina eſt liquida, quę ex India occidentali affertur: nam inciſa arbore vaſtæ magnitudinis, quam Americi Ocoſolt vocant, folijs hederæ, cortice craſſo,

cinereo

cinereo, quo inciſo aut excavato effluit, ut ex Monardi & hiſtor. Mexiocanæ authore, Lugdunenſis refert: ex hac recenti, oleum odoratius per ſe ſtillare ajunt: ex primi quoque, ut majorem quantitatem habeant, ſed minus perfectum, quo chirothecas inficiunt: & cum Styracis odore ſit ad Styracis genera referri poſſe, Cæſalpinus monet.

X. Bdellium.

βδέλλιον nonnullis μάδελκον, alij bolchum appellant, lacryma eſt arboris Sarracenicæ, Dioſcor. l.1. c.80. & Plinio l. 12. c.9. vicina eſt Bactriana in qua Bdellium nominatiſs. arbor nigra eſt, magnitudine oleæ, folio roboris, fructu caprifici, naturaque. Alijs, ex arbore valde ſimili ei quæ Myrrham profert.

Duplex eſt: alterum quod probatur amarum, translucidum, taurino glutini ſimile, intus pingue & facilè molleſcens, lignorum & ſordium expers. Alterum ſordidum ac nigrum, grandioribus glebis in offas convolutum, quod ex India adfertur, quod Adrobalon nuncupatur & omnium peſſimum eſt.

Defertur & jam à Petra, ſiccum, reſinoſum, ſublividum, Dioſc. qui Sarracenicum, quod è Saraca felicis Arabię civitate devehitur, laudat; Galenus verò, Scythicum, Plinius, Bactrianum. Laudatur etiam quod in Media naſcitur, Parthicum nominatum. Adulteratur gummi admixto Dioſ. Sunt qui Anime, legitimum Bdellium eſſe putent, Cluſ. in Garz. monente.

Bdellium, Matth. Lac. Cord. hiſt. (qui ſex ſpecies facit) Cæſ. Frag. Lugd.

Bdellij fructum Cortuſi Cluſius ad notas in Garz. pingit: Lugd. vide inter Palmas.

XI. Belzoinum officinarum.

Benzoinum, Laſerpitium non eſt, Matth.

Benzoum, benzoi & Aſa dulcis, Cord. hiſt.

Ben Judæum, Ruellio: forte nominum vicinitate lapſus, Ben jaoy, id eſt, filium de Jaoa, ubi plurimum naſcitur nominare debuit, Garzias.

Benivi, quod neq; Græcis, neq; Arabibus, neq; Judæis cognitum, Garz.

Belzoe vel Belzoim, vel Belzuinum vulgo, Lug.

Belzoi vulgo, lacryma ex Oriente, Cæſalp. qui Myrrham ſuſpicatur.

Benevinum, Linſcot. part. 4. Ind. Or. c.27.

Eſt Benivifera arbor vaſta, folijs citri aliquantum minorib. parte averſa candicantibus, ex cujus ramis vulneratis gummi effluit, Garz. Cujus plura genera, præfertur Amygdaloides (hanc Myrrham Troglodyticam Dioſcoridis, Amatus cenſet) quod ungues ſeu maculas candidas amygdalarum inſtar admiſtas habet, & in Seylan provenit: aliud genus nigrius in Samaria & Jaoa, quod vilius: 3. quoq; nigrum eſt, è novellis arboribus profluens, quod priore odoratius, & ab odore grato Benive de Bonias, quaſi de floribus, vocant, Garz. Linſcot. part.4. Ind. Orient. cap. 27. Quare aliud album, aliud nigrum eſt, Eidem part. 2. Ind. Oriental. cap. 22. commiſceri tamen ſolent, ut unâ commodius vendantur.

XII. Copal, Monardi, Cæſ. Lugd. & par.9. Ind. Occid. l.4. c.29.

Copal aut Pancopal, Frag.

Reſina candida, diacitro valde tranſparenti haud diſsimilis, odorata, quæ ex Hiſpania nova adfertur.

Genera duo facit Gomara in hiſt. Mexiocana: alterum rugoſum, molle, thuri ſimile Xolochcopalli vocatum: alterum præſtantius Copal cahtiel, quod pleriq; Myrrham exiſtimarunt, Cluſ. notis in Monard. Lugd.

Copal & Suchi copal, altera Styracis & thuris genera: part.9. Ind. Occid.

XIII. Reſina abiegna Indica, Monard. Lugdunenſ.

Ex arboribus ſpurijs, quæ neq; pinus, neque cupreſsi dici poſſunt, in quorum cacumine veſiculæ, quibus confractis, liquor guttatim ſtillat, quo ut Balſamo utuntur: ex novis Orbis continente adfertur.

XIV. Reſina è Pinu & Picea liquida quoque manat, quæ ex Gallia & Hetruria convehitur: dein è Colophone aſportabatur, hinc κολοφωνία appellata, Dioſc. l.1. cap.92. Sic etiam aliquando ex Populo profluit.

XV. Reſina Carthaginenſis, quæ à Carthagine novi orbis provincia mittitur, puriſsima, odorata, Terebinthinâ Venetâ multò præſtantior, Monard. Lugd.

XVI. Reſina Ambræ facie, Cluſ. exot. lib. 4. cap.6.

XVII. Tacamahaca, reſinæ genus ex nova Hiſpania, odore gravi Galbani, Monard. Frag. Lugdun. & part.9. Ind. Occid. l.4. cap.29. vide ſupra in Populo.

XVIII. Caranna, Monardi, Frag. & part.9. Ind. Occident. l.4. c.29.

Caragna,

Caragna, Lugd.

Reſina pinguis oleaginoſa ex continentis parte interiore, colore & odore; ſed graviore Tacamahaca.

Duplex eſt: nam præter illam, alia purior ex Carthagine cryſtalli modo limpida adfertur, quæ Caranna purior, Monard. Lugd.

XIX. Gummi Elemi officinarum.

Impropriè Gummi dicitur, cùm Reſina ſit, ut quæ flammam facilè concipiat, & oleaginoſis diluatur: Dioſc. l. 1. c. 141. monente: Oleæ Æthiopicæ lacryma, ſimilis quodammodo Scammonio (ἐγκιῤῥὸς) fulva, ex parvis ſtillis conflata, mordax eſt.

Reſina Elemi, aliquibus Gummi elemi, Cedri lacryma videtur, Cord. hiſt.

Gummi elemi officinarum, ſeu Oleæ Æthiopicæ lacryma, quæ in glebas concreta adfertur, quæ guſtu iners, nec palatum ferit, Lugd.

Gummi elemi Æthiopicæ oleæ lacryma non eſt, Matth.

Similem ferè lacrymam, ſed pauciorem, Oleæ & oleaſtri fundunt.

Reſina ſicca.

I. Colophonia officinarum.

Pix eſt quæ præ cæteris φρυκτὴ & aliquando συγκομιστὴ quaſi confuſa, nominatur, quod ex multis ſimul congeſtis in maſſam induruerit, quæ igne liquata & repurgata durior & ſiccior evadit.

Hæc duplex eſt, alia veterum, Dioſc. l. 1. c. 92. κολοφωνία, quod ex Colophone olim advehebatur, & reſina erat liquida, quam Cord. ejuſdem arboris cenſet, à qua Elemnia reſina profluit, Cedrus videlicet. Altera verò eſt recentiorum. Colophonia Hiſpanica & Græca, Matth. Lugd. Colophonia pix arida, quibuſdam Pix Græca, Cord. hiſt.

II. Reſina ſicca, Græcis ξηρὰ dicta, quæ abſq; ignis ope cito concreſcit, φύσημα πιτύινον, quaſi germinatio piceæ, Galeno nuncupatur: hæc reſina eſt confuſa ex Abietina, Strobylina, & Pityina. Nam ut Dioſc. l. c. ex ſiccis reſinis alia eſt ſtrobilina, alia Abiegna, alia Pinea & Picea.

III. Strobilina στροβιλίνη Dioſc. l. c. Gal. quam alij ex Pinu, alij ex Picea, alij ex Pineis nucibus, quas Strobilos vocant, profluere dicunt.

IV. Abietina ἐλατίνη Dioſ. à quibuſdam malè Colophonia dicta, quæ diu liquida permanet. Lapides quoq; reſinacei in India Occ. circa portum Tierra de Brea, tanta copia habentur, ut omnes totius mundi naves iſtis implere poſsis: hæc admodum bona pro navibus, nec ardore Solis liqueſcit, part. 8. Ind. Occid.

DE PICE.

Pix liquor eſt pinguis & reſinoſus, ex accenſa tæda profluens. Tæda autem, etſi de arbore quoq; dicatur, hic tamen pini arboris morbus intelligitur, ubi ea per ſenectutem nimiam pinguedine veluti ſtrangulata eſt, quâ Tedâ accensâ, Pix πίσσα effluit: hæc coctione purgata craſſeſcit, ſiccior duriorq; reddita, ξηρὰ πίσσα ſicca pix, & παλιμπίσσα Dioſc. l. c. quaſi iterata & ſecundo cocta pix dicitur: & Matth. Lugd.

Ex tæda, picem nigram & Cedriam confici, Bellonius ſcribit.

Zopiſſa verò & Apochyma, nominatur pix à navibus maritimis deraſa, Dioſc. l. c.

Pix navalis, ab illa ſecundum aliquos diſtinguitur, eam ſignificantes, quæ picandis navibus apta, & non ab ijs abraſa eſt.

Differt autem Pix à Reſina, quod hæc ſponte effluxerit, illa verò ignis beneficio educta, & eſt veluti Reſina cocta: & ea quæ primo extillat, Pix liquida officinis, Piſſelæon Dioſcoridi, Cedria Plinio dicitur.

Pix ſive Bitumen, reſináve in Siruam non procul à Moluccis, quod ex Samatra advehitur, quâ picandis navibus utuntur, aliqui falsò Anime eſſe credunt, Garz. cap. de Lacca.

Sic Americani, ex arbore Oxyacanthæ ſimili, igne reſinam eliciunt, qua picis loco utuntur.

ABIES.

Abies, Græcis ἐλάτη Theophr. 1. hiſt. 7. procera eſt & longo caudice, cui cortex tunicis multiplex: 1. hiſt. 9. una tantùm radice eaq; nervoſa conſtat: 1. hiſt. 16. folia habet rara, eadem multifida & quaſi ſerrata: 1. hiſt. 6. flos Cocci colore, &c. Plinio l. 16. c. 10. Abies è cunctis ampliſsima eſt, materies præcipua trabibus, nec Abieti forma alia quam Piceæ.

Genera

Genera Theoph. 3. hiſt.10. eſt quædam mas, quædam fœmina: mari folia acutiora, magis pungentia ac magis flexa, quare aſpectu criſpior tota arbor videtur. Materia candidior in fœmina, mollior operiq́ facilior & toto caudice procerior eſt: mari magis varia, latior, durior, medulla plenior & aſpectu minus pulchra: conus maris, paucos nucleos habet in priore tantum parte: fœmina conos nullos omnino, ut Macedones dixerunt. Plinio l. c. fœmina prolixior, materie mollior utiliorq́: arbor rotundior, folio pinnata, denſa ut imbres non tranſmittat, atque hilarior in totum: & lib.16. cap.24. folia inſecta pectinum modo pungentia. Verùm Theoph. 4. hiſt.7. marinam habet, quæ ſupra lapides patellarum modo adhæret, &c. Sic in inſula Virginia Abietes magnæ & præaltæ ad malos navium reperiuntur.

I. Abies conis ſurſum ſpectantibus ſive mas.
Abies, Dod. gal. Lac.
Abies legitima vel mas, Bellon. con.
Abies altera, Dod.
Abies Pilati, du Choul, Lugd.

II. Abies alba ſive fœmina.
Abies, Brunf. Trag. Matth. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Adv. Lob. Thal. Caſt. Lugd. Tab. Ger.
Abies fœmina, Ang.
Picea, Dod. ut:
Abies Plinij & fœmina Theophraſti, Cluſ. pan. & hiſt.

In hac Viſcum, quod Stelin Plinius l.16. c.44. ex Theophr. 2. cauſ. 23. appellat, albis baccis præditum, Cluſius obſervavit.

Inter cortices abietum novellarum, quæ tuberculis ſcatens, liquor præſtantiſsimus, ſed paucus, continetur, ita ut unumquodque tuberculum ſæpè aliquot duntaxat guttas contineat, qui Italis lacryma dicitur: fortè apud Galenum 3. compoſ. medic. ſecundum genera, liquida Piceæ reſina, quam Terebinthinæ loco inſtitores vendebant: & hæc Abiegna lacryma ſive reſina liquida, in quibuſdam Italiæ locis, Oleum Abiegnum nominatur: officinæ Terebinthinam Venetam vocant. Verùm ex gemmis quoque, more Populi, lacrymam fundit. Sic ex Abiete, veluti ex Pinu ac Picea reſina etiam ſicca & candida colligitur, quæ thus ementitur, ac pro eo à vulgo uſurpatur.

T A X U S.

Taxus etiamſi reſinam non fundat, inter reſiniferas tamen, propter ſimilitudinem quam cum folijs habet, relata eſt, quæ μίλος Theophraſto: σμῖλος Nicandro: Dioſcoridi l.4. c.80. σμῖλαξ, quibuſdam θύμαλον, Romanis τάξος arbor eſt ſimilis Abieti & folijs & magnitudine. At Theoph. 3. hiſt.6. perpetuo viret ex ſylveſtribus: 3. hiſt.10. unius generis eſt, procera, auctu facilis, ſimiliſq́ Abieti, ſed non tam alta & alis magis ſinuata: folio quoque Abieti ſimilis, ſed pinguiore & molliore: quæ in Arcadia creſcit, ligno nigro aut puniceo conſtat: quæ autem in Ida, flavo & Cedro ſimili, quare aliqui emptores decipiunt, pro Cedro vendentes, &c. in Macedonia fructum abundè profert rotundum, fabâ paulo majorem, rubrum, tactu mollem, &c. ſi ab aliquibus hominibus manditur, ſuavis eſt & innoxius. At Matthiolus apud Tridentinos perniciosum ſcribit: contrà Pena, ejus baccas à pueris in Anglia innoxiè eſitari, refert. Plinio l.16. c.10. Similis his (ſcilicet Abieti & Piceæ) etiamnum aſpectu eſt Taxus, minus virens graciliſq́ & triſtis ac dira, nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera: mas noxio fructu: lethale quippe baccis in Hiſpania præterea venenum ineſt, &c. Sunt qui & Taxica hinc appellata dicant venena, quæ nunc Toxica dicimus, quibus ſagittæ tinguntur.

Taxus, Matth. Ang. Dod. ut: Geſ. hor. Lac. Tur. Lon. Adv. Lob. Cæſ. Lugd. Cam. Thal. Portæ.
Milax arbor, Cord. in Dioſc.
Smilax arbor, Cam.

D R A C O A R B O R.

I. Draco arbor, Cluſ. hiſp. & hiſt. Lob. Caſt. Lugd.
Arbor Gadenſis Poſidonij forte apud Strabonē.
Draco, Tab.
Arbuſcula Dragonalis, Frag.

Fructum ferre Ceraſi magnitudine, Cadamuſtus, Thevetus & Cluſius, & ex hoc, alij ſcribūt: & Dragonal nomine fructum miſſum, Cluſius in notis ad Monardem refert. Verùm Monardes ſcribit, ſi à fructu, pellis qua integitur auferatur, Dracunculi effigiem apparere (ut apud Monardem, Lugd. pingitur) à quo fructu procul dubio arbor denominata ſit: Vide Fragoſum. Hujus lacryma Sanguis draconis dicitur.

II. Prægrande folium, Adv. Lob. ico.
an Algæ ſimilis grande folium, Cæſ.

Folium arboris Draconis ex Indijs delatum, Lugd.

Folium palmæ filamentis & textura, Tab.

III. Draconi arbori affinis Americana.

Tacori in Kayua & Wiapack naſcentia folia, Cluſ. exot. l. 2. c. 21.

Incolæ ex folijs maceratis & in tenuia ſtamina deductis, funes conficiunt.

P A L M A.

Arbor quæ φοῖνιξ *Græcis, Latinis Palma dicitur, fructus verò* δάκτυλοι ἢ φοίνικες, *Græcis: Latinis Palmulæ & Dactyli: Arabibus, Tamar: at ut Dioſcorides l. 1. c. 148.* φοῖνιξ *in Aegypto gignitur: (at in tota India non reperiri, Guiland. de pap. ſcribit) ex ea verò fructus in medio Autumni vigore colligitur, Arabiæ Myrobalano ſimilis ac* πῶμα *dicitur, viridi colore, referens mali cydonij odorem: ſi verò integrè maturuerit,* φοινικοβάλανος *fiet. Et in fine ſeq. cap. poſtquam de Palmis Thebaicis egit, Aegyptiacos nucleos,* ἐκ τῶν χαμαιζήλων φοινίκων, *id eſt ex humilibus decerpi ſcribit. Idem cap. 150. involucrum fructus palmarum adhuc florentium, etiam Palmam* ἐλάτην ἢ σπάθην *(Palmitem Plinius) nominat: & fructus qui ſub ea continetur, ſimiliter elaten, quæ à nonnullis* βόραϲος *appellatur. Sic quod in trunci ſuperna parte includitur,* ἐγκέφαλον *Theophraſto, Galeno (cui etiam* κορυφὴ *vertex 2. aliment.) & alijs Græcis dicitur: at Dioſc.* ἐγκάρδιον τοῦ πρέμνου, *medulla trunci impropriè dicitur. Sanè Palmæ vitalis vis in vertice, ea contra pondus reſurgit, & in ea uterq; ſexus maximè elucet, in cujus quoque folijs ſcriptitatum, ut Guiland. de pap. expoſuit. Plinius l. 13. & medullam & cerebrum vocavit: Serapio verò Ceſilionem.*

Ex Theophraſto ſeqq. ſufficiant (quæ pleraque & Plinius l. c.) Palma cortice ſcabro conſtat, 1. hiſtor. 8. medullam omnino nullam habere videtur, 1. hiſt. 9. quæ ad longitudinem tantum apta augeri, 4. hiſt. 14. folia arundinacea habet, 1. hiſt. 6. ſemina protinus poſt tegmen ambientia ſubeunt, ut nucis & amygdalæ, ſed cavitatem nullam habent, ſed tota plena atque perſolida ſunt: tamen humor quoq; quidam, calorq; ineſt, 1. hiſt. 18. mas floret, fœmina minimè, ſed protinus fructum promit, 1. hiſt. 22. & quodammodo cacumine gignit, 1. hiſt. 23. Verùm 4. hiſt. 7. Palmam pelagicam ſcribit eſſe caudice admodum brevi, virgis ferè rectis, quæ ſubtus exeunt, &c. folijs ſpinarum acanicarum, erecti tamen, nec circumflexi, &c.

Genera: Theophraſto 2. hiſt. 8. aliæ fructiferæ, aliæ ſteriles: illarum aliæ mares, aliæ fœminæ: ſic in fructu differentia: alij nucleum habent, alij eo carent. quidam durum, nonnulli mollem: ſic colore, alij candidi, alij nigri, alij flavi ſunt: magnitudine, quidam rotundi, veluti mala; alij parvi, cicerum magnitudine. Et Plinio l. 13. c. 4. palmæ genera undequinquaginta ſunt: at clariſſimæ omnium quas Regias appellavêre: quia Regibus tantùm Perſidis ſervabantur, Babylone natæ: plura videantur ibidem: at quas in Caryotarum genere Nicolaos, in honorem Nicolai Peripatetici Philoſophi, ab Auguſto ita nominatas Athenæus voluit, harum & Aegineta meminit.

I. Palma major.

Palma, Trag. Matth. Dod. ut: Ang. Lac. Turn. Cord. in Dioſc. Geſn. hort. Adv. Lob. Cæſ. Caſt. Acoſtæ, Lugd. Cam.

Palma ſive Dachel, Alpino.

Palma major, Bellon. (quæ in Ægypto celſiſſima) Tab.

Palma Tamara, in inſula S. Thomæ, Roëlſio in ep. ad Cluſ.

Palma dactylifera, Linſcot. 4. part. Ind. orient. figur. 14.

Pingunt arborem, dein fructum cum floribus & Spatha.

Spatha, Ang.

Dactyli cum palma elate, Matth.

Palma elate, Cord. in Dioſc. Lugd. Tab.

Palmarum fructus, & flores & elate, Dod.

Caryotę, Carotides, fructus palmę dactyli, Caſt.

Palmarum fructus ſive dactyli, Lob.

Fructus dactyli in Italia, Caryotæ verò Dioſcoridi & Plinio, Cæſ.

Palmarum excelſam ſylvã, in Arabiæ deſerto Rauvvolfius tranſivit, & tres ſpecies Dactylorum obſervavit: 1. quales ad nos adferuntur: 2. penitus rubros: 2. flavos, primis minores ſed ſapidiores, qui à Serapione Hayron nominantur.

Palmæ cerebrum ſive medullam, ἐγκέφαλον Græci vocant, qua veſcebantur, ut etiamnum in Alexandria & quidem cruda, cinaræ etenim ſaporem refert: ſolent Ægyptij ruſtici palmas abortivas requirere, quarum cacuminibus excisis, candidam medullam eximunt & venalem proponunt. Varia palmarum genera ſunt, ſpinoſum in Creta, differens à Cephaloni ſive pumila Palma, Bellon.

II. Palma minor.

χαμαιρ-

χαμαιῤῥιφὲς, Theoph.2.hiſt.8.
Chamærops, Plinio l.12.c.4.
Palma humilis, Matth.Cæſ.
Ceſaglioni, Ang.
Palma minor, Geſn.hort.Tab.
Chamæriphes, Dod.Adv.Lugd.
Palmites, Lob.Garz.
Palma Chamærops Plinij, Lugd.

III. Palma humilis exotica.
Chamarriphe peregrina: & ejus fortè folium, Cluſ.exot.l.4.c.12.& 13.

IV. Palmæ ſylv.in Cambaya ſimilis, Garz.

V. Palma Americana fructu racemoſo.
Palma Yuri dicta, Lerio in part.3.Ind.occid.

Palmarum in America quatuor aut quinque genera reperiuntur: inter quæ frequentiſsima ea, quam Gerau, alia quoque quam Yri vocant: hæc fructu eſt rotundo ad effigiem racemi, tanti ponderis, ut ægrè una manu ſublevetur, ſed nucleus tantùm Ceraſi craſsitudine edulis, &c. Lerius.

VI. Palma manicam Hippocraticam referens.
Palma ſaccifera, Cluſ.exot.l.1.c.2.

Ex inſula maris Atlantici ſaccifera dicta, quia forma illi colo ſeu ſacco, quale vinum aromatites percolare ſolent: in quibus nuces orbiculares duriſsimæ continebantur.

VII. Palma Americana ſpinoſa.
Hairi Theveti, Lugd.
Ayri Braſilianis, Lerio in deſc. Braſil. ſive Am. part.3.

Ebenum eſſe multi exiſtimant: quia lignum ferri modo in aqua ſidit, ex quo Barbari enſes & ſagittas, qua ferreas loricas penetrare poſſunt, conficiunt: fructu eſt rotundo, pilæ luſoriæ magnitudine (cui nucleus ut nix albus, minimè tamen edulis ineſt, Lerio) ſimili facie, nomine Kayama Oviedus deſcripſit.

VIII. Palma vinifera Theveti, ex qua inciſa ſuccus effluit, qui vaſis terreis excipitur, & in quotidianam potionem, quam Mignol appellant, in promontorio Æthiopum (nunc promontorium Viride nominatum) reponitur: quæ ſuaviſsimi guſtus, quamvis ejuſdem arboris fructus, qui parvi ſunt dactyli, acerbi ſint nec facilè edi poſsint. Sic ex palma Cichorin ſimilis ſuccus elicitur, Lugd.
an Palma cum grandibus folijs, ut unum viro contra pluvias tegendo ſatis ſit, quæ perterebrata & tubulo immiſſo vinum copioſum, guſtu Hiſpanico ſimile profundit, quod Vinum Palmitem Hollandi vocant: par.5.Ind.or.fig.2.

IX. Palma vinifera fructu ex arboris trunco ſpinoſo.
Palmitas, cujus fructus pineæ nuci ſimiles, Linſc. part. 3. Ind. or. c.10. & part. 4. fig. 16. & part.5. fig.2.num.7.
Palmites arbores vinum exſtillantes non ſecus ac arbores Cocos, part.4.Ind.or.
Palmites arbores ramis & frondibus carentes, fructu ex ſtipite Ananas non diſsimili, grana plurima inſtar punicæ alicujus continente, par. 6.Ind.or, c.38.

X. Arbor fructu nucis pineæ ſpecie.
Melenken Theveti in Necumer[illegible]aris Indici inſula, Lugd.

Huc referri poſſunt
Palmæ aliæ, quarum fructus Cola dicitur, nuci pineæ majori ſimilis, pulpa quadruplici, intus colore rubicundo caſtaneæ forma continens: Pigafet.deſc.regni Congiani l.2.c.1.

XI. Palma humilis longis latiſque folijs.
Palma, quam in Cypro creſcere Theophr. 2. hiſt.8. ſcribit, quibuſdam: quod Guil. in The. refutat, quia hujus fructus ſapidus non ſit, cum Muſæ longè ſuaviſsimus ſit.

Pala Plinio l.12. c.6. major alia pomo & ſuavitate præcellentior, quo ſapientes Indorum vivunt: folium alas avium imitatur, longitudine trium cubitorum, latitudine duum, &c. arbori nomen Palæ, pomo Arienæ.
Muſa, Maum & Amuſa, Serapioni, Avicen. Indis, Quelli, & Guinenſibus Bananas.
Muſa, Matth.Dod.gal Bellon.Guil.Ad.Rauvv. Cæſ. Caſt.Frag. Tab. Lugd. Garz. cui & Ficus Martabanis.
Palmæ ſpecies pumila quæ Muſas fert, Geſ.hor.
Muſa Serapionis, Lob.
Muſa ſive Ficus Indica, Acoſtæ, Lugd.app.
Poma paradyſi, Lud. Romano, hujus enim arboris fructum Adamum comediſſe volunt.
Dudaim in Biblijs: Phyximilon Æſchylo Margraita Græcis & Latinis: Muz & Gemez, Mauritanis: Ficus Pharaonis, Kaſi: Melapolanda, Indis orient. At Indis occid. Platanus: Abella, inſulæ D. Thomæ inquilinis dicitur, teſte Guil. in The.
Mauz, Alpino.
Mauze Theveti, Lugd.

Huc referri debet,
Paquouere Americanorum, Theveti.
Muſa pacouere Lugd. qui figuram Theveti à priore diverſam exhibet.

Hujus folijs gummi Elemni, aliquando & Sacchari panes involvuntur.

XII. Muſæ affinis in regno Catay.
Photel, nonnullis Ficus Pharonis, Thevet. Lug.

XIII. Muſæ affinis altera.
Banam, fructus in regno Congiano, forma & guſtu Muſæ Ægyptiacæ: par.1.Ind.or.l.2.c.1.

XIV. Palmam referens arbor farinifera.
Zagu, Ferd. Lopez.
Sagu, Pigafettæ, & ad Cluſ. cur. poſt.
Arbor vaſta in regno Fanfur, Polo Veneto.
Arbor farinifera, Cluſ. exot. l.1.c.3. & 16. Lugd. & Claudio Dureto.

In Ternate inſula Æquatori proxima provenit, cujus ſummum faſtigium in caput orbiculatum inſtar Braſsicæ capitatæ extuberat, in cujus meditullio farina, ex qua panes fiunt: ſicut etiam apud Amboënſes, & panes & alia cum lacte fercula conficiuntur.

Arborem quandam in inſula Ternate detruncant, findunt, ligna fiſſa tamdiu tondunt, dum farina decidat, quam Sagge nominant, ex qua panes candidos quadrilateros conficiunt: part. 5. Ind. orient. At parte 8. panis Sagu Molucenſium, ex radicibus arborum confectus dicitur: quare Lerius in deſcript. Braſiliæ, putat farinam non ex ligno attrito, ſed ex radicibus Aypi & Maniot confici.

XV. Arbor exotica fructu dactylis ſimili.
Arbor tinctoria, Theveto, Lugd.

In regno Senege, arbor ex cujus nucleis oleum expreſſum cum aqua mixtum, pocula & pileos croceo colore tingunt.

XVI. Genus fructus palmulis ſimile, ſed ut piper linguam exurens, Linſc. part.3. Ind. or. 10.

XVII. Arbor folijs ampliſsimis fructu cucumeris forma.
Bonannas part.7. Ind. or. fig.4. & part.5. c.7.
Bannana: part.6. Ind. or. & part.8.

Folia tantæ magnitudinis, ut virum aliquem cooperire poſsint.

Huc referri poteſt

I. Ficus Indica fructu racemoſo folio oblongo.
an Uva quam ex benedicta terra Moyſi attulerunt?
Platanus, Oviedo: & part. 4. Amer. c.28.
Platanus Indica: part.9. Ind. occid. l.4. c.21.
Daracht, Moris ipſa arbor dicitur: Avicenna, Serapio, Rhaſis meminêre, Paludanus notis in Linſcot.
Ficus Indica, Linſcot. 4. part. Ind. or. 11. & fig. 11.
Pacoaire frutex, (ad Muſam Matthioli accedere cenſet) Lerio 3. part. Ind. occid. 12.
Platanus ſive Bonannas, part.9. Ind. occid.

At fructus dicitur

Bavanas, Patan, Prian, Quelli Indis, pacona Braſilianis, Linſcot. l.c.
Paco, Lerio l.c.
Pacona, part.3. Amer. ep.1. de Braſil.
Poma Paradyſi, Brocardo ter. ſanct deſc.
Davanas fructus, part.2. Ind. or.4.
Vannanas ſeu Ficus Indica, in Sumatra, part.4. Ind. or. c.4.
Arbor Vannanas: part.8. Ind. occid.

Genera plura: 1. cæteris craſsius, Figos Dorta, Fici aulici Luſitanis dicuntur: 2. minus Seneryn dictum: 3. Cadolyn: 4. ficus nobiliſsimi Chyncapoloyn nuncupantur, Linſcot. l.c.

Folia hujus, quæ ulnam longa, tres Spithamas lata (lapathij aquatici ſex pedes longa, duos lata, Lerio) in variam ſupellectilem Indis in Goa cedunt, quibus & Turcæ papyri loco utuntur. Surculus ſæpè 200. ficubus prægnans eſt, uvarum modo in ſe compreſſis: acini ex quibus dependent, ſæpè in tantam molem grandeſcunt, ut à binis bajulis tranſverſa pertica vix geſtari queant: Toto anno fructifera eſt, & Indis commeatum quotidianum largitur: Linſc.

Ex folijs in inſula Capul, ſupparum conficiunt, quo corporis partem inferiorem & pudenda tegunt: part.9. Ind. occid.

Aliæ Platani adhuc in India reperiuntur, exiles & candidi, quas in Hiſpaniola Dominicos vocant: alibi etiam craſsiores, & rubentes proveniunt: Joſeph. Acoſta l.4. c.21.

II. Ficus Indica fructu racemoſo altera.
an Ficus Indica circa Aceſinum amnem naſcentis, Theoph. 1. hiſt. 12. 4. hiſt. 5. & 2. cauſ. 14.
an Fructus arboris Gaguey, Oviedo.
Arbor peregrina fructum ſimilem ficui gerens, Cluſ. exot. l.1. c.11.

Huc referre oportet

Fructum exoticum tertium, Cluſ. l.2. c.19.

Palma nucem ferens.

I. Palma Indica coccifera anguloſa.
Jauſial Indi, id eſt, nux Indica, Avicennæ.

Nux

Nux Indica, Matth. Adv. Lob. Cæſ. Caſt. Lugd.
Nux Indica grandis, Cord. hiſt.
Palma in India naſcens, Theophr. Arnano, Straboni, Guil.
Coccus Indica, Lac. Frag. (ap.
Palma Indica Garziæ, quæ & Elephantis, Lug.
Nux Indica 1. & 2. Tab.
Palma nuces Indicas Coccos dictas ferens, Pigafettæ in deſc. regni Congiani, ſive part. 1. Ind. orient. lib. 2. cap. 1.
Palma Indica ſive Cocos, par. 9. Ind. occ. l. 4. c. 26.
Palma ſeu nucifera arbor Indica, quæ Arabibus Maro, Indis Tengamaran & Lanha: at nux, Arabibus Narel, Indis Tenga, Luſitanis Coquo, Linſc. part. 4. Ind. orient. c. 12. & fig. 11.
Palma Indica Coco vocant ut & fructum: part. 9. Ind. occid. additam.
Cocos ſive nux Indica: part. 8. Ind. occid.
Coques nuces, ex cujus corticibus, corbes parant: part. 9. Ind. occid. additam.
Palma Cocoichne, palma indica nucem Indicā ferens, quas Linſcottus rotundas pingit, cum ex Guinea triangulares advehantur, niſi fortè ſucco plenæ rotundiores ſint, Roëlſius in ep. ad Cl. ubi Linſcotti figura à Cluſio reprehenditur.

Fructus Luſitanis Coco & Coquen dicitur, ob tria foraminum veſtigia, quibus Cercopitheci caput repræſentant: & nucleus incluſus ſiccatus, Copra nominatur, qui fructus & victum & amictum Indis ſuppeditat, & omni tempore nuces fert, Linſc. l. c.

In Caryotarū genere, quas Plinius Nicholaos appellat, aut quod Pateton vocat, eſſe volunt.

Liquorem colligunt ex nuce, quem Suram nominant: & Ambonenſes Vinum de palma: & quomodo vinum ex his fiat, oſtenditur ad Cluſ. cur. poſt. Ex hoc ſpiritum eliciunt, qui incolis Arack, alijs Fula, ſive Mype, id eſt Vinum ſublimatum dicitur: ſed & alio modo diſtillata Sura, Uraca fit. In ſumma ex hac Palma, fructus, oleum, lac, mel & acetum colligunt: ex cortice ligneo pocula, ex paleaceis nucum integumentis, funes ad naves, foliorum denique quoque uſus exiſtit.

Genera Cocos ſeu Palmæ Indicæ quatuor ſunt: 1. nucum jam dictarum, ex quibus Indi univerſi omnem ſuum victum quærunt: 2. Luſitanis Arraquero: quæ Areccam fert: 3. dactylifera, Tamar: 4. Lantor dicta, ex quo Indi papyrum ſuum quærunt: 4. part. Ind. or. c. 3.

II. Palma coccifera figura ovali. (Garz.
Coccus de Maldiva, Garz. Acoſtæ, Frag. Cluſ. ad
an Nucum genus peculiare contra venena, in inſula Melandyna, Linſc. part. 2. Ind. or. c. 15.

Fructus argento includuntur, ut & priores: aliquando prægrandes admodum, interdum exigui in littus ejecti reperiuntur.

III. Palma Javanenſis longiſsimo folio.
Lantor, è Coquos ſeu Nucum Indicarum claſſe, folia viri longitudine proferens, part. 4. Ind. or. c. 3. & 6. fig. 15.

Fructum fert puſillum Ceraſi magnitudine, qui nucleum cartos dictum continet: hanc Palmam aliqui primæ fœminam exiſtimant.

IV. Palma coccifera ex Guinea.
Avellanæ Indicæ ſpecies, Matth. Lugd.
Avellana Indica, Lob. Tab. (Garz.
Fructus 1. cum Cocco affinitatem habens, Cl. ad
Palma Ady, Roëlſio in epiſt. ad Cluſ. qui an ſit Palmæ Caryotides Dioſc. & Galeni, dubitat.

Fructus Abariga incolis, Caryoces & Carcoſſo Luſitanis, Citrij mali magnitudine, ex cujus pulpa oleum exprimunt, id edulijs miſcentes: ex germinibus ſuccum colligunt, quo ut Vino inebriantur.

V. Palma coccifera Braſiliana.
Sabucaje pomo eſt ambobus pugnis ampliore, forma calycis, in quo nuclei amygdalinis ſimiles, etiam ſapore, Lerio 3. part. Ind. occid. c. 12.

VI. Avellana anguloſa villis obſita ſi modo à priori diverſa ſit.
Fructus peregrinus 3. cum priore magnam ſimilitudinem habens, Cluſ. exot. l. 2. c. 29. Lugdun. Tab. Ger. hujus nucleus pro
Fructu peregrino 5. proponitur à Cluſ. Lug. Tab.

VII. Palma coccifera minor. (Ger.
Palmitas quarum aliquas fœmellas dicunt, quę vinum nullum proferunt, ſed fructibus abundant, quorum nucleus juglandis magnitudine, cujus cortice aperto, tres in eo nuces, avellanis ſimiles: part. 6. Ind. or. c. 12.

VIII. Palma cujus fructus Cuci.
Κυκιοφόρον inquit Theoph. 4. hiſt. 2. ſimilis Palmæ, ſimilitudinem in caule & folijs repræſentans: quæ cum aliquantulum increverit bifida fit, iterumque horum utrumque pari modo dividitur: virgas breves nec multas profert: fructum fert magnitudine qua manum impleat, rotundum & oblongum, colore flavicante, ſucco dulcem & gratiſsimum, non congeſtum ut

Palmæ, ſed per ſingula diſcretum, nucleo magno vehementerque duro, &c.
Cuci Plinio l.13. c.9. qui eadem ferè quæ Theophraſt. habet.
Cuciophera, Matth.Cam.ep.Lugd.ap.Tab.Ger.
Cuciophoron, Ang.
an Nux Indica minor, Cuci Theophraſti, Cord. hiſtor.
Bdellij fructus Cortuſi, Cluſ.hiſt.Lugd.
Perſeæ, hunc fructum adpinxit, Lugd.
Cuci fructus, ſuo pulvino nudatus, Cluſ.hiſt.
Cuci fructus, Linſc.part.4.Ind.or.fig.18.

IX. Nuci Indicæ majori affinis fructus Braſilianus.
Fructus exoticus quintus binis foraminibus parte anteriore, Cluſ.exot.l.2.c.16.

X. Nucula Indica ex Guinea.
Nucula Indica, Adv.Lob.ico.
Nux altera, Cluſ.exot.l.2.c.26.
Nucula Indica ſecunda, ad Cluſ.cur.poſt.

Ex folijs liquor exprimitur, aut ea in aqua decoquuntur, eoque pro potu utuntur: at ex fructu panem ſuavem conficiunt.

XI. Palma cujus fructus ſeſsilis Faufel dicitur.
Faufel Serapioni: Filfel & Fufel, Avicennæ.
Avellana Indica, Matth. qui una tabella triplices fructus pingit, ut & Lugd. hic tamen & nucem ex Cluſio adpoſuit.
Faufel, id eſt Avellana Indica, Cord.hiſt.Frag.
Faufel ſive Areca, Garz.
Areca ſive Faufel, Cluſ.in Garz.Lugd.
Avellana Indica cujus fructus Areca, Acoſtæ.
Areca palmæ ſpecies, Scalig. Vartomanno, cui fructus Coffol, & Lug. Romano Chofola, Lugd.
Areca, Caſt. Tabern. Ger. hi duo & arborem & fructum, tam hujus quàm ſequentis, una tabella proponunt. (Lob.
Faufel cum ſuo involucro & eodem exutũ, Adv.
Nuci Indicæ affinis fructus, Areca, Cæſ.
Palmæ Indicæ altera ſpecies, quæ Luſitanis Arequiero, quæ fructum Arecca ſeu Faufel parit, Linſc.4.part.Ind.or.c.5.& fig.11.
Arecca & Arrequa, Supary, Arabibus Faufel fructus dicitur, Linſc.4.part.Ind.or.c.16.

Genera tria: 1. latere uno preſsior, altero latior & major: 2. minus, nigricantius, durius, Checanyn dictum 3. à cujus maſticatione homo ac vino inebriatur, Linſc.l.c.

XII. Palma cujus fructus oblongus Faufel ſimilis.
Avellanæ Indicæ genus oblongum, Cluſ. in Garz.Lob.
Nux oblonga quæ Faufel cum ſuo involucro magnitudine æquat, Lugd. cui Avellana Indica 4. ordine in tabula.

XIII. Palma fructu nuce juglande minore & rotundiore.
Alia ſpecies Coquillo dicitur, in Chile fructu ſuaviore, part.9.Ind.occid.l.4.c.26.

XIV. Fructus exoticus Faufel affinis.
Fructus exoticus 2. à Clutio, Cluſ.exot.l.2.c.23.

XV. Fructus Javanenſis quadrangulus corticereticulato ſpadiceo.
Peregrinus fructus τετράγωνος prægrandis, alterius Palmæ fructus fortè, Cluſ.exot.l.2.c.5.
Hunc cum pluribus alijs à D. Hoofft Guilelmi, Amſtelrodamo accepi.

XVI. Nucis de Coulcul quæ gemini pugni magnitudine ſit, quæ parvis granis eſui aptis, atque Avellanæ inſtar dulcibus plena ſit, meminit Bellonius obſ.l.2.c.ult.

XVII. Couroq, fructus Braſilianis, ex quo oleum exprimunt curandis vulneribus præſtantiſsimum: Lerius, vel 3.par.Ind.occid.10.

Palma ſquamoſo fructu.

I. Palma conifera ex Guinea ſquamis ad pediculum converſis.
Palma pinus ſive conifera, Adv.Lob.ico.
Palmapinus ſylveſtris, Lugd.
Peregrinus fructus ſquammoſus, Cluſ. in auctar. ad exot.
Fruticis aut arboris exoticæ ramus cum fructibus ſquammoſis, Cluſ.cur.poſt.

Includitur nucleus durus, venoſus, qualis interdum pro inſigni aliquo lapide obtruditur.

II. Palma conifera ſquamis ſurſum cõverſis.
Fructus peregrinus abiegnæ nuci ſimilis, Cluſ. exot.lib.2.cap.3.

III. Palma conifera ſquamis à prioribus differens.
Palmapinus ſive conifera Penæ, Lugd.
Palmapinus, Caſt.app.
Palma conifera, Tab.

IV. Fructus ſquammoſus orbicularis major juglandis magnitudine.
Fructus peregrinus ſquamoſus tertius, Cluſ. exot. lib.2.cap.3.

V. Fructus ſquammoſus orbicularis minor, avellanæ magnitudine.
Fructus peregrinus ſquammoſus ſecundus, &

fructus Cannę de Bengala creditur, Cl. ex. l. 2. c. 3.
VI. Fructus ſquammoſus orbicularis ſulcis rectis, obliquis & tranſverſis.
Guayauæ fructus elegantiſsimus, Cl. ex. l. 2. c. 4.
Guanavanus, part. 9. Ind. occid. c. 28.
Variat fructu cordis effigie viridi: item orbiculari crocei coloris.
VII. Fructus ſquammoſus pyriformis.
Fructus aſpero cortice ex Baly inſula, Cluſ. ex. lib. 2. cap. 4.
VIII. Palma fructu aculeato ex arboris trunco prodeunte.
Jaca, Garz. Acoſt. Frag. Lugd.
Jaca minor, Caſt.
Jaceros in Calecut, Ludov. Romano.
Jaaca & Jaqua, Linſc. 4. p. Ind. Or. c. 6. & fig. 16.
Fructus melonis magnitudine: quoddam genus adeo auget, ut ab uno homine ægrè attolli queat: Duplex eſt, alter & præſtantior Barca: alter Papa aut Giraſol appellatur.
IX. Arbor fructu Anancs ex caudice emergente, nucleis turgente.
Arbor ſine folijs ſeu ramis, in Inſula minore S. Mariæ part. 4. Ind. Or. c. 6.
X. Arbor Indica fructu racemoſo erinaceo.
Erinaceus Luſitanorum, Linſ. p. 4. Ind. Or. fig. 16.
Fructus in Baly Inſula pomi ferè magnitudine, aſpera & ſpinoſa cute tectus.
XI. Fructus cortice ſquammoſo.
Fructus ex Bally pyri magnitudine, cortice inſtar piſcis ſquammarum aſpero, nucleo uno vel altero, Linſc. par. 3. Ind. Or. 39. & par. 4. c. 6.

Nuces exoticæ.

I. Nuculæ ſaponariæ non edules.
Arbores, quæ à precarijs ſphærulis & à ſapone cognomen acceperunt, folijs filicis, Oviedo hiſtor. Ind. Lugd.
Sphærulæ ſaponariæ Oviedi, Monardi.
Fructus exoticus 16. Cluſ. ex. l. 2. c. 16.
In Hiſp. fructu integro cum aqua pro ſapone utuntur: ex oſſiculis fiunt corollę ebenis ſimiles
II. Nux vomica in Officinis.
Nuces vomicę Seplaſijs, quas Methellas genuinas crediderunt, Matth.
Nux vomica communis, nec vomica eſt, nec metella, Ang.
Nux vomica, Cord. hiſt. (cui & canina) Caſt. Lugd. Tabern.
Nux metella, Lac. vulgò & Fungus orient. Cæſ.
Nux metella vera, Vomica officinarum, Lon.
Vomica officin: falſo Metella, Guil.
Tithymali myrſinitis fructus, Fuch. comp.
Nux vomica, fortè Cutſchula, Rauvvolf.
Homini noxiam dicit Matth. innoxiam Milichius & Renodæus: potiones ſomniferas ex his ſe paraſſe, Braſſavolus ſcribit.
III. Nux metel officinarum oculata.
Nux metel communis, Vomica non eſt, ſed potius Metel verum, Ang.
Nux vomica, Lac. vera, Metella officinar. Lon.
Nux methel ſive methela, Lugd.
Hippomanes Cratevæ quibuſdam, Eid.
Fructus peregrinus ſextus, Cluſ. exot. l. 2. c. 30. & in altera tabula, Lugd. Tab. & Ger.
Nucum genus gallis tum forma tum magnitudine ſimile, Ind. Or. part. 4. c. 8.
IV. Cocculæ Officinarum.
Baccæ cotulæ Elephantinę Germanis pharmacop. Matth. epiſt.
Solani furioſi fructus, Cord. in Dioſc.
Cuculi fructus Solani furioſi in Ægypto, Eid. h.
Coco de Jevanti, quidam fructum Tithymali paralij eſſe putant, Lac.
Grana orientis, Cornaro.
Nux vomica fortè, quæ officinis Galla orientalis, Cæſ.
Cucculus Indicus, Caſt.
Cocculæ orientales, Doam Sames in Halepo, Rauvvolf.
Coco orientalis, Frag.
Cocci orientales, Tab. Ger.
Baccæ orientales & piſcatoriæ, Condroncho.
Hæ ſæpe racematim pediculis hærentes, hederæ corymborum modo ex Alexandria adferuntur. Pro pediculis nullum præſtantius remedium inventum, Condronchus peculiari de his baccis tractatu ſcribit.
Quidam Solani manici, quidam Tithymalli, quidam Clematidis fructum opinantur.
V. Anacardium: fructus hic veteribus Græcis incognitus cenſetur, quem recentiores Græci ἀνακάρδιον, à cordis cumprimis reſiccati, tum ſimilitudine, tum colore nominarunt. Baladar Arabibus, ut Serapioni.
Anacardium, Matth. Lac. Cord. hiſt. Lon. Caſt. Garz. Acoſtæ, Frag. Lugd. Tab. Ger.
Anacardium, Arabibus Balado, Luſitanis Faba Malaccana, ex qua viridi Achar conficiunt, id eſt, ſale & aceto maceratum condiunt, Linſcot. part. 4. Ind. Or. c. 29.

Anacar-

Anacardus ſive Anacardium: Perſea forte Plinij Cæſ.

Variat: nam quod in Malavar, oblongiore porrecto collo eſt, eo quod in Sunda prodit.

VI. Anacardij alia ſpecies.

Acajon, Theveti, Lug. Lerio 3. par. Ind. occ. c. 12.
Cajous Acoſtæ, Cluſ. ad Garz. Lugd. Ger.
Cajos, Linſc part. 4. Ind. or. 9. & fig. 13.
Caſtaneæ quæ ex Indijs adferuntur: Rondil. cap. de memoria deperdita.
Anacardij aliud genus, quod Cajous, Frag. Tab.
Fructus peregrinus 7. Cluſ. ex. l. 2. c. 30. & in tab. altera, Lug. Tab. Ger. nux eſt Cajous immatura.

Fructu ovi anſerini forma, cujus extremo nux leporini renis figura (cujus nucleus ſuaviſſimus) adnaſcitur: ex fructu Canibales potionis genus conficiunt.

Arbores venenatæ.

I. Arbor fructu orbiculari venenato.

Penoabſou Theveti, Lugd.

Arbor in America portulacæ folijs, & in fructu quolibet nuces ſenæ amygdalis ſimiles, in ſingulis ſinguli nuclei, ad vulnera ſananda, ut & oleum ex ijs expreſſum, utile.

II. Arbor fructu pilæ magnitudine.

Arbor venenata I. Theveti, Lugd.

Hujus ſucco Canibales ſagittas imbuunt.

III. Arbor ſucco venenato, radice eſculenta.

Arbor venenata alia, ex qua ſcarificata ſuccus mortifer emanat, radice tamen eſculenta, ex qua farinam, qua veſcuntur, faciunt, Thev. Lug.

IV. Arbor fructu venenato, radice venenorum antidoto.

Arbor Baxama, cujus & umbra & fructus ſuffocant: cum tamen radix in alijs regionibus, venenorum antidotus ſit, ut & fructus qui Rabaxit vocatur, Theveto, Lugd.

V. Arbor braſſicæ folio excelſiſsima Americana.

Uhebebaſou fructu pedis longitudine, quo apum examina nutriuntur, Theveto, Lugd.

HERBAE ET ARBORES admirandæ:

I. Planta ſanguineos ſudores excitans, in epiſt. ad Monard.

II. Herba mortem aut vitam in morbis prænuncians, Monard. Lugd.

III. Baharas in Judæa radix colore flammæ aſsimilis, circa veſperam veluti jubare fulgurans; quæ accedentem & evellere cupientem tam diu refugit, nec prius fugam ſiſtit, quam urina muliebri, aut menſtruo ſanguine conſperſa fuerit, Joſeph. de bello Judaico.

cum Aglaophotide ſive Cynoſpaſto terreſtri Æliani: marmaritide Democriti: Cynocephalia & Oſiritide Apionis: moly, Homeri: & pœonia non Dioſcoridis, ſed Galeni, niſi fallor, convenit. Guil. pap.

Baaras aut Babras Joſephi, ex loco natali, Caſt.

IV. Frutex Tartaricus.

Agnus Scythica, Borametz, Sigiſ. Baroni ab Herberſtein in hiſt. Moſcovitica, Scalig. Lugd.
Borametz Tartarica, Claud. Dureto, qui eum pingit.

Ex ſemine Melonis magnitudine creſcit figura agni, quem omnibus partibus repræſentat & pro carnibus pilos gerit ſingulari cornu ſpecie, & radix ad umbilicum ſurrigitur.

V. Arbor venereos ſtimulos domans: in epiſt. ad Monard.

VI. Arbor folijs ambulantibus, Pigafettæ.

Arbor in inſula Cimbabon, Coſtæo, Guil. pap.
Arbor mira cujus frondes repunt, Scalig.
Arbor folijs virentibus & ambulantibus, Dureto, qui eam pingit.

In inſula Cimbabon, arbor folijs Mori multùm ſimilibus, parte utraq; binos pedes breves & acutos habens, quæ ubi tangũtur, diffugiunt.

VII. Arbor Malavarenſis folijs tactu ſe contrahentibus.

Arbor in provincia Pudefetan in Aſiâ, Nicolao Conti, Pogio Florentino, Cardano.
Arbor pudica, Scal. Dureto, qui arborem pingit.
Arbor verecunda in Pudefetania, Coſtæo.
Planta in Peru naſcens, cujus folia contactu ſiccantur, Franciſco Lopetz: quam tamen Acuan verum aliqui putant, Cluſio monente.
Herba pudica, Lugd.
an Arbor circa Memphim, Theophr. 4. hiſtor. 3. naſcitur peculiaris quædam arbor circa Memphim, non folijs, vel ramis, vel tota forma peculiare quid fortita, ſed eventu: facies enim ejus ſpinoſa, folium filicibus (pennis Plinius) non abſimile: ſed cum ramulos quiſpiam cõtigerit, folia veluti areſcentia & langueſcentia cõtrahi ajunt, deinde paulo poſt ad vitam redire. Idem fere Plinius l. 13. c. 10. Huic arbori affinis herba, quam l. 10. ſ. 2. ſub Herba viva propoſuimus.

II. Arbor aquam fundens.

Arbor perennes aquas è folijs exudãs, Benzoni in inſul.

in Inſul. Canar. deſcr. vel Ind. Occid. par. 6. ubi & figura habetur.

Arbor mediocris magnitudinis in Inſula Ferro, cui ſimilis in toto orbe non invenitur, Linſc. part. 3. Ind. Or. c. 5.

Arbor in Ferro Inſula, quæ incolis Garoë: Hiſpanis Sancta: veteribus hiſtoricis Til vocatur, par. 8. Ind. Orient.

Vide & Cardanum 6. variet. rer. 22.

Ombrion ſive Pluvialem Plinij & Solini, hanc Inſulam ſuſpicantur. Plin. l. 6. c. 32. in Inſula Ombrion vocata, arbores ſimiles Ferulæ, ex quibus aqua exprimitur: ex nigris amara, ex candidioribus potui jucunda. Verùm Benzo & Linſcottus, arbori folia Juglandis, quanquam paulò majora & perpetuò viridia, tribuunt, quæ fructum habet in cortice glandis inſtar pendentem, cum nucleo ſuaviſsimo & valde aromatici guſtus, par. 8. Ind. Oriental.

In tota Inſula nulla aqua reperitur, prętereeam quę ex illa arbore manat, quā perpetua ac denſa nebula, ubi ſolis æſtus non flagrat, circumdat.

IX. Abores quibus ædiculæ ſuperſtruuntur. Ceibas ſive Cerbas arbor maxima in Ind. Occident. quam homines quatuordecim ſimul complecti nequeunt, Oviedo, Cardano, Franciſco de Bello foreſto.

Cerbas arbor in Nicaragua, quam quindecim complecti non poſſunt. Tantæ craſſitiei, ut Indi ædiculas ſupra conſtruant, Petrus Martyr: pingit Claudius Duretus: vide & part. 6. Ind. Occid. 61.

Ceyba arbor, Lerio de Braſ. c. 12.

Ceyuas arbor grandis in India, ex quibus Indi ſuas Canoas fingunt & excavant, 9. par. Ind. Occident. l. 4. c. 30.

Ligno eſt fungoſo ut Suberis: fructu lana referto & ſemine bombacis.

Quomodo Indi in arboribus domicilia habeant, duabus figuris exprimitur, in parte 6. Americ. & iſtorum ædificiorum meminit etiam Petrus de Cieca part. 1. Chronicæ Peruanæ c. 12. & 27. & 29. quæ valde capacia eſſe ſcribit, ut plures etiam intregras familias capere poſsint.

X. Arbor in ſummo cacumine ſaltem frondes minimas parturiens, ex cujus trunco integro, Canoas ſuas exſtruunt, Linſc. p. 4. Ind. Or. fig 21.

XI. Licondo, arbor tantæ magnitudinis, ut ſex viri brachijs expanſis vix poſsint circundare, & tantæ magnitudinis, ut 200. viros cum armis & remis capere poſsint, ex cujus trunco excavato ſcaphas conficiunt in regno Congiano, part. 1. Ind. Orient. c. 4.

XII. Rattiak arbor, ex qua in Virginea lintres fabricant, 1. part. Ind. Orient.

XIII. & XIV. Yga, Yuvera, arbores in Braſilia quas integras decorticant, cortice illæſo, ex quo ſcapham parant, quarum ſingulę triginta armatos vehunt: nam cortex pollicaris craſſitudinis, quatuor pedes latus, quadraginta longus: par. 3. Ind. Occid. l. 3. c. 25.

Sic ex arboris Yuire vocatæ cortice, tiliæ perſimili, funes conficiunt: Lerius de Braſil. c. 14.

Lintres ſinguli, ex cortice arborum detracto conſtant, quos Ygat nominant, tantæ amplitudinis, ut ſinguli quinquaginta homines capiant: idem capit. 13.

XV. Gelſomoro arboris ab incolis dictæ cortex, in quibuſdam Indiæ locis pecunia eſt: Pigafetta in deſc. regni Congiani lib. 1. c. 4.

XVI. Pindo herbæ caules aut Palmarum ramos, ad januas ædium Braſiliani adponunt, Lerius deſ. Braſil. c. 15.

Arbores anattiferæ.

I. Arbor ex cujus ligni putredine vermes, & ex his Anates viventes & volantes generantur, Claud. Duretus arborem pingit.

Hector Boëtius in deſcr. Scotiæ in Inſulis Hebridibus, Klaki avem nominant, in quibus vim procreandi potiùs, quàm arboribus ineſſe, &c. quæ citantur à Cardano l. 6. de Var. rerum, dubitatione prorſus digna dicens. Polydorus Virgilius pro fabula habet.

Olaus Magnus ſcribit, è lignis putridis fungos primùm enaſci, ex his aves maritimas, quæ piſcibus vivant. Idem confirmat Cornelius Scribonius in epit. hiſt. de gentibus Septentrion. Alexander ab Alexandro de diebus genialibus: Antonius Torquemada in ſuo Hexamero: Joh. Baptiſta Porta in phytognom. Abraham Ortelius in ſuo theatro. Sic Syl. Giraldo in hiſt. Hiberniæ, Bernacæ dicuntur, quæ anatibus paluſtribus ſimiles, ſed minores.

Bernacles, Ad. & Lob.

Britanniæ conchæ anatiferæ, Lob. belg.

Anatifera concha, Lon.

Ex ſurculis arborum conchæ anatiferæ, Lugd.

Conchæ anatiferæ ex arbore dependentes & trunco adhærentes, Aldroand. de avibus, & lib. de teſtaceis.

Conchæ vulgo anatiferæ, non ſunt fructus terreſtres, neque ex ijs anates oriuntur, ſed Balani marinæ ſpecies, Colum.

In navigat. tertia Hollandorum per Norvegiam in Chinam Ann.1596. ſive in par.3.Ind.Or. hæc habentur: hoc loco Anſerum rubentium ova magno numero collegimus: cujus generis anſeres quodannis magna copia in Hollandia ad Wiringam capiuntur: qui quo loco ſua ova excluderent, hactenus nemini adhuc compertum fuit, cùm multi eoſdem in Scotiæ arboribus naſci, fruſtra contenderint.

II. Arbor ex cujus fructibus in aquam delapſis anates prodeunt, Claud.Dureto, qui ejus figuram proponit.

Arborem in Scotia apud Orcades Inſulas reperiri audio, cujus fructus avem Anatum formam habens, producunt, Æneas Sylvius in deſcript. Europæ.

Arbores in Scotia quarum fructus folijs involutus, ſi in aquam decidat, in avem tranſmutatur, quam avem arboream vocát, Seb. Munſterus in Coſmogr. Saxo Grammaticus etiam meminit.

Arborum quarundam fructus ſimiles cono pini, ſi in mare decidant, in aves tranſeunt, quibus etiam in Quadrageſima uti licet, Joh.Boterus in ſua relat. de his etiam Pierius Valerianus in ſuis Hieroglyphicis, & Andreas Thevetus, in ſua Coſmographia.

Fructus oſtraceis non diſsimilis arboribus naſcens, in tanta copia, ut folium vix cerni liceat: par.8.Ind.Occid.deſcr.navig.1. ipſius Drake.

In Guajana, Oſtrea in arboribus, & non in terra creſcunt, quod in India Occidentali & alijs locis frequentiſsimum eſt: quam arborem Thevetus in ſua Gallia Antarctica c.26.deſcribit, addita imagine peregrini cujuſdam fruticis: deſcribitur etiam à Plinio l.13.c.25. par.8. Ind. Occid. in hiſt. Ralegh.

III. Arbor cujus folia ſi decidant ſuper terram, in aves volantes, ſi verò in aquam, in piſces mutantur, Claudio Dureto, qui figuram fingit.

Cornu plantabile.

Coronidis loco de Cornu plantabili quædam ex Hugonis Linſchotani hiſtoria Indica, quæ par.4. Ind. Or. habetur, qui cap.17. hæc refert, in Goa Inſula, ad hujus nominis civitatem, juxta murorum terminos, locus quidam diſcretus eſt, quo omnis generis pecudes mactare ſolent, in quo animalium cæſorum cornua paſſim objecta jacent, non ſolùm ceu nullius apud Indos uſus, ſed præcipuè hanc ob cauſam longius objiciuntur, quod Indis haud exigua contumelia ſit, ſi ei cornu oſtendatur, ædibúſve objiciatur: ita ut cornu oſtendenti, à magiſtratu pœna conſtituta ſit. Hæc cornua, ſi illo loco aliquandiu jacuerint, radices in terram defigunt, medulla ejus in plurima quaſi filamenta diſſecta & protuberante, & hoc modo in ſolum ſe immittente: radix braſsicæ ſimilis: ſicut plures meis manibus evulſi, duas tréſve ſpithamas elongatas, id quod nullo uſpiam terrarum angulo ſimiliter fieri compertum eſt. Hujus cauſam veram & immotam qui ſcrutaretur & aſſequeretur, nemo quod ſciam, uſpiam comparuit: nam & terra, in omni illo confinio, valde ſaxoſa & lapidoſa eſt, &c.

SOLI DEO GLORIA.

CON-

CONCLUSIO.

Cum ad hujus Operis in quo DEI *Opt. Max. admirandam ſapientiam, clementiam ac bonitatem, in tot millibus* PLANTARUM *creandis, velut digito ſolùm demonſtrare voluimus, finem pervenerimus, Tibi* DEUS, *qui ſolus immortalis es, tibi inquam,* TRIUNI *&* UNITRINO *Hygiæ & Panaceæ Parenti, ſit honor & gloria in ſæcula, quòd pro ineffabili tua miſericordia, inexplicabili clementia, inexhauſta bonitate (ut qui ſolus ipſa Bonitas & Sapientia es) mihi miſero peccatori tua gratia adfuiſti, tuoq́ auxilio, ut ea quæ nunc ſupra quadraginta annos, in Plantarum hiſtoria adeò admiranda, ſuſpicienda, vaſto, Oceanoq́ imperſcrutabili ſimili, in qua potentiam tuam, ſapientiam & bonitatem declaraſti, partim varijs & laborioſis peregrinationibus, partim diligenti Botanographorum lectione, partim optimorum virorum communicatione, obſervavi, & obſervata Veterum & Recentiorum lectione comprobari cognovi, in hunc Indicem conferre potuerim. Tibi æterne* DEUS, *quòd me vitâ & beneficijs, toto vitæ meæ tempore adeò clementer affeceris, mihiq́ tuâ curâ ſpiritum ſervas, ſit laus in ſæcula. Inſuper de voto pectore & ſupplex rogo, ut porrò & mentem & intellectum meum illumines, manum meam regas, ut ea quæ ſolùm nomine in hoc opere attigi, & quorum hiſtoriam in* THEATRO BOTANICO, *(cujus Operis hic ſolùm Index eſt) fideliter tradere & abſolvere poſſim, quò ea ad altiſſimi tui Nominis gloriam, ad humani generis utilitatem vergant, cùm ſine Tuo auxilio à nobis nihil, at Tua ope omnia præſtari poſſint. Largire quæſo tuum S. Spiritum, ut miracula tua in Arborum & Herbarum creatione, explicare queam. Tuo enim juſſu, ut cum Sancto tuo Propheta loquar, terra, tertio Creationis die* STIRPES *creavit, Herbas frugiferas, & Arbores fructiferas, quæ ſuo quæquè in genere fructum ederent, & in quibus ſuum ſemen ineſſet in terris: tradidiſti ſexta die homini omnes Herbas, quæ ſunt in omni terræ ſolo frugiferæ, omnesq́ arboreo fœtu præditas Arbores ſemen parientes, quibus ad alimoniam uteretur. Sic beſtijs terreſtribus omnibus, aëriſq́ volucribus, & quæcunque vitali ſpiritu animata in terris moventur, his omnem Herbarum viriditatem ad paſtum dediſti. Quare ô S.* TRINITAS *meo inſtituto clementer adeſſe digneris, quo opus, à multis annis inchoatum, ad felicem finem perducere queam: ſiquidem*

Nullius ſit fœlix conatus, & utilis unquam,
Conſilium ſi non detq́ juvetq́ Deus.

FINIS.

ΤΥΧΗ ΚΑΙ ΠΟΝΩ.

APPEN-

APPENDIX.

ALIQUOT PLANTARUM DESCRIPTIONES ADPONERE LUBET:

Ad pag. 75. poſt Allium Pyrenaicum ponatur.

Allium ſive Moly Virginianum: folijs eſt gramineis anguſtis, palmaribus, nervoſis acuminatis, per margines nonnihil aſperis, & cauliculos ſuperantibus: cauliculis ſemipalmaribus, umbella ceu in Moly luteo inſidet, quam flores plures purpurocærulei oblongis pediculis donati, ijq; trifolij inſident: at umbellæ folia bina oblonga, ut in Allij ſive Moly montani ſpeciebus, ſed latiora, ſubjiciuntur. Hoc Phalangij Virginiani nomine Luteria ex horto Jo. Robini, D. Georgius Spörlinus Baſileenſis, Medicinæ candidatus, in hoc ſtudio verſatiſſimus, unà cum alijs multis, Anno 1622. miſit.

Ad pag. 138. lin. 21.

Botrys ambroſioides Mexiocana: radice eſt oblonga, fuſca, capillaribus fibris cincta, intus candida: caule pedali, etiam altiore, ſed cubitum non ſuperante, eoq; ſubrubente quandoque, rotundo, ſtriato, pilis leviſsimis & rariſsimis aſperſis: folijs pallidè virentibus, Atriplicis ſylveſtris vulgaris forma ſimilibus, oblongis, ſinuatis, pediculis oblongis donatis & abſque ordine caulem ambientibus: ad ſingulorum exortum, ramuli unciales, ut in Atriplice emergunt, pluribus velut capitulis alternatim diſpoſitis, onuſti, quibus ſingulis foliolum exiguum ſubjicitur, quibuſq; apertis floſculi exigui, luteoli, ut in Botry conſpiciuntur, hiſq; ſemen minutum copioſumq; ſuccedit. Planta annua eſt, ex ſemine deciduo ſeſe propagans. Et licet tota planta primo intuitu Atriplicem referat, ita ut Atriplex Mexiocana dici poſsit: attamen propter odorem gravem quidem, ſed non ingratū, & ſaporem aromaticum ad Cuminum accedentem, & propter florum & feminum copiam, ad Botrym referre maluimus: hocq; primum nomine Parote Mexiocani in horto Cl. Doctoris Plateri Anno 1619. crevit.

Ad pag. 141. lin. 34.

Millefolium aquaticum cornutum minus: hoc priore longè minus, quod pro radice fibellas capillares tenuiſsimas habet: ex qua cauliculi palmares, pilo tenuiores quos foliola plura, etiam quovis pilo tenuiora & breviſſima orbiculatim ambiunt, quæ ſimul juncta lentis magnitudinem non equant: ex quorum medio pedicelli tenuiſsimi prodeunt; flores necdum obſervavimus. Hoc in fundo paludum Michelfeldenſium D. Spörlinus, Anno 1621. reperit.

Ad pag. 184. inter Aconitum & Doronicum.

Doronicum Americanum laciniato folio: folia habet atrovirentia nonnihil hirſuta & aſpera, in quinas lacinias diviſa, quarum quælibet uncias quinq; vel ſex longa, duas lata, in acumen deſinit & per margines profundius inciſa eſt: quarum tamen media in ſummitate trifida: caulis eſt rotundus, ſtriatus, lævis, circa cujus ſummitatem folia ex rotunditate acuminata, non quidem laciniata, ſed per margines profundius inciſa: caulis ſumo flos magnus luteus Doronici forma, folijs luteis oblongis diſcum ambientibus, quare ad Doronicum retulimus: licet Aconiti Americani nomine Luteria D. Spörlinus miſerit, (ex horto Veſpaſ. Robini Botanici Luteriani ſeduli, à quo multa nos expectamus) & ad viri altitudinē aſſurgere ſcripſit.

Ad pag. 242. lin. 28.

Lysimachia lutea corniculata: planta eſt ramoſa ad viri altitudinem aſſurgens, forma ad Lyſimachiam latifoliam purpureā ſiliquoſam accedens: hæc ex radice oblonga alba, digitalem craſsitudinem ſuperante, paucis fibris capillata, caulis exſurgit initio rotundus, at ſupra medium, ob plurimos ramos anguloſus, ſubcinereus, lævis, ſtatim à radice in breviores, mox majores ramos, hicque in alios latè expanſos, brachiatus, qui rotundi, pauciſsimis pilis donati,

nati; hinc inde maculis parvis rubentibus variegati, ex quibus tanquam ex poris pilus prodit. Folia ſtatim ad radicem plura, oblonga, palmum ſuperantia, latitudine unciam vix excedentia, quæ craſſa, pallidè virentia, lævia, in acutum deſinentia: quorum inferiora quandoque laciniata, reliqua verò obſcurè ſinuata, per quorum medium coſta alba, ut in Lyſimachia Chamænerion dicta, excurrit: ex alarum finibus pediculus articulatus & rotundus prodit, cujus pars ſupra articulum triuncialis fiſtuloſa, cui flos magnus, flavus, quadrifolius, extra folia effertur: qui cum primo florere incipit, quadrangulus eſt, quo aperto, verùm Sole tantùm lucente, in ejus medio ſtilus conſpicitur, qui viridis ad articulum uſque deſcendit, & apicibus quatuor ſulphurei coloris, crucis in modum diſpoſitis, donatus eſt, quem ſtamina octo circumſtant, quorum quatuor ſingulis folijs adpoſita; alia quatuor ipſis interjecta ſunt: hiſque ſingulis capitulum oblongum albicans inſidet: ipſi verò flori, calycis in modum, folia quatuor oblonga, anguſta, pallida ſubjiciuntur. Flos odoratus eſt, nonnihil ad Keiri, vel potius Liliaſphodeli lutei odorem accedens, ultra diem non perſiſtens; cùm is qui ſub veſperam aperitur, ad ſequentis diei veſperam flacceſcat, unde Ephemerum dici meretur. Flore, cum pedicello ad articulum delapſo, altera pediculi pars ſeſquiuncialis, ſenſim ad uncias binas, etiam ternas oblongatur, & in ſiliquam ſive corniculum abit, & propter ſemen copioſum, nigrum, parvumque quod continet intumeſcit: quod ubi maturuit, ipſa cornicula quæ utrinque ad caulis latera numeroſa ſunt, in quatuor partes dividuntur. Hujus ſemen, Lyſimachiæ Virginianæ nomine anno 1619. Patavio accepimus, quod Vere ſatum, tota æſtate & hyeme ſine caule remanſit: at ſequenti anno, circa Veris finem cauleſcere, & Junio florere cœpit: nunc verò ex deciduo ſemine (annua enim planta eſt) autumno delabente, ſingulis annis in hortulo meo copioſè & uſque in autumni finem floret. Matthioli Ephemerum eſſe ſuſpicatus ſum, ſed cùm nullas, niſi Dioſcoridis, notas adpoſuerit, nil pronunciare licet.

Ad pag. 258.

Lithospermum anguſtifolium umbellatum: cauliculo eſt palmo minore, rotundo, quem folia ſtrictiſsima, oblonga, nonnunquam utrinque bina, ambiunt, in cujus ſummitate flores quaſi in umbella diſpoſiti, cærulei, parvi oblongi, cavi, per ora in quinque crenas diviſi. Hoc ex horto Patavino, ante plures annos D. Heyl, nunc Dantiſci medicus, attulit.

Ad pag. 268.

Virga aurea Mexicana: ex una radice caules plures, nonnihil tamen reclinati, aſſurgunt: circa quos folia palmaria, ſeſquiunciam lata, craſsiuſcula, ſplendentia, in ſummitate tamen multo breviora: ex foliorum alis ramuli prodeunt, quibus flores ſaturatè lutei, ſurſum ſpectantes & unam tantùm caulis partem occupantes, inſident. Lutetiæ in horto Robini D. Spörlinus collegit.

Ad pag. 299.

Vitis Virginiana: folijs eſt Vitalbæ nonnihil ſimilibus, ſed multo latioribus, rotundioribus & tenuioribus, viticulis ſuis alte ſcandens, & ſuis claviculis arbores comprehendens, cujus fructus corymbis hederaceis ſimiles eſſe dicunt. Lutetiæ in horto Robini D. Spörlinus legit.

Vitis Canadenſis nomine, ex eodem horto miſit alterius fruticoſæ plantę folia, tria in uno pediculo, inſtar foliorum Trifolij diſpoſita, pediculo longo glabro, folijs latis, craſsis: quod ſi pediculis aculei additi forent, arboris Coral, quam Cluſius in Append. hiſtoriæ ſuę rar. plantarum deſcripſit, pronunciarem.

Ad pag. 414. poſt lin. 37.

II. Rhus Virginianum: arbuſcula eſt Rhoë vulgari major, folijs multo majoribus, acutioribus, mollioribus & viridioribus, quorum quælibet pinna, uncias quinque & ſex longa ſunt, & ſequentis quod ex Tupinambault habemus, longiora, latiora, profundius crenata & viridiora: folia verò ſuperiora Jaſmini albi folijs ſimilia ſunt: rami ex ſtipite pullulantes, tenella cervorum cornua, ex cranio modo erumpentia, referunt: ſimiliter enim hirſuti ſunt, eundem colorem, eandem figuram habent: ſpicam, Rhoë vulgari multo majorem habet. Ex eodem loco habemus.

Ad pag. 444. b.

Pruno Sylveſtri affinis Canadenſis: frutex eſt ſeſquicubitalis, caule lignoſo, rotundo, atrorubente cortice veſtito, in ramulos brachiato: folia habet Rutæ Hypericoidi ſimilia: flores, Pruni ſylveſtris floribus ſimiles, ſed multo

minores, copioſos, candidos, pediculis oblongis uncialibus & capilli modo tenuibus, caliculis virentibus ſuſtentati, inſidentes; in quorum medio, filamenta plura exigua & tenuiſsima: flos nullo fructu ſuccedente, Lutetiæ in horto Robini decidit: qui Hypericum fruteſcens nominat, & è Canada allatum aſſerit.

Ad pag. 432.

Ricinus Americanus folio Staphiſagriæ: hujus ramum habemus cubitalem ferè, lignoſum, craſſum, rufeſcentem & circa foliorum exortum hirſutum, quem folia pallidè virentia, pediculis oblongis & hirſutie aſperis donata, ambiunt; folia inferiora, ad foliorum Ficus formam nonnihil accedunt & in lacinias quinque diviſa ſunt: ſuperiora verò, quæ Staphidis agriæ folijs ſimiliora, in ternas lacinias ſecta ſunt: omnia verò per circumferentiam crenis acutis exaſperantur & nonnihil pubeſcunt, ita ut attactu mollia ſint: caulis ſummitas in ramulos aliquot villoſos dividitur, quibus flores quinquefolij, ex intenſa purpura rubentes (ut figura pictor expreſsit) inſident. Plura non licet, cùm ſolùm ramum ſiccum, cum figura coloribus illuſtrata, Ricini Americi folijs Ficus nomine anno 1622. Verona ab inſigni Pharmacopœo & Botanico, D. Johanne Pona, una cum alijs elegantiſsimis acceperimus; & quotidie, ex Illuſtr. & Magnifici Dn. Nicolai Contareni Senatoris Veneti, inſtructiſsimo viridario, multa pulchra & exotica, ipſius opera, accipimus: pluraque quotidie ab ejuſdem filio Franciſco Pona, Philoſopho & Medico apud Veronenſes clariſsimo expectamus, & non ſolùm plantas & ſemina; verùm etiam Naturæ πανδεχεῖον Parentis ſui, duplici Indice ab ipſo complexum, veluti nuper ad nos perſcripſit.

APPENDICIS FINIS.

LAVS
COGNITIONIS SIMPLICIUM.

Oribasius XV. Collectan. Cap. I.

Simplicium medicamentorum & facultatum quæ in eis inſunt, cognitio ita neceſſaria eſt, ut ſine ea nemo ritè medicari queat: ita enim magna nobis ſuppetit copia, & nos in quacunq; temporis opportunitate medicamenta facilè comperimus. Valet enim eadem notitia ad compoſita remedia conficienda: præterea verò ad eorum vires Univerſales inveniendas, pertinet, & quod artis eſt apud omnes patefacit.

Aetius Tetrab. II. Sect. IV. Cap. LI.

Omnium ſimplicium pharmacorum vires noſſe oportet eum qui aliquod compoſitum eſt facturus: qui enim eas noverit, etiam eis, quæ ab alijs compoſita ſunt, rectè utetur; maximè cùm indefinitè deſcripta fuerint.

Fernelius in sua medendi Methodo.

Simplicium cognitio, collectio, delectus, expurgatio, conſervatio, præparatio, correctio & miſcendi induſtria ſeorſim ad Pharmacopœos referuntur, ac pertinent: quorum tamen & Medicum imprimis gnarum, peritumq; eſſe oportet, ſiquidem apud artis miniſtros auctoritatem, dignitatemq; ſuam retinere ac tueri velit, quos docere hæc ipſa debet.

ΜΟΝΩ
ΤΩ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΩ
ΘΕΩ
ΤΙΜΗ ΚΑΙ ΔΟΞΑ
ΕΙΣ ΑΙΩΝΑ.

INDEX.

INDEX.

Notandum ubi (a) *habetur columnam primam, ubi* (b) *columnam ſecundam: ubi* (a.b) *utramq;: ubi neq;* (a) *nec* (b) *ſemper primam paginæ columnam denotare.*

ABariga 509 b
Abavo 434
Abelicæa Ponæ 393 b
Abella 507 b
Abelmoluch 432 b
Abelmuſch Ponæ 317 b
Abdelavi Alpini 311 b
Aberas 384 b
Abhel 488 b
Abies 504. Dodon. 493. marina 365. maſcula Theoph. 493
Abrotanoides ſaxea Cl. 365 b
Abrotanũ ejuſq; ſpecies 136. fœmina ejuſq; ſpecies 136 b fœmina, Fuch. 138 b
Abrus Alpini 342
Abſinthium ejuſq; ſpecies 138 arboreſcens 136. dulce 159. marinum 137. montanum ejuſq; ſpecies 139 b
Abſinth. Santonicum ejuſq; ſpecies 139 b
Abſinth. Seriphium ejuſque ſpecies ibid. Seriphium Trag. 105 b
Abſus Alpini 332 b
Abutilon Avicen. 316 b. Ponæ. 317 b
Acacalis Cam. 402 b Dioſc. Amat. 486 b
Acacia ejuſq; ſpecies 392. altera Ang. 394
Acacia Germanica 496 b. Indica 403 b. major Caſtor. 402 b. vera Matth. ibid.
Acaciæ ſuccus 496 b
Acaiou 512
Acantha Hipp. 392
Acanthaleuce Dioſc. 381 b
Acantifolia peregrina Cæſal. 386 b
Acanthioides Col. 379
Acanthium ejuſq; ſpecies 382. montanum Lugd. 382 b
Acanthus ejuſq; ſpecies 383. Germanicæ Trag. 378 b. ſyl. Lugd. 376, 377. vulgaris 157
Acanus Lugd. 380
Acarna ejuſq; ſpecies 379
Accipitrina Cæſ. 105 b
Acer ejuſq; ſpecies 430
Acetabulum Fuch. 287
Acetoſa ejuſq; ſpecies 114
Acetolella Lon. 114 b
Achanaca Thev. 111 b
Achaovan Alpin. 131 b. 134 b
Achillea Matth. 132. Dod. 140 montana Lob. 134
Achilleos Cæſalp. 278 b
Achlades 439 b
Acinaria marina 365. paluſtris 471 b
Acinos ejuſq; ſpecies 224
Aconitum ejuſq; ſpecies 183. batrachoides 182. candidum Lugd. 182. lycoctonum 182 b. pardalianches ejuſq; ſpecies 184. pardalianches Fuch. 167. racemoſum 183 b. ſalutiferum Tab. 167. Geſn. 184
Aconitum Americanũ 520 b
Aconiti lycoctoni genus Lugd. 322
Acorus ejuſq; ſpecies 34
Acorus Theoph. Ang. 274
Actæa Plin. 183 b
Acua potus 24 b. Acuan verum 512 b
Aculeata Lonic. 178 b
Aculeoſa Gazæ 385 b
Acus moſchata Cæſ. 319
Acuta ſpina Caſt. 454 b
Acutella Cord. 389
Adiantum ejuſq; ſpecies 355. album Cæſ. ib. Lob. 358 b. Tab. 356 b. aureum Tab. 356. furcatum Thal. 358
Adiantum nigrum, Cæſ. 356 b Lob. 355 b. Tab. 355
Adonis ejuſq; ſpecies 178
Adoreum Lugd. 21. Dod. 22
Adrachne Theoph. Cl. 460
Adrachla Creteuſ. 460
Ægilops Plinij, Trag. 21. Geſ. 9 b. Matth. Lob. 10
Ægilops arbor 420 b
Ægypiron Crateuæ 389
Ægolethron Plinij 180 b. Geſneri 88 b
Ægopodium Tab. 156
Æquum Gazæ 455
Æra Græcorum 9
Æreomeli 496 b
Æſchinomene 359 b. Plinij 307 b
Æthiopis ejuſq; ſpecies 241
Aga Cretenſium 381 b
Agallochum 393. ſylv. 498 b. quibuſdam 392
Agaricus arboreus 375. ſaxatilis 375 b
Agaluga 439 b
Agavanus Ponæ 20
Ageratum ejuſq; ſpecies 221. Dod. gal. 264. ferulaceum 134
Agiahalid Alpini 479
Agitatorium Gazæ 314 b
Aglaophotis Æliani 323. Guiland. 512 b
Agleofotis Cortuſi 354 b
Agnir Fragoſ. 113 b
Agnus caſtus ejuſque ſpecies 475. Scythica 512 b
Agria Anguil. 425 b
Agrimonia 321 b
Agrimonoides Col. 321 b
Agriocinara Ponæ 384 b
Agriomelea 452
Agriopaſtinaca Belli 153
Agrioſtari Belli 21 b
Ahovay Theveti 434 b
Aypi 91
Ayr Hyacinthus 45
Ayri Palma 507
Aiavve 495 b
Aies Cluſ. 91 b
Aiuga Matthiol. 249. lutea Cluſ. 250
Aizoon arboreſcens 282 b. daſyphyllum 283 b. telephium 109
Aizoo perſimilis Lob. 384
Alabaſtrites Lob. 322
Alaternus Lugd. 276 b
Albabaca Acoſtæ 426 b
Album olus Dodon. 165 b
Alcali Geſ. 289
Alcanna Arabum 476
Alcea ejuſq; ſpecies 316. Syriaca 317. Veneta ibid. veſicaria Dod. 317. villoſa ib.
Alchimelech Alpini 331 b
Alchimilla 319. montana 152
Alcyonium ejuſq; ſpecies 368 rubrum 367 b
Alectorolophos Dalechampij 110. Ang. 163 b. Plinij 238
Alexander Turn. 154 b
Alfaſaſat Avic. 330
Alga Trag. 141 b. ſecunda 193 b
Alga anguſtifolia 364 b bombycina 363 b intibacea Lugd. [illegible] 364. marina Lob. ibid. b minima Cæſ. ibid. tinctoria. 369
Algodon 430
Alhagi Rauvvolf. 394 b manna 497
Alypias Aëtij Ang. 462 b
Alypum Matth. 463 montis Ceti ibid.
Aliſma Cord. 84 Matth. 185 Lugd. 185 Cordi 190 Trag. 220 Lob. [illegible] Guil. 252 b 267 Dioſc. Colum. 242 Cæſ. 244 b alterum Plinij 241. 243. pratorum Col. 241
Aliſma botryodes 186 b 187 folio glabro 188 b ſylvarum Col. 241 b
Alyſſon Antonij Coi Col. 232. Matth. 107 Dod. 201 b. Fracaſt. 238. Col. 250. Dioſc. 201 b. montanum Colum. 249. Galeni Cæſalp. 230. Galeni Cluſij 232. Germanicum echioides 257 b
Alyſſos Geſn. 334
Alyſſon arvenſe album, Taber. 232 b. majus Tab. 233 b. Plinij 333 b. Cæſ. 335 b. trigonum Lugd. 465 b
Alkakengi 166
Allagucy 286
Alleluja Lon. 330 b
Alliaria 110
Allioporrum 74
Allium ejuſq; ſpecies 73. anguinum 74 b. bicorne 74 b. caninum exiguum Tragi 43. can. I. Trag. 74 b. fluviatile ibid.
Allium montanum ejuſque ſpecies 74 b. moſchat. 75 b. ſaxatile, ibid. ſylveſtre 74 b. ſphæriceo capite 74. ulpicum Plin. 74. urſinum ib.
Allium ſive Moly Virginianum

num 520
Alnus ejuſq; ſpecies 428. baccifera ibid. b
Aloë ejuſq; ſpecies 286. ſuccus 495
Alepecuros graminea 328 b. Theoph. Ang. 4 b. montana Lugd. 235 b
Alpenkraut Lon. 236
Alpina Gazæ 429 b
Alſineanthemos Thal. 191 b
Alſine ejuſq; ſpecies 250. alpina Schwenck. 191 b. ejuſq; ſpecies 251
Alſine Cæſ. 122 b. corniculata 204 b. hederulæ 231 b. lutea 252. minima Taber. 108 b. nodoſa 251
Alſine hirſuta ejuſque ſpecies ... myoſotis Lob. 254
Alſine paluſtris ejuſq; ſpecies 251. petræa Tab. 285. purpurea Lugd. 205 b. tridactylites alpina 284 b. verna 210 b
Alſines facie Colum. 122 b
Altercum 169 a
Althæa ejuſq; ſpecies 315
Altiht Avicen. herba 156. ſuccus 499 b
Alubias de Indias 340
Allum Gallicum Scribon. 259
Aman 238
Amaracus ejuſq; ſpecies 224. Galeni 133
Amara dulcis 167
Amaranthus ejuſque ſpecies 120. luteus 264
Amarella Cæſ. 215
Ambare 417 b
Ambela 405
Ambo & Amba 440 b
Ambra dulcis Cluſ. 224
Ambroſia ejuſq; ſpecies 138
Ambroſia Cord. 132. Lon. 136. altera Matth. ibid. Taber. 137 b. montana Lugd. 191. b. Nicandri Ang. 76
Ambulon 459 b
Amedanus 428
Amelanchier Lob. 452 b
Amellus Lob. 267. montanus Col. 265 b. Virgilij Thal. 276 b. paluſtris Col. 267
Amygdalus ejuſq; ſpecies 441
Amygdaloperſicus 440 b
Aminea 498 b
Amirbaris Avicen. 454
Ammi ejuſq; ſpecies 159. parvum 154 b. quorundam Lugd. 386 b
Ammiodes 159. Ammioſelinum ibid.
Ammoniacum 494
Amomis Cluſij 413 b. Dioſc. Cæſalp. 484 b
Amomum Cord. 138. 484 b. Lob. 166. Germanicum 154
Amomum Ang. 412 b. officin. Lob. 412. Cluſij 413 b. Ponæ 413. quorundam Cluſij 411 b
Amomum falſum Geſ. 455 b
Amotes 91
Ampilopraſum 72 b. 74. proliferum 75
Amuſa 507 b
Anabaſis Dodon. 15 b
Anacampſeros Geſner. 287
Anacardium 511 b
Anacok Cluſij 341
Anadendromalache Gal. 315
Anagallis ejuſq; ſpecies 252
Anagyris ejuſq; ſpecies 391
Ananas Lugd. 384 b
Anapallus 458
Anblatum Dodon. 88
Anchuſa ejuſque ſpecies 255. Dod. 256. Cord. ... degener 258. ſylv. Thal. 254
Andirian Rhaſis 480 b
Andrachnes Theoph. 460
Androſace ejuſq; ſpecies 367
Androſace Ang. 219 b. altera Matth. 251. Bellonij 15 b
Androſæmum Lon. 279. ejuſque ſpecies 280
Andryala Lugd. 124
Anemone ejuſq; ſpecies 173. agreſtis Trag. 178 b. alpina 177 b. corniculata 172 b. latifolia 173. limonia Geſ. 49. lutea 177 b. 178. minor Lug. 172. nemoroſa 177. 178
Anemone flore pleno ejuſq; ſpecies 176. ſylv. ejuſque ſpecies 176 b. 177
Anemone tenuifolia ejuſque ſpecies 174. Cordi 178 b. Matthioli 175 b
Anethum 147. Col. 153 b. ſylv. Lacu. 148
Angarathi 240 b
Angelica ejuſq; ſpecies 155
Angelina arbor 449 b
Angiers flos 133 b
Anguria ejuſq; ſpecies 312
Anil herba 113. 342 b. 352
Anime 498 b. Occident. 502
Aniſum ejuſq; ſpecies 159
Aniſomarathrum Col. 152 b
Annona 439 b
Anon Oviedi 434
Anonis ejuſq; ſpecies 388
Anonymos Garziæ 359. Fragoſo 408 b. Cluſij 213 b. altera Cluſ. 466 b. flore coluteæ Cluſ. 471 b
Anonyma radice dentata Colum. 234 b
Anſerina Trag. 321 b
Anteuphorbium 387
Anthedon Theoph. 453 b
Anthemis 135. eranthemos Lugd. 142 b. Dalech. 178. Theoph. 454 b
Anthemon 204 b. phyllodes Theoph. ibid.
Anthera 330 b
Anthyllis ejuſq; ſpecies 282. prima Dioſ. Cæſ. 288 b. altera Cluſ. 249 b. altera Col. 267 b. altera Lugd. 289. montana Lugd. 213 b. falſa Cam. 289
Anthyllis altera Dod. 347. Lobel. 486 b. claviculata Lug. 351. leguminoſa Lob. 332 b
Anthylloides Thal. 289. minor 282 b
Anthora 184. Avicennæ 36
Anthriſcus Lugd. 152 b
Antiphates Lob. 366. Ponæ 366 b.
Antirrhinum ejuſque ſpecies 211. Dioſc. Cæſ. 210. Tragi 100
Antonii herba Geſ. 243 b
Antophylli 411 b
Apataepo 184 b
Apargia Dalech. 127 b
Aparine ejuſque ſpecies 334. major Plin. 257 b
Aparine 334. lævis Thal. 335 b
Apate Dalech. 130 b
Aphaca ejuſque ſpecies 344. Lob. 345 b
Aphace Theophr. Lob. 126. Dioſ. Dod. 345. Plin. 126 b
Apharca Theoph. 476 b
Aphyllantes prima Lugd. 92 b. Lob. 209 b. Anguil. 262. Dod. 273
Aphroſcorodon Geſ. 74
Apiaſtrum Cord. 180. Lob. 229
Apios Fuch. 344. Turn. 162. ejus ſpecies 292
Apium ejuſq; ſpecies 153. cicutarium 161. montanum Geſ. 150 b. ſylvaticum Thal. 150 b. ſylv. Dalech. 152 b
Apochyma 504
Apocynum ejuſq; ſpecies 302 Amati 351. latifol. Cluſ. 294 b. Dioſcor. 303. Syriacum Cluſ. 116
Apollinaris 169
Aquæ ligna in lapides vertentes 421 b
Aquifolia vulgo 425 b
Aquifolium Plinij ibid.
Aquilegia ejuſq; ſpecies 144. minor Lugd. 178 b
Aquilla brava 394 b
Arabis Dod. 106 b. Matth. 109
Araboutan 393
Aracinappil 437
Arachida Cæſ. 88 b
Arachydna Belli 345. Col. 344
Arachidna 90 b. Theoph. Cluſ. 167
Aracle potus 24
Arachus ejuſque ſpecies 345. Fuch. 338 b. latifolius Dodon. 351
Aracus Cæſ. 345 b. Dod. 344. Matth. 343. Tab. 345
Aralda Geſ. 243 b
Arantia marina 369 b
Aratoucon fructus 406 b
Arbor aquam fundens 512 b
Arbores admirandæ 512. ædiculas ſuſtinentes 513. anatiferæ 513 b. ſiliquas ferentes 404. venenatæ 512
Arbor Braſilia 393. citrifolio 465 b. contrariarum facult. 457 b. contra fluxum 408 b. Cochinille 458 b
Arboris cortex ad rheumatiſmos 427 b
Arbor paradyſæa 488 b. peregri. ex Guinea Cluſ. 461 b. Lauroceraſi folio ibid.
Arbor piperis 455 b. pudica 512 b. rupturas curans 458 b ſancta 416 b. ſine folijs 411
Arbor tinctoria 508. triſtis 469. vitæ 488. vitis 401 b
Arbor de rayz 458. eryſipelas curans 499 b. farinifera 508. folijs ambulantibus 512 b. finium regundorum 419 b. fœtida 428 b
Arbor Goa 458. Indica ſtraboni 458. Judæ Bell. 402. Magellanica 461 b. Nepal 458
Arbutus ejuſq; ſpecies 460
Archangelica Cæſ. 94. Tab. 155 b. Cluſ. 156 b. Lob. 231
Arcium Cord. 198
Arcopodium Tab. 100
Arctium 198
Arctoſcorodon Geſ. 74
Arcturus Pon. 240 b
Ardifrigi Avicen. 480 b
Area, Linſcot. 286
Areca 510
Arepas panis 25 b
Argemone ejuſq; ſpecies 172. an Dioſc. 133. Trag. 171 b. Tab. 178
Argemone altera Fuch. 321 b
Argemonia 132. Plinij 133. 321 a, b
Argentaria petræa Geſ. 326
Argentilla Thal. 164 b
Argẽtina Lob. 321. Tab. 248 b
Aria Theoph. 452
Ariena pomum 507 b
Ariſarum Matth. 195. ejuſq; *ſpecies* 196

Ariſto-

Ariſtolochia ejuſq; ſpec. 307. rotunda vulg. Trag. 143 b. rot. vulg. ſimilis Trag. 178 b
Armeria ejuſq; ſpecies 208 b. ſylv. 210
Armoracia Tab. 95 b. Brunf. 96 b. Plinij Lac. 97
Armoraria Lob. 205 b
Arnabum 35
Aromata 407
Arraguero 509. 510
Artemiſia ejuſq; ſpecies 137. marina 139. monoclonos 132. polyclonos 131. ramoſa 133. tenuifolia Fuch. 155. ſecunda Cl. 136. Turcica 138
Arthanita 808
Arthetica Pandect. 260
Arthetica Thal. 333
Arthritica Cam. 241
Artiſi vulgo 274 b
Artiſchochi 383
Artiſchoki ſub terra 277 b
Arturo Cortuſi 350
Arum ejuſque ſpecies 195. Ægyptiacum 196. paluſtre Geſn. 195 b
Arundinacea pinnata Lobel. 387 b.
Arundo ejuſq; ſpecies 17. Indica Guilan. 17 b. ejus ſpecies 18. lithoſpermos Geſ. 258. minima Lugd. 5 b. ſaccharifera 18 b. verſicolor ibid. volubilis 19
Aſa 156. fœtida 499 b
Aſarina Matt. 197 b. Lob. 136 b
Aſarum 197. muri Lugd. 259 b
Aſcalonitis Cæſ. 72 b
Aſcebra magnum Meſ. 290
Aſclepias ejuſq; ſpecies 303
Aſcyrum Cord. 279. ejus ſpecies 280
Aſcolimbros Bellon. 384
Aſcopo arbor 409 b
Aſouzenas Lob. 155
Aſpalathus ejuſq; ſpecies 392. & 394
Aſparagus ejuſq; ſpecies 489
Aſperula ejuſque ſpecies 334. muralis Col. 334 b
Aſperugo Pli. 334. Dod. 257 b
Aſphodelus ejuſq; ſpecies 28. fœmina Fuch. 77 b. Galeni 70 b. liliaceus Tab. 80
Aſplenium Matth. 354 b. ſylv. Trag. 359
Aſſa ſive Tamarindi 403 b
Aſter Atticus ejuſque ſpecies 266. luteus alter, Lugd. ib. cernuus ib. cæruleus Cluſ. 267. conyzoides Lob. 266 b. Peruanus 277 b. purpur. Fuch. 267. non atticus Tragi 167
Aſtergir Rhaſis 415 b
Aſterias 251
Aſtragaloides Dod. 352. herbar. Lob. 349 b
Aſtragalus ejuſq; ſpecies 351. Lugd. 344 b. Column. 351. Monſpeſſ. 349
Aſtrantia 156. nigra 186
Athanaſia 132
Atragene Theoph. 300
Atractylis ejuſq; ſpecies 378. Matth. 379 b. Cypria Lug. ibid. marina 384. ſylv. Tragi 379
Atriplex ejuſque ſpecies 119. ſyl. 118, 119. maritima 120
Avati 25
Avellana ejuſque ſpecies 417. Indica 509 b. Mexiocana 441. purgans 418 b
Avena ejuſq; ſpecies 23. Græca 10. nigra ibid. ſterilis ib.
Avicularia 215
Avornus 428 b
Aurantia malus 436
Aurea mala 167 b
Aurelia Gazæ 264
Aureum malum 436
Auricula Judæ 372. leporis Cæſ. 287 b. Geſ. 278 b
Auricula muris ejuſque ſecies 262. muris Dod. Trag. 254. Cam. 333 b. Col. 263 b. Cæſ. 246 b. 249. major Trag. 129
Auricula urſi ejuſque ſpecies 242
Auzuba 460 b
Axi 102
Azarolus 454
Azavar 286
Azedaraeth 415.

B.

Baccæ Orientales 514 b. ex Virginea 472
Baccharis Alpini 266. Dioſcor. 238. Monſpel. 265. Rauvolf. 264
Bacheku 91 b
Bagolæ Cæſ. 452 b. 470
Bagolarus Guil. 447
Baharas 512
Balador 511 b
Balanus myrepſica 402
Balauſtia 438 b
Ballote 230. criſpa 231
Balſamum ejuſq; ſpecies 400. alpinum 468
Balſami fructus 407. 418 b
Balſamina agreſtis Trag. 228
Balſamina ejuſq; ſpecies 306. altera Col. 307 b. minor 221
Balſamita, Brunf. 226. officinar. Eyſt. 228
Baltracan 157 b
Bambus 18
Bamia 317 b
Banam 508
Bangue 320
Baobab Alpini 434
Baptiſecula 273
Baracocca 442
Barba capre ejuſq; ſpecies 163. capri Cæſ. 183 b. hirci 274. ſylvana Cæſ. 194
Barba caprina minor Geſ. 336
Barba Jovis 390. Cæſ. 397
Barbarea 98 b. minor 101 b. muralis ibid.
Bardana 198
Baryococcalon 168
Baſilicum ejuſq; ſpecies 225. ſyl. 204. aquaticum 129 b
Batan 434
Batatas 91
Bathleſchaia 167 b
Baticula 288. Batis ibid.
Batie Indi 311 b
Batrachion Apuleij Dod. 179. Cluſ. 180
Bavanus 508 b
Baucia 155 b
Baxama 512
Bdellium 503. ejus fructus 510
Beccabunga 252 b
Bedeguar 483
Bedengian 267 b
Been album Geſ. Dod. 205
Been rubrum quibuſdam 165. officin. Guil. 192. quibuſdam 205 b
Behen album & rubrum Arabum 235. Anguil. 151 b
Beidelſar Alpini 116 b
Bella donna 166
Bellan Lugd. 388 b
Bellevidere 212
Bellis ejuſq; ſpecies 261. cærulea 262. lutea ejuſq; ſpecies 162 b. lutea Dalech. 265 b. Plinij 176 b
Belmuſcus Ægyp. Ponæ 317 b
Belzoinum 503
Benedicta Trag. 321 b
Ben Judæum 503. magnum Monard. 418. parvum Monard. 402 b
Ber 433 b. Acoſtæ 499 b
Berberis ejuſq; ſpecies 454
Beretinus fructus 461
Bernacles 513 b
Berula Tab. 252 b
Berhaſe Avic. 408 b
Beta ejuſq; ſpecies 117. ſylv Cord. 191. Plinij 192
Betella 410
Betonica ejuſque ſpecies 235. altilis 206. aquatica 235 b. 236. fœtida 236 b. ſylv. Fuch. 209 b. 210. ſylv. Pauli Quadramio 231 b
Betonica Pauli Dod. 246. Camer. 242
Betre 410
Betula 427
Betulus ibid. b
Bexugo 300
Bezoardica radix 14
Bibinella, Cæſ. 191
Bidens, Cæſ. 321
Bifolium 87. Lonic. 304 b
Biſa radix 259 b
Biſermas Cam. 238
Biſlingua 305
Biſmalva 315
Biſnaga 151
Biſtorta ejuſq; ſpecies 192
Bixa Oviedi 419 b
Blattaria ejuſq; ſpecies 240
Blatterlos Holand. 484 b
Blitum ejuſq; ſpecies 118. Indicum 120. Peruanum 121
Bolbonach 203
Boleti quercus 422 b
Bolunbac 436 b
Bombax 430. humilis 263
Bon vel Ban 428 b. Alp. 474 b
Bonannas 508
Bonduch Ponæ 399 b
Boniama 384 b
Bonifacia 305
Bonus henricus 115 b
Bona Dod. 338. ſylv. 388 b
Boramez 512 b
Boræ 446 b
Borda 289
Borrago 256. minor ſyl. Col. 257 b. minima Lugd. 259 b
Botryo rubrum 191 b
Botrys ejuſq; ſpecies 138
Botrys ambroſioides Mexicana 520
Bourgeſpine 476 b
Brabyla 443
Branca urſina 157. Italica 383. aculeata ibid. b
Braſilium arbor 393
Braſſica ejuſq; ſpecies 110. ſyl. ejuſq; ſpecies 112. marina 295. ſpinoſa 111 b
Braſſica Murciana 359 b. pratenſis Lon. 376
Breſma 412 b
Brindones 434 b
Bryon Plinij 422 b. lactucæ folijs Lob. 364
Bryonia ejuſq; ſpecies 297
Britannica Plin. 101. Ang. 242 b. Cam. 211. Geſner. 110. Geſn. Lob. 205 b. quorundam 233 b
Briza 21 b
Bromos 9 b. 10 a
Brunella ejuſque ſpecies 260. Italica 234 b
Bruſathaer 434 b
Bruſcus 470
Bubonium Hippocr. 159. luteum Tab. 266 b

Buc-

Buccinum Dod. 142 b
Bucranion Cordo 212
Buenes nochos fructus 295
Bugloſſum ſativum ejuſque ſpecies 256. ſylv. Lon. 254. ſyl. ejuſque ſpecies 256 b. echioides 128 b. rubrum Lon. 255
Bugula Dod. 260
Bulapathum Fracaſt. 192
Bulbus æſtivus 47. coronarius 43. crinitus 48 b. cruentus Hipp. 76 b. eſculentus 42. 48. leucanthemus 70. ſolſequius 70
Bulbus eriophorus ejuſq; ſpecies 47. lanatus Cæſ. 48
Bulbus ſylv. Cæſ. 43. ſylv. bifolius Geſ. 45 b. Geſ. 52 b. Fuch. 71. unifolius Cluſ. 56 b. Lugd. 183. vomitorius Matth. 43. Lon. 45 b. 46
Bulbine Plinij 42. 43
Bulbocaſtanum ejuſque ſpecies 162. Coniophyllon Gamer. 161 b
Bulbocodion Theoph. 52 b
Buna 428 b
Buna palla 408
Buncho Avicen. 428 b
Bunias 95. adulterinum 99
Bunium 162. Dalech. 150 b
Buphthalmum ejuſq; ſpecies 134. Fuchſij 135 b. ellebori ſpecies Dod. 186. Lon. 261
Bupleuron ejuſq; ſpecies 278 Nicandri 157. Plinij 159. Hippoc. 165 a, b. anguſtifolium alpinum 277 b
Burſa paſtoris ejuſque ſpecies 108. minor 109 b
Burſa marina Cæſ. 368 b
Buſelinon Plinij 155
Butomus Anguil. 194 b. Cæſ. 12 b. Cluſ. 34 b. Dod. 152
Buxus 471

C.

Cacalia ejuſq; ſpecies 198. Dioſc. quorundam 277. Lonic. 304
Cacaco Guil. 442 b
Cacavate ibid.
Cachiatbor 492 b
Cachos Indorum Lugd. 168
Cachry marinum Cam. 288 b
Cachrys verior Lob. 158
Cacubalum Plinij Ang. 166
Cacubalus Plin. Lugd. 250 b
Cadegi Indi 410
Caiahaba 458 b
Caiova braſſica 11 b
Caious 512
Cairini 402 b
Calale Serap. Lob. 99 b
Calaf Alpini 474 b
Calamagroſtis Trag. 4. 12 b. Lugd. 152
Calamba 393
Calamintha ejuſque ſpecies 228. aquatica Tab. ib. montana Trag. 225. ocimoides Tab. 227. tertia Fuch. 266
Calampart 393
Calamus aromaticus 34. Indicus 18 b. Peruvianus ſpinoſus 387 b
Calathiana verna Lugd. 188
Calceolus Mariæ Lob. 187 b
Calcatreppola Cæſ. 387
Calcitrippa, Cord. 142
Calcifraga Lob. 288
Calendula ejuſq; ſpecies 275. alpina Ger. 185
Calichimathia Ang. 222
Calla Plinij Dalech. 195. 196 b
Callyonimus Geſ. 304
Callitriche Plin. Col. 362
Caltha ejuſq; ſpecies 275. alpina Geſ. Tab. 185. Africana 132 b. paluſtris Cluſ. 276 b
Camarinnas 486 b
Camarronum Rhaſis 293 b
Camelina Dod. 109
Camiri fructus 406 b
Camolanga Cluſ. 311 b
Camotes Cluſ. 94
Cactus Theophr. 383 b
Campanula ejuſq; ſpecies 93. arvenſis Dod. 215. alba ſyl. 294. autumnalis Dod. 188 b cærulea 295. Indica 295 b. lacteſcens Cluſ. 93. lutea linifolia Lob. 214
Campanula hirſuta ejuſque ſpecies 94. ſylv. Trag. 243. 244
Camphora 500
Camphorata Lob 486. Cæſal. 221. quorundam 238 b
Canacorus 19 b
Canada 277 b
Canaria Plinij 1. Plin. Ang. 8
Cancamum 498 b. Græcorum 499
Canella ejuſq; ſpecies 408
Canior 36
Canna Ang. 17. Indica ibid. 19 b. Hieroſolymitan. 18 b. mellea ibid. b. de Bengala ibid. b. ejus fructus 511. fagitivoma 19 b
Canna fiſtula 403
Cannabis ejuſq; ſpecies 320. ſyl. Lob. 232 b. Anguil. 316
Cannabina aquatica Lob. 320
Cantabrica Plinij Ang. 93 b. Turn. 207. Caſt. 295 b. ſyl. Turn. 209 b
Caova potus 428 b
Capillus Veneris verus 355. Tragi 356
Capnos 143. Plinij 178 b
Capotes fructus 435 b
Capparis ejuſque ſpecies 480 Alpini 266
Capparis fabago 480 b
Caprago Cæſ. 352
Caprificus 457 b
Caprifolium ejuſque ſpecies 302. tertia Dod. 451 b
Capriola Leonic. 8
Capſicum ejuſq; ſpecies 101 rotundum Lugd. 187 b
Caput canis vel vituli 211. gallinae Lob. 350. monachi 126 b. Geſ. 343
Caputium, Cord. 111
Carambolas 433 b
Carandas 460 b
Caranna 503 b
Carcapuli 437
Cardamine 104. alpina 104 b. 105
Cardamomum ejuſq; ſpecies 413. Arabum 102. Lac. 146
Cardes radix 91 b
Cardi 458. ſylv. ibid. b.
Cardiaca 230. melica 229 b
Cardiſpermon Tab. 343
Cardones Cæſ. 383 b
Cardopatium Geſ. 380
Carduus ejuſq; ſpecies 376
Carduus acaulis Lob. 380 b. aculeatus Matth. 383 b. æreophyl. Lugd. 382 b. Arabicus 385. avenarius 377 b aven. Lon. 385 b
Carduus benedictus 378 b. bulboſus Lob. 377
Carduus chondrilloides Lug. 385 b. chryſanth. Dod. 384
Carduus eriocephalus Dodo. 382 b. exotici 384
Carduus ferox Lugd. 379 b. fullonum ejuſq; ſpecies 385
Carduus hortenſis 383. Indicus 458. lacteus 381. lanceolatus Tab. 385 b
Carduus Mariæ 381. Monardis 387 b. monſtroſus 379 b. muricatus Cluſ. 387
Carduus mollis ejuſq; ſpecies 377 b. pitahaia Lugd. 384 pratenſ. 376
Carduus ſanctus 378 b. ſylv. Cæſ. 382. ſylv. Dod. 385. ſolſtitialis 387 b
Carduus ſphærocephalus ejuſque ſpecies 381. ſpinoſiſſ. ejuſq; ſpecies 385. ſtellatus ejuſq; ſpecies 387. ſtellatus Lob. 272
Carduus tomentoſus 382. vulgaris Matth. 379
Carduncellus 386. Cæſ. 131
Carex 11 b. Lon. 6 b. 15. altera Lon. 12 b. Lugd. 6
Caryophyllata ejuſq; ſpecies 321. Veronenſium 243 b
Caryophyllus ejuſque ſpecies 207. barbatus ejuſq; ſpecies 208 b. 209. carthuſian. 208 b. 209. cæruleus ibid. b.
Caryophyllus hortenſis ſimplex ejuſq; ſpecies 208. arboreſcens ibid. b. virgineus Tab. ibid. b. montanus Lobel. 211. pumilio Cluſij 206 b
Caryophyllus holoſtius ejuſque ſpecies 210 b
Caryophyllus Indicus ejuſq; ſpecies 132. Saxatilis ejuſq; ſpecies 211. ſimplex laciniatus ejuſq; ſpecies 209 b
Caryophyllus ſylv. ejuſq; ſpecies ibid. prolifer ibid.
Caryophyllus aromatic. 410. Plinij Imper. 412 b
Caryotæ 506. 509
XVII. Gramen maritimum fluitans cornutum. Ex radice exili capillata, culmus tenuiſſimus, geniculatus, cubito longior producitur: ex quolibet geniculo, folia juncea, communiter bina, culmum baſi lata, inſtar veſicæ, ambientia, in latus ſparguntur, indeque cauliculus unus aut alter educitur, & tandem in capitulum membraneum finit, quod in foliola bina, terna, rarius quaterna, anguſtiſſima, in latus reflexa, & cornuta deſinit. Tota planta, ſtagnis Monſpelienſibus mari finitimis, innatat.

* Gramen criſtatum.



XVIII. Gramen ſpica criſtata lævi, vel gramen criſtatum. Radicum capillamentis plurimis oblongis albicantibus abundat, quæ in unum veluti ceſpitem coëuntia deorſum repunt: culmis eſt pluribus ſequicubitalibus, geniculis paucis donatis: foliis brevibus anguſtis, & circa caulem paucis, uncias quatuor vel quinque longis: ſpicam habet tenuem oblongam, pallidè virentem, quæ galli criſtas plurimas, vel ſemen capitis gallinacei dictæ plantæ refert, cujus nomine criſtatum in Phytopinace appellare placuit: quod nomen & D. Lobelius in Adver. parte alt. probavit, gramen criſtatum Caſp. Bauhini nominans. Provenit in prato infra patibulum, aliquando ad mœnia Baſilienſia.

Idem, ſed ſpica elegantiore & denſiore, in monte Waſſerfall & Monſpeſſuli obſervavimus: ſimile ei ex Anglia D. Lobelius, multis annis poſt, miſit.


XIX. Gramen ſpica criſtata ſubhirſutum. Hoc à priore differt, radicum capillamentis ruſeſcentibus, culmis tenuioribus, parte inferiore levi lanugine aſperſis & humilioribus: foliis longioribus: ſpica candicante, minus compacta, nec ita eleganter criſtam exprimente: quod in dumetis circa Cliben copioſe provenit.

XX. Gramen ſpicatum anguſtifolium montanum. Hoc à gramine caryophyllato pratenſi differt foliis, quæ anguſtiſſima; cauliculis, qui in hoc tenuiſſimi, plures & longiores: & loco, cum hoc ſolum in montoſis, Majo m[illegible] proveniat.


XXI. Gramen ſylvaticum anguſtifolium ſpica alba. Ex radice rufa, transverſa, fibræ capillares deſcendunt, & folia plura, capillacea, palmaria, etiam breviora, rarius longiora exurgunt, una cum culmis tenuiſſimis, ipſis foliis plerumque brevioribus, quibus ſpica ut plurimum ſimplex, candida, exiguis ariſtis donata, unciam vix ſuperans, inſidet: quod in ſylvis humidis Huningenſium reperitur.

Gramen

Gramen ſpicatum folio aſpero.



Gramen caryophyllatum montanũ ſpica varia.



Gr[illegible]men ſpicatum folio aſpero, in hiſtoria Lugd[illegible]ſi, nomine graminis ſpicati Dalechampij proponitur, cujus figuram perfectam adponere placuit.


XXII. Gramen caryophyllatum nemoroſum ſpica multiplici. Radice eſt ex fibris capillaceis rufeſcentibus compoſita, ex qua, tanquam ex ceſpite, folia ſemipalmaria, etiam breviora, Vetonicæ caryophyllatæ ſimilia, prodeunt: inter quæ culmi quam plurimi capillacei, nudi, folia aliquando ſuperantes, ſpicas multas breviſſimas & rufeſcentes ſuſtinentes, exurgunt. Hoc in umbroſis & humidis ad Birſam & Wieſam reperitur. Huic non multum diſſimile, ſed radice magis geniculata, in via Riehana ad ſepes ad ſiniſtram reperitur.

XXIII. Gramen caryophyllatum montanum ſpica varia: Radicibus eſt parvis, fibroſis, oblongis, nigricantibus, ex quibus inſtar ceſpitis folia, aliquando palmum longa, anguſta, ut in gramine ſpicato caryophyllatæ foliis prodeunt: inter quæ culmi plures, tenues, foliis nudi, in ſummitate ſpicam modo divulſam, modo compactam ſuſtinentes. In noſtræ urbi vicinis collibus reperitur.

XXIV. Gramen ſpicatum foliis & ſpicis hirſutis mollibus. Radice eſt arundinacea tranſverſim repente, paucis fibris capillata, ex qua culmi molles cubitum ſuperantes, foliis oblongis, anguſtis, ſpicas ſuperantibus, & molli lanugine aſperſis, quaſi per tubulos tranſeuntes, exurgunt: quorum ſummo ſpica anguſta, uncias duas longa, mollis, modo ſimplex, modo gemina, rarius triplex, alternatim diſpoſita, inſidet.

Hoc in arenoſis ad Birſam reperitur.

Gramen typhoides maximum ſpica longiſſima.



Gramen alopecuroides, ſpica aſpera.



XXV. Gramen typhoides maximum ſpica longiſſima. Ex radice parva, nodoſa, cui fibræ exiguæ & plurimæ adnatæ, culmus exurgit rectus, ſeſquicubitalis, internodiis rarioribus diſtinctus, qui in ſpicam rectam, teretem, palmarem, vireſcentem, in maturitate albicantem, tactu mollem, deſinit, utriculis ariſtas oblongiuſculas & copioſas exhibentibus. Inter fruteta circa Gœppingam Ducatus Wittembergici primum, dein non longe Baſilea, in ſepibus agrorum inter Michelfelden & Huningen, & in ſalicetis Michelfeldæ legimus.

XXVI. Gramen phalaroides minus, ſive Hiſpanicum: hoc foliis eſt oblongis, anguſtis, viridibus, quorum unum vel alterum, culmos cubitales, tenues, tubi inſtar cingit: in culmorum ſummo ſpica Phalaridi ſimilis, ſed anguſtior, uncias tres longa, inſidet: nec radicem, nec ſemen vidimus: & nomine Phalaroidis alterius Hiſpaniæ, D. Gillenius, tranſmiſit.

XXVII. Gramen phalaroides ſpica molli, ſive Germanicum: culmo eſt cubitali, prioris craſſiore, uno alterove geniculo diſtincto: folio uno vel altero, eoque brevi, culmum ambiente, cujus ſummo, ſpica biuncialis, prioris anguſtior, cinericei coloris, ſplendens & mollis inſidet. Hoc Ulmenſes, apud quos provenit, à colore, Onocordon appellare intelleximus.

Gramen alopecuroides, ſpica aſpera, nomine Graminis echinati apud Lugdunenſem deſcribitur, quare ſolum figuram meliorem addere voluimus.

XXXIII. Gramen tomentoſum alpinum & minus. Ex radice parva inutili, calamus raro dodrantem ſuperans, foliis duobus tribusve veſtitus exurgit, cujus ſummitati pappus ſubrotun-

rotundus inſidet. Provenit in Helvetia, in D. Bernhardi monte minore ad lacum: ex Rhoetia D.Burſerus attulit.

XXIX. Gramen ſparteum Baſilienſe,ſive capillaceo folio majus.Ex radice fibroſa, culmi plures exurgunt,qui ſtatim in folia capilli inſtar anguſtiſſima, in acumen molle faſtigiata, palmum,ſæpe pedem altiora,abſumuntur: nec paniculam,nec ſpicam obſervavimus. Tota planta inſigniter viret, & ex multis plantis ſimul junctis ceſpes conſtituitur: in paludibus Michelfeldæ provenit: uti mihi anno præterito M.Hagenbachius, una cum aliis Graminibus plurimis,oſtendit.

XXX. Gramen ſparteum Hollandicum, ſive capillaceo folio minus.Hoc pro radice fibellas tenuiſſimas albas habet: folia copioſa, capillacea, pallida,trium quatuorve unciarum, inter quæ culmi tenuiſſimi,palmo altiores, uno alterove internodio donati & pene nudi: efferuntur, qui paniculam pallidam divulſam ſuſtinent, & communiter plures ceſpitem conſtituunt. Nomine Sparti Hollandici ex ſylpa Hagana D.Weckerlinus miſit.

XXXI. Gramen ſparteum Monſpeliacum capillaceo folio minimum: Radicem habet ex fibris albis,oblongis,capillaceis compoſitam: folia capillacea, uncialia: culmos tenuiſſimos,nudos,trium quatuorve unciarum: paniculas parvas ex locuſtis minimis compoſitas & per maturitatem ruſeſcentes: quod Monſpeſſuli in agris æſtivo tempore reperitur.

XXXII. Gramen ſparteum ſetas equinas referens. Hoc album eſt,& ex radice alba ſetarum inſtar folia cubitorum quatuor longa producit,quæ forma,& tenuitate,& robore,caudam equinam,ejus quæ ſetas referunt: ex quibus Iavæ inſulæ incolæ,tapetia texunt. Cujus forte mentio fit in C.Cluſij curis poſterioribus, ſub Herba, Sparto Hiſpanico non abſimili.

Sic ex Inſula Virginea,arboris eujuſdam cortex candidiſſimus,in pili tenuitatem diviſus adfertur, è quo incolæ pannos texunt: hunc corticem à D.Gillenio, Gramen vero à D.Saltzmanno accepimus.

XXXIII. Gramen ſparteum variegatum: hoc foliis eſt quatuor vel quinque unciarum, rotundis, variegatis, quorum alternatim pars una viret,altera rubet:quod primo vere in Franckenhuſiis montibus copioſe reperiri,D.Iungermannus anno 1602. ſcripſit, & colorem cultura mutare monuit,ſpartiq; nomine,ſolum folia, miſit.


XXXIV. Gramen foliolis junceis brevibus majus,radice nigra. Ex radice capillata, nigra,folia juncea, rarius duas treſve uncias ſuperantia,prodeunt: inter quæ culmus tenuiſſimus, pedalis,lævis,cujus ſummo glumi minimi,quẽadmodum in gramine exili duriore,alternatim diſpoſiti ſunt:ad mœnia urbis noſtræ legimus.

XXXV. Gramen paluſtre junceum racemoſo ſemine:foliis eſt paucis junceis, culmo cubitali,ex cujus ſummitate,inter bina foliola,veluti racemus parvus propendet: in aquoſis circa Francofurtum ad Oderam D. Fleiſcherus collegit, & anno 1605. communicavit.

Gramen junceum folio articulato aquaticum.




Gramen iunceum folio articulato cum utriculis.



Gramen junceum folio articulato aquaticum: etſi pro aquatico altero à Lobelio, aquatico à Tabernæmontano pingatur; verum cum foliorum articuli non exprimantur, novam pro Theatro noſtro ſculptam, addere viſum fuit: & cum poſt fœniſecium, caulis palmaris exurgat, cui raro capitula corymbacea inſident, ſed utriculi unciales paleacei, in capillamenta fiſci, modo virides, modo purpuraſcentes, idcirco figura exprimi curavimus.

Gramen montanum junceum capite ſquamoſo.



XXXVI. Gramen montanum junceum capite ſquamoſo: Radice eſt parva, fibroſa, circa quam folia bina, ternave ſemipalmaria: culmus junceus, lævis, enodis & nudus, pedem ſuperans: cujus ſummo capitulum inſtar Phalaridis ſquamoſum in apicem deſinens, ex albo leviter ruſeſcens, inſidet: cui utrinque foliolum rigidum ſubjicitur; quorum longius, unciam ſuperans, deorſum vergit, alterum quod triplo brevius, recta effertur. In Baldi montis ſummitatibus legimus.

XXXVII. Gramen junceum minimo capitulo ſquamoſo: Radiculæ capillares ſunt, folia pauca capillacea, unciarum fere duarum, inter quæ culmi unciarum quatuor vel quinque exurgunt, in quorum fere ſummo capitulum unicum minutiſſimum ſquamoſum rufeſcens, cui culmi apex ſupereminet. In aquoſis circa Altorffium Noricorum, unde D. Doldius miſit: & Francofurti ad Oderam, provenit.

XXXXIII. Gramen junceum minimum alterum: à priore differt potiſſimum capitulis, quæ & ſummo cauliculo inſident, & ſquamoſa non ſunt: in foſſis Patavinis, aqua defluxa, reperitur.

XXXIX. Gramen junceum minimum maritimum. Tota planta dodrantem non ſuperat, ceſpiti ſimilis, ex cujus ſingulis radiculis, ſinguli cauliculi exurgunt, foliolis capillaceis paucis cincti, qui exiguis utriculis donantur: hoc in Zeelandiæ maritimis ad oppidum Gous, D. Gillenius collegit & tranſmiſit.

XL. Gramen cyperoides latifolium ſpica ſpadiceo viridi majus: Radice eſt oblonga multiplici, rufa, mire capillata, caulibus triangulis, cubito minoribus: foliis arundinaceis, pedalibus, & quam in vulgari anguſtioribus: ſpicis ternis, quaternis, rarius quinis, alternatim ſuccedentibus, anguſtis, trium quatuorve unciarum longis, coloris ſpadiceo-viridis, quarum primę ſemper folium oblongum anguſtiſſimum ſubjicitur. Hoc in humidis ad Sellam novam Monſpeſſuli primum vidimus: dein ex Luſatia, à D. Franco Graminis Spravvaldenſis nomine accepimus.

XLI. Gramen cyperoides anguſtifolium ſpica ſpadiceo-viridi minus: Radice eſt breviore, lignoſiore, parum fibroſa, & rufa: caule triangulo, pedali: foliis anguſtis, duris, ſemipalmaribus, in acutiem deſinentibus: ſpicis aliquot anguſtiſſimis, oblongis, ſpadiceo-viridibus, alternatim diſpoſitis, & pediculis longis capillaceis inſidentibus, quod Aprili menſe circa Birſam reperitur. Aliquando tamen altius exurgit.

XLII. Gramen cyperoides ſpica pendula longiore & anguſtiore. Caule eſt cubitali, anguloſo, ſtriato, foliis oblongis, anguſtis, baſi oblonga, caulem inſtar tubi veſtientibus, ex quo veluti tubo, ſpicæ ſingulæ, uncias quatuor vel ſex longæ, anguſtæ, prodeunt & propendent; ipſum vero folium cuilibet ſpicę ſubjectum, oblongum eſt. Hoc locis humidis circa Thermas Aponenſes Patavinorum creſcit.

XLIII. Gramen cyperoides ſpicis minoribus minuſq; compactis. Ex radice fibroſa, lignoſa tamen, folia prodeunt anguſta, graminea palmum longa, inter quæ caulis ſeſquicubitalis, tri-

quetrus, ſubaſper, & magna ex parte nudus exurgit: in cujus ſummo, ſpica parva divulſa, & quaſi aculeata conſiſtit, quæ ſemina oblonga, ſubnigra, in aculeatum cuſpidem deſinentia, continet.

Hujus tres differentias notavimus: 1. eſt latioribus & longioribus foliis, ſpicis majoribus, & ad rivulum molendinarium urbis noſtræ trans Rhenum reperitur. 2. à priore rarioribus & minoribus ſpicis differt, & in via Riehana ad ſepes creſcit. 3. foliis eſt anguſtioribus, brevioribus, ſpicis inter duas priores mediis, quod Patavii locis humidis anno 1578. collegimus, & cum D. Guilandino oſtendiſſemus, Iſchæmon Plinii cenſuit, quod non probamus: idem ſed per omnia minus anno 1579. Monſpeſſuli in humidis invenimus, quod gramen cyperoides nominabant.


XLIV. Gramen arundinaceum plumoſum album. Radice & foliis eſt arundinaceis, & in arundinis altitudinem excreſcit: caule anguloſo albo, paniculam arundinaceam, ramoſam, palmarem, albam, mollem, ſplendentem, inſtar ſerici albi ſuſtinet. Non longe Monſpelio, circa Perault & Magolanam reperitur.

XLV. Gramen nemoroſum paniculis albis capillaceo folio: ceſpitis inſtar gramen hoc exiſtit, quod ex radicibus capillaceis, folia copioſa, viridia, pilis tenuiſſimis ſimilia, pedem longa, emittit: inter quæ culmi tenues geniculati, cubitales, aliquando ſeſquicubitales, pene nudi, in paniculam rariorem albicantem, palmo minorem, ex glumis parvis ariſtis donatis compoſitam, abeunt: in Querceto non longe Michelfelda copioſe provenit.

XLVI. Gramen holoſteum alpinum minimum: Tota plantula uncias tres non ſuperat, foliis capillaceis uncialibus, cujus culmis capitula paleacea inſident, copioſe in Helvetia, in S. Bernhardi monte minore, provenit.

Graminis

Gramen hirſutum latifolium minus juncea panicula.




Gramen hirſutum capitulis pſyllii.




GRAMINIS hirſuti differentiæ ſunt plures: eſt latifolium majus ab aliis deſcriptum: eſt minus juncea panicula, magnitudine potiſſimum à priore differens, cujus figura adpoſita: eſt & capitulis pſyllii, quod exile hirſutum cyperoïdes Lobelio dicitur, cujus hic exactior figura exhibetur: eſt denique hirſutum anguſtifolium majus hic deſcriptum; & minus, quod gramen Leucanthemon in hiſtor. Lugdun. dicitur.

XLVII. GRA-

Gramen hirſutum anguſtifolium majus.



Gramen ſpica ſubrotunda echinata.



XLVII. Gramen hirſutum anguſtifolium majus. Ex radice exigua fibroſa, rufeſcente, culmus unicus, cubito altior, ut plurimum lævis, exurgit, in cujus ſummitate panicula alba, mollis, lexiter ſparſa, ex multis laminulis compoſita, in quarum qualibet ſemina minuta, ſubnigra & ſubrotunda: foliis eſt paucis, anguſtis, palmaribus & villoſis (ſculptor in pilis exprimendis lapſus eſt) aliquot culmum cingentibus: ipſi vero paniculæ, utrinque folium tenuiſſimum ſubjicitur, quorum alterum panniculam ſuperat, alterum non adæquat. Provenit in noſtris paludoſis pratis Michelfeldenſibus.

XLVIII. Gramen ſpica ſubrotunda echinata, vel gramen echinato capitulo. Radice eſt capillacea, alba, foliis paucis anguſtis, tactu ſubaſperis, duarum triumve unciarum, inter quæ culmi feſtucarum inſtar læves, uno alterove folio cincti, prodeunt: & quidem terni, vel quaterni, ſed altitudine inæquales, alter enim duarum, alter trium quatuorve, alter ſex unciarum: quibus ſingulis capitulum unicum, inſtar tribuli echinatum & ſpinoſum, inſidet: flores & ſemina non obſervavimus.

Hoc locis ſterilibus circa Monſpelium creſcit; idem ſed majus ex Hiſpania D. Albinus attulit, quod videtur clariſſ. Columnam gramen echinatum tribuloides appellaſſe.

XLIX. Gramen ſpica plana echinata. Plantula palmaris eſt, radicula ex fibellis albis cōpoſita;

ſtra ex qua foliola capillacea, pauca, unciam longa, & feſtuca tenuiſſima, prodeunt: ſpicam habet uncialem, planam, quæ ex utriculis minutiſſimis ariſtas acutas emittit: ex Hiſpania D. Albinus attulit.

L. Gramen montanum panicula miliacea ſparſa. Ex radice fibroſa rufeſcente, folia pauca, anguſta, uncias quatuor vel quinque longa, una cum culmo tenuiſſimo cubitali, uno alterove folio veſtito, exurgunt, in cujus ſummo panicula ſparſa, ex locuſtis minutiſſimis compoſita: in monte Creutzacenſi provenit.


LI. Gramen arundinaceum panicula miliacea: Ex radicibus fibroſis albis, unus & alter culmus cubitalis exurgit, quem parte inferiore folia arundinacea unciarum trium cingunt. At partem ſupernam duobus nodis diſtinctam, folia duo anguſtiora, longioraque veſtiunt: in cujus ſummo panicula trium unciarum, milii paniculæ ſimilis: in agris Patavinis reperitur, & à gramine miliaceo à Lobelio propoſito plane diverſum eſt.

LII. Gramen arundinaceum Sorghi panicula ſparſa. Hoc culmis eſt cavis, magna ex parte reclinatis, ita ut capillaribus radicibus terræ affigantur, qui per folia (quæ longiora & anguſtiora quam in priore) veluti per tubum tranſeunt, & in ſummo paniculam fere palmarem, ſparſam, parvis utriculis donatam, ſuſtinent. Locus natalis memoria excidit.

Gramen latifolium ſpica triticea compacta.



Gramen anguſtifolium ſpica tritici muticæ ſimili.



LIII. GRAMEN latifolium ſpica triticea compacta: Culmo eſt ſeſquicubitali, uno alterove geniculo diſtincto, foliis frumentaceis, pedalibus, ſpica triticea, palmari, lata, glumis acutis carens: Baſileæ, ad agrorum margines.

LIV. GRAMEN latifolium ſpica triticea divulſa. Hoc à priore, ſpica potiſſimum differt, quæ in ſpicas diſtinctas & anguſtas divulſa eſt, & ſibi invicem alternatim in culmo ſubſequuntur, quarum utriculi breviſſimis ariſtis armantur: in Italia ad agrorum margines.

LV. GRAMEN anguſtifolium ſpica triticea compacta: Hoc foliis eſt anguſtioribus, ſeſquipalmaribus rigidis, acuminatis & albicantibus: culmo lævi, rotundo, ſtriato, ſeſquicubitali: ſpicis palmaribus, compactis: utriculis rigidis & acuminatis. Baſileæ, ad ſepes locis aridioribus extra portam Blaſianam.


LVI. GRAMEN anguſtifolium, ſpica tritici muticæ ſimili. Radicibus oblongis, geniculatis, nodoſis candidis ſerpit: culmis eſt ſeſquicubitalibus, rotundis: foliis junceis, oblongis, duris, in acumen faſtigiatis: ſpica oblonga triticea, ei Tritico, quod aliis ſpica mutica dicitur, ſimili: glumis paucis, oblongis, ariſtis carentibus. Locis arenoſis circa Baſileam, ut ad Cliben provenit. Waitzengras appellare lubet, quod in Phytopinace ſub gramine arundinaceo ſpica triticea poſuimus: & Lobelius in Catalogo Graminum, quem adverſ. p. 2. addidit, gramen frumentarium, ſegetaleve triticeum, ſive triticea ſpica Caſ. Bauhini nominat.

LVII. GRAMEN ſpica ſecalina: ipſi Secali ſimilimum: calamo eſt tricubitali, lævi geniculato & pallente: foliis paucis longiuſculis: ſpica uncias quatuor longa, oblongis ariſtis armata: quod Baſileæ, in agris frumentaceis frequenter reperitur.

Gramen ſpica brizæ majus.



Gramen maritimum panicula loliacea.



LVIII. GRA-

LVIII. Gramen ſpica brizæ majus. Radicibus & culmis eſt frumentaceis, foliis anguſtis, ſpicis palmaribus, multiplicibus, utriculis ariſtis brevibus armatis, floſculis, ut in tritico, luteolis: Tota planta ad viri altitudinem aſſurgit, & apud nos locis acclivibus ad Rheni ripam, & ad montis Crentzazenſis aſcenſum provenit.

LIX. Gramen ſpica brizæ minus: Tota planta palma minor eſt, radice exili, fibroſa, foliolis ad radicem brevibus, mollibus, caneſcentibus, ſpica unciali, quæ modo ſimplex, modo gemina & terna, utriculis ariſtis armatis: in agris Monſpelienſ. D. Saltzmannus legit.

LX. Gramen loliaceum latifolium ſpica anguſtiore: Ex radice alba, arundinacea, fibroſa, culmi aliquot bicubitales exurgunt, foliis paucis, latiuſculis, oblongis cincti, quorum ſummo ſpica anguſta, uncias quatuor vel quinq; longa, Phœnici vel Hordeo murino ſimilis. Baſileæ circa Cliben, longioribus & brevioribus foliis varians, reperitur.

LXI. Gramen loliaceũ minus, ſpica ſimplici: Ex radice capillacea, cauliculi plures, rotundi, duri duarum unciar. & etiam ſemipalmares, foliis paucis, anguſtis & brevibus cincti, exurgunt, quib. ſpica duarum unciar. anguſta, lolio ſimilis, inſidet: in agris Monſpelienſibus frequens eſt.

LXII. Gramen loliaceum minus ſupinum ſpica multiplici. Hoc majori ex parte repit, & cauliculis eſt multis, unciarum quatuor, foliis paucis, & ſpica multiplici, cujus utriculis ſemen parvum oblongiuſculum includitur; & hoc apud Monſpelienſes provenit.

LXIII. Gramen maritimum panicula loliacea. Ex radicibus capillaceis, cauliculi plures, rotundi, recurvi, altitudine impares, palmo inferiores geniculati, foliis paucis, anguſtis, oblongis cincti, exurgunt, paniculam loliaceam, trium quatuorve unciarum, ſed ramoſam, ſuſtinentes: locis maritimis circa Monſpelium, unde D. Saltzmannus attulit, provenit.

LXIV, Festuca graminea glumis vacuis. Ex radicibus fibroſis ſimul junctis, culmi aliquot geniculati, pedales, ad radicem lanugine pubeſcentes, foliis anguſtis, paucis donati exurgunt, qui glumos plurimos, læves & vacuos, filamentis tenuiſſimis adpendentes, partim virides, partim ſpadiceos, ariſtis oblongis donatos, ſuſtinent: hæc apud nos in tectis & muris creſcit: & cum glumi longis filamentis adpenſi ſint, facile à quovis vento agitati, tremunt, hinc Monſpelienſibus gramen tremulum dicitur.

Hęc aliquando, apud eoſdem, glumis paucioribus & ariſtis longioribus & recurvis in agris reperitur, & feſtuca graminea ariſtis incurvis, nominari poteſt.

LXV. Festuca graminea effuſa juba. Hæc altius exurgit, caule viridi & rotundo, qui in jubã pedalis longitudinis effunditur, cujus glumi anguſtiores & longiores, brevibus ariſtis cincti, pediculis capillaceis, oblongis inſident, qui per maturitatem albicant: inter ſegetes reperitur.

LXVI. Festuca junceo folio. Ex radice parva, fibroſa alba, folia pauca, juncea, ſemicubitum longa, ut & culmus rotundus, cubitalis exurgit, qui in paniculam avenaceam, ſed anguſtiorem, albam, anguſtam, deſinit, quæ ex oblongo folliculo (à folio conſtituto) paniculam longe ſuperante, prodit: cujus glumi rari, ariſtis longiſſimis & argenteis donantur. In Valeſia ad paludem urbis Sedunenſis copioſe provenit, unde D. Burſerus nobis attulit.

LXVII. Festuca junceo folio ſpica gemina. Hæc culmo eſt ſeſquicubitali, rotundo, geniculato & ramoſo, cujus ſummitati ſpicæ vix unciã longę, molles, ruſeſcentes, ariſtis oblongis armatæ, Iſchæmo gramini villoſo ſimiles, inſident, & ſemper duæ ſimul, uni oblongo pediculo inſidentes, junguntur: folia habet juncea, longa, inordinate diſpoſita. Locus natalis excidit.


LXVIII. Festuca pratenſis lanuginoſa: ex radice capillacea, ruſeſcente, folia multa, anguſta, pedalia, una cum culmis tenuibus, bipedalibus, foliaceis, molli & pauca lanugine (culmi potiſſimum) aſperſis, exurgunt: ſpica eſt oblonga, anguſta, ex glumis oblongis, ariſtis donatis compoſita, & quaſi in paniculam parvam expanſa. Baſileæ paſſim in pratis.

LXIX. Festuca dumetorũ. Ex radice capillacea nigricãte, culmi plures geniculis diſtincti, pauciſſimis pilis aſperſis, duorum triumve cubitorum, foliis oblongis, anguſtis cincti, exurgunt, in quorum ſummo ſpica oblonga, locuſtis raris, oblongis, cauli proximis, & ariſtis armatis conſtans: Iulio menſe, in dumetis circa Birſam, verumetiam in vepribus, locis ſicciorib. provenit.


LXX. Festuca dumetorum anguſtiſſimis & piloſis foliis: Radix eſt albicans, ex durioribus fibris

bris compoſita: ex qua calami aliquot tenues, uno alterove geniculo diſtincti & pene nudi, exurgunt: folia ſunt brevia, anguſtiſſima, levi molli que lanugine hirſuta: calamorum ſummitati veluti panicula, ex ſpicis pluribus compoſita, quarum quælibet capillaceo pediculo inſidet, multis glumis ariſtis & candicantibus conſtans: provenit in dumetis circa Cliben.

Gramen montanum avenaceum locuſtis rubris.




Gramen avenaceum lanuginoſum glumis rarioribus.




LXXI. Gramen montanum avenaceum locuſtis rubris: Ex radice tenui, repente, alba, fibris capillarib. utrinq; donata, culmus ſimplex, lævis, pene cubitalis (rarius ex una radice plures exurgunt) circa radicem purpuraſcens, qui quaſi in ſpicam tenuem deſinit, cujus glumi ut plurimum ab una parte ſiti ſunt, & foris ex nigro purpuraſcunt, intuſque albi ſunt, in quorum medio utriculus parvus, candidus, pedicello donatus, ſemen minutum continet: foliis donatur paucis, anguſtis, acuminatis, circa radicem brevibus, at circa culmum, quem duo triave cingunt, longioribus communiter ſpicam ſuperantibus. Iulio & Auguſto, hinc inde in montoſis & umbroſis, circa arcem Richenſtein, in monte Mutero Baſileenſium, & monte Crentzacenſi reperitur.

LXXII. Gramen avenaceum lanuginoſum glumis rarioribus. Ex radice fibroſa, folia juncea oblonga, & culmi plures, juncei, cubitum ſuperantes, paucis foliis donati, exurgunt, in quorum ſummo glumi rariores, albi, lanuginoſi, utriculum continentes, quib. ſemen nigrum, ſplendens, incluſum eſt: locis aſperis circa Monſpelium provenit: diverſum eſt à Gramine montano avenæ ſemine Cluſij.

Gramen glumis variis.



Iuncus acutus capitulis Sorghi.




LXXIII. Gramen glumis variis: Ex radice craſſa, membrana, alba rugoſa intecta, caules bini, ternive, pedales, fragiles, læves exurgunt, quorum ſummo ſpicæ ſimilis panicula uncialis, ex glumis varii coloris, inſidet: folia plura ad radicem anguſta, palmaria, ſaturate virentia: locis montoſis circa Montembelgardum provenit, unde à fratre p.m. accepimus.

DE IVNCO.


CAPUT II.

IVNCI differentias viginti quatuor in Theatro propoſituri, paucas hic apponemus: præmiſſa figura Iunci acuti capitulis Sorghi, qui Iuncus maritimus primus, adverſariorum auctoribus; & Iuncus rotundus alter, Cæſalpino dicitur: cum hujus figura à nullo fuerit expreſſa.

Iuncus acutus maritimus caule triangulo.



Iuncus acumine reflexo trifidus.



I. Iuncus acutus maritimus caule triangulo: Radice eſt repente, fibroſa, à qua aliæ radiculæ, prioribus exiccatis, naſcuntur: hinc caules, quos ad radicem brevia folia cingunt, pedales, trianguli exurgunt & in extremitatem pungentem deſinunt, infra quem à latere floccus racemoſus, rufeſcens exit. Hic in litore Veneto, & à Perault via qua Monſpelio ad mare itur, provenit: & ad Danubium Lintzii D. Burſerus legit.

II. Iuncus exiguus montanus mucrone carens. Radice eſt puſilla, nigra, capillacea, cauliculo quatuor vel quinque unciarum, cujus ſummo capitulum parvum, ex fuſco purpuraſcens, quadrifidum, in exiguum rigidiuſculum filamentum abiens, inſidet: foliola ad cauliculi principium tria, juncea, unciam longa; in Taurero Raſtadienſi, D. Burſerus eruit.


III. Iuncellus inutilis, ſive Chamæſchænos: hic radice eſt fibroſa, & pro plantæ magnitudine, cum unciam vix ſuperet, ſatis craſſa, folijs eſt tribus quatuorve junceis. Tiguri prope lacum Felinum, Majo menſe. Ioan. Bauhinus p.m. collegit, & à C. Geſnero, ipſi Chamæſchænos nominatus fuit.

IV. Iuncus acumine reflexo alter: caule eſt ſeſquicubitali, rotundo, lævi, aphyllo, panicula umbellæ ſimili; atroſplendente, pediculo carente, filamentis cæruleis, ut in Aphyllonthe, donata, quam caulis duarum triumve unciarum, acutus, ſed mollis, parumque reflexus ſuperat: in Provincia Galliæ provenit.

V. Iuncus acumine reflexo trifidus: Ex radice nigra, geniculata & fibroſa, junci plures, tenues, palmum ſuperantes exurgunt, qui in ſummo in tres, rarius quatuor ſtylos, tenuiſſimos, trium

trium quatuorve unciarum,dividuntur,in quorum ſummitatibus,poſt junci diviſionem,paniculæ parvæ locatæ ſunt. In monte Fracto Lucernatum, in Pyræneis & Montibus Moraviæ provenit.

Juncus alpinus capitulo lanuginoſo.




VI. Juncellus capitulis equiſeti fluitans: Ex radiculis capillaceis,juncus recurvus tenuiſſimus prodit, qui in plures juncellos duarum triumve unciarum ſubdividitur,quorum aliqui erecti,aliqui reflexi, capitulum minimum ſuſtinent, & juncellis ſingulis foliolum tenue capillaceum adponitur. In aquoſis Angliæ fluitat, unde D.Gillenius attulit.

VII. Juncus alpinus capitulo lanuginoſo: Radice eſt ſubnigra, tenui, fibroſa, ex qua aliorum juncorum more, loco foliorum, quaſi ſtyli tenues,recti,rotundi, & quidem plurimi,in læve acumen vergentes,longitudine diſpari, quorum longiſſimi,vix palmares ſunt, & ad radicem rufeſcunt: & ſubhirſuti ſunt: inter quas caulis unicus,ſtrictus,ad ſpithamæ,plus minuſve,altitudinem exurgit,cui capitulum unicum, oblongum,molle,lanuginoſum, haud multum leporum caudæ diſſimile,inſidet: cujus nomine σχοινολάγουρον in Phytopinace appellavimus: in montoſis Harcyniæ provenit, ad acidulas,inter fontem acidum Ribelsavv & Grieſsbach,ubi Julio menſe Ioh.Bauhinus p.m.collegit, & nomine Junci alpini cum cauda leporino miſit.

VIII. Juncus alpinus bombycinus: Ex radice aliorum juncorum ſimili,folia juncea exurgunt, inter quæ culmi plures tenuiſſimi, palmo minores,qui capitulum parvum, lanugine alba ornatum ſuſtinent. In montibus Moraviæ loco dicto Keſſel, D.Fleiſſerus eruit, & communicavit.

IX. Juncus floridus minor: Radice eſt candida, geniculata, fibris plurimis adhærentibus: caule palmari,foliis ternis, junceis, oblongis, acutis, duobus caulem ſuperantibus, cujus ſummo,ſingulis pediculis, qui quini ſunt alternatim ſibi ſuccedentes, flores (quos non vidimus) inſident, quos fructus gemini rotundi Orobi Cretici magnitudine ſequuntur. In paluſtribus Helvetiæ circa cœnobium Eremitanorum, & in monte Fracto ad lacum Pilati Lucernatum,D.Burſerus obſervavit.

Cyperus rotundus inodorus Germanicus.



DE CYPERO.

CAPUT III.

CYperus longus inodorus ſylvaticus: Radices habet oblongas, geniculatas, rufeſcentes,folia plura,palmaria,viridia,anguſta, ſubaſpera, ad principium membrana rufeſcente ſimul veſtita: caulem hactenus nullum obſervavimus,in ſylvoſis,montoſis,humidis, ut in monte noſtro Muteto, provenit.

Cyperus rotundus inodorus Germanicus, ſub aquatico ſeptentrionalium à Lobelio deſcriptus,cum non recte ſculptus ſit,figuram exhibere debuimus.

DE SPARGANIO.

CAPUT IV.

SPARGANIUM minimum: plantula eſt unciarum quatuor; nam radicula ex fibellis oblongis componitur, unde cauliculus unciarum duarum effertur,& in capitulum exiguum ſubrotundum,cui aliud minus inſidet, herbacei coloris & formæ, quemadmodum in ſparganio majore,deſinit: circa quem folia utrinque quaterna, vel quina, anguſta, cauliculum ſuperantia. Plantulam hanc D.Furerus anno 1617.tranſmiſit,his aſſcriptis: Sparganium minimum & ſemeſtrale;Northuſij in lacunis quibuſdam cœnoſis,quarum partes ſuperiores per æſtatem exſiccantur.

DE EQUISETO.

CAPUT V.

I. EQUISETUM paluſtre linariæ ſcopariæ folio: Ex radice repente geniculata, caulis rotundus, calami in modum inanis, geniculis diſtinctus,cubitoque altior aſſurgit: folijs ad genicula pluribus,linariæ vulgaris foliis latioribus, & linariæ ſcopariæ ſimilibus,viridibus, oblongis, fragilibus, ſubaſperiuſculis: julos in cacumine non obſervavimus,licet quandoque velut in ramos dividatur. Baſileæ, in paludibus Michelfeldenſibus,& etiam in rivulo juxta patibulum, reperitur.


II. EQUISETUM paluſtre minus polyſtachion: Radice eſt repente;geniculis diſtincta, caule tenui,cubito minore,geniculis craſſioribus articulatum utrinq; ternis,vel quaternis,junceis,palmaribus,quib.pene ſingulis minuta ſpica juli inſtar inſidet:caulis vero julum oblongum, minus cōpactum,floſculis pallidiſſime rubentibus donatum, ſuſtinet: in aquoſis Michelfeldenſibus.

III. EQUISETUM paluſtre tenuiſſimis & longiſſimis ſetis: Culmo eſt inani,bipedali, geniculis pixidatim cohærentibus articulato,cum cæteris conveniens,exceptis foliis,ſive ſetis junceis, longis,multoque tenuioribus: in paluſtribus Michelfeldenſium.

IV. EQUISETUM nudum minus variegatum Baſileenſ.Ex radice,parva,nigra,tranſverſa,nō-

nihil capillata, cauliculi plures, inęquales, rariſſime pedales, communiter palmares, ſemipalmares & multo breviores, ſtriati, pallide virentes, geniculis parte inferna nigris, ſuperne albidis, articulati, folijs carentes, & cavi: in quorum ſummitatibus capitulum breviſſimum juli inſtar inſidet, quod à corona alba, ex octo, novem, etiam duodecim foliolis acutis compoſita, ſuſtentatur: & quando pedibus calcatur, crepitat. Provenit ad ripam Rheni, juxta locum die Baar dictum. An Geſnerus libello de ſtirpium collectione, hoc intellexit? dum inquit: Hipparis lacuſtris quędam foliis manſu arenoſis, in fine Iulij floret, uti puto: plura non habet.

Equiſetum fœtidum ſub aqua repens.



V. Equisetum fœtidum ſub aqua repens: Radice eſt fibroſa, caulibus tenuiſſimis, rotundis, per obliquum, ut Saccharum penidium, ſtriatis, geniculatis, fragilibus, per terram ſparſis, quandoque cubitalibus, in plures cauliculos brachiatis, foliis aliquot brevibus, in breves apices diſtinctis, ad genicula junctis. Tota planta fragilis, quæ aquis cœnoſis dum innatat viridis eſt, at extracta & exiccata, incana & friabilis, ita ut non ſolum digitis in pulverem comminui poſſit, ſed ſponte in pulverem abeat. Odoris eſt lutoſi & ſulphurei. Solum in aquis cœnoſis demerſum reperitur, quod primum Patavii in foſſis Thermarum Aponitarum: dein non longe Lucerna: tum Baſileæ cis pontem Birſæ, Michelfeldæ & Huningæ, in foſſis obſervavimus.

DE ARVNDINE SIVE CALAMO.
CAPVT VI.

I. Calamus aromaticus Syriacus: Ex radice inutili, trium quatuorve unciarum longa, ſummo capite nonnihil extuberante & in paucas fibras deſinente, caulis (modo unus, modo plures) fere bicubitalis, rectus, rotundus, lævis, fragilis, multis geniculis diſtinctus, exurgit, qui intus cavus, ſpongioſus & membranula (quaſi tela alba ſubtenſa) uti harundines præditus, qui aſſulatim frangitur, & in plures ramos dividitur, hique in tenuiſſimos ſubdividuntur, ad modum Liguſtri Ægyptiaci Alpini, vel Lentiſci Peruanæ ſive Molle Cluſii: qui flores parvos, foliaceos, plurimos, ſingulis tenuiſſimis pedicellis inſidentes, ſuſtinent, ex quorum medio apex ſtyli inſtar prodit. Folia pauca, ſemper bina ex adverſo ad ſingula genicula ſita, caulem amplectuntur, unciam lata, ſeſquiunciam longa, nervis aliquot per longum excurrentibus. Caulis ſapore eſt aromatico, vel amaro, quo in Theriaca pro calamo utimur. Hujus caulis partem anno 1579. à D. Paludano ex Ægypto reduce, Patavii accepimus. Verum cum totam plantam à D. Doldio habeamus, brevem ejus deſcriptionem (cum ab aliis non proponatur) adjicere lubuit.

II. Arundo Anglica foliis in ſummitate diſſectis: Hæc foliis eſt cubitalibus, duarum triumve unciarum latis, nervis aliquot, per folii longitudinem excurrẽtibus & elevatis: foliis in ſummo in duos, tres & quatuor apices diviſus: hanc D. Cargillus ex Anglia miſit.

III. Arundo Indica latifolia flore luteo punctato: Ex radice nigricante, nodoſa, & fibris craſſioribus donata, aliiſque nodis adnaſcentibus,

caules plures ſeſquicubitales, craſſi, arundinis inſtar nodoſi, prodeunt, circa quos folia pallide virentia expanſa, lata, in acumen deſinentia, nervoſa & tenuia: quæ, cum primo ante caulium exortum naſcuntur, corniculorum chartaceorum modo convoluta exiſtunt. Cauli, flores, gladioli floribus forma ſimiles, coloris lutei, punctis aſperſis variegati, capitello hirſuto inhæret, quod flore delapſo augetur, ſubaſperum fit, & ſemen nigrum, ſubrotundum continet. Hæc ut omnibus ſui partibus, ita & ſemine minor eſt, quam ea quæ florem minii coloris habet. Hanc in horto habemus, in olla colimus, hyberno tempore in cellam reponimus, quæ primo vere plures caules, antiquis reſectis profert, & Iulio menſe floret.

DE SECALE.
CAPVT VII.

SECALE latifolia: Culmis exurgit candicantibus, rotundis, ſtriatis, quibus ſpica palmum longa, craſſa, ariſtis longiſſimis, & ut in vulgari tenuiſſimis denticulis exaſperatis armata, inſidet: folia habet cubitum longa, unciam lata & per marginem leviter exaſperata: grana non vidimus: ſpicam & folia ex horto Nobiliſſ. Contareni, Senatoris Veneti, habemus.

LIBER SECVNDVS.
DE GLADIOLO.
CAPVT I.

GLADIOLUS anguſto gramineo folio: pro radice bulbum geminum habet, unum alteri inſidentem, caulem lævem, teretem, pedalem: folia bina ternave, graminea, anguſtiſſima, ſtriata, mucronata, palmaria: flores ternos, quaternos, pallide rubentes, ſupra ſe invicem ad caulis ſummum utrinque ex ſex foliis oblongis commiſſi: quibus ut in cæteris, folliculi ſemen paleaceum continentes, ſed minores, ſuccedunt. Ex Hiſpania D. Albinus, in Muræna collectum attulit.

DE HYACINTHO.
CAPVT II.

HYACINTHUS minimus maritimus. Tota planta unciar. ſex eſt: ex bulbulo parvo oblongo, cortice villoſo tecto, cauliculi duo vel tres nudi, inter folia anguſtiſſima exurgunt, quibus capitula minuta, rotunda, ſurſum porrecta inſident, floſculis minutis cæruleis, quibus veluti ſiliquæ oblongiuſculæ, ſemen minutum continentes, ſuccedunt: Monſpeſſuli in littore maris anno 1595. D. Gallus collegit: eundem & loco eodem, ſed uncias tres non ſuperantem, D. Weckerlinus anno 1615. eruit, & communicavit.

DE NAR-

Narciſſus anguſtifolius albus minor.



DE NARCISSO.

CAPVT III.

I. NARCISSUS anguſtifolius albus minor: Ex radice bulboſa, tunica ſubnigra tecta & paucis fibris capillata, folia bina vel terna oblonga, anguſta, porracea exurgunt: inter quæ cauliculus palmaris, cujus ſummo bini flores, parvi, albi, calice oblongo, anguſto donati, inſident: non longe Monſpelio in ſaxoſis & montoſis reperitur.

II. PSEUDONARCISSUS gramineo folio, ſive Leuconarciſſus æſtivus: Ex radice, oblongum, anguſtum bulbum imitante, exiguis capillaceis fibris prædita, membrana fuſca tecta, folia bina, croceis æmula, oblonga, exurgunt, quæ ſæpe cauliculum ſuperant; qui nudus, tenuis, trium, quatuor, quandoque quinque unciarum, foliolis ternis, quaternis, breviſſimis cinctus, florem unum ſtellatum, intrinſecus albicantem, extrinſecus venis purpuraſcentibus, variegatum, ex foliolis ſex compoſitum, ſuſtinet: in cujus medio cauliculus breviſſimus, in ſtylum abiens, quem ſtaminula apicibus candidis donata, cingunt, cui capitulum triquetrum, ſemen continens ſuccedit. In alpibus Helvetiorū & Rhætorum, ut monte Spligel & ad Thermas Fabarias, Iulio menſe floret: ſed & Auguſti fine, in Taurero Auſtriæ monte, D. Burſerus eruit.

DE ALLIO.

CAPVT IV.

I. ALLIUM junci folium bicorne luteum: ex bulbo oblongo, capillaceo, tunica alba veſtito, caulis rotundꝰ, palmo altior, foliis junceis duobus tribuſve veſtitus, exurgit, umbellam parvam luteam ſuſtinens; cujus flores ſinguli, filamentis oblongis inſident, ex ſex foliolis luteis compoſiti, in quorum medio ſtaminula totidem, & in medio ſtylus, quibus capitula trigona, ſemen continentia, ſuccedunt: ipſi vero umbellæ, foliola duo anguſtiſſima, quorum alterum communiter longius, in latus expanſa, ſubjiciuntur. Monſpelio D. Saltzmannus attulit, & D. Burſerus in Auſtria prope Stain & Baden, eruit.

II. ALLIUM montanum minus: ex radice parva, aliquantum nodoſa & fibroſa, cauliculus unus & alter tenuiſſimus, nudus, tres, quatuor, etiam ſex uncias altus, inter folia oblonga, anguſta, exurgit, qui capitulum minimum (quod apertum non vidimus) ſuſtinet: in petra circa Oenipontem reperitur.

III. ALLIUM montanum radice oblonga: priori ſimile, ſed caule altiore & foliis longioribus, capite rotundo pallide purpuraſcente, floribus ex foliolis ſex, totidemq; ſtaminibus compoſito, non longe Monſpelio, loco montoſo, qui Hortus Dei dicitur, obſervavimus: quod forte Allium montanum ſive Petroſcorodon Geſneri in libro de Hortis.

Moly moſchatum capillaceo folio.



DE MOLY.

CAPVT V.

I. MOLY Affricanum umbella purpuraſcente: ex radice bulboſa, caulis (modo unus, modo plures) cubito altior, nudus & cavus, una cum foliis aliquot latiuſculis, in acutum deſinentibus, palmaribus & etiam ſeſquipalmaribus, per marginem, inſtar graminis hirſuti, piloſis: umbella, caulis ſummo inſidet, cujus flores communiter ex quinque foliolis, dilute purpuraſcentibus, pediculis oblongis & firmis inſident: quibus veſicula, duo triave ſemina nigra rotunda includens, ſuccedit. Odore eſt Allii graviore. Hoc Argentina à D. Meyero acceptum, in horto ab aliquot annis alimus.

II. MOLY moſchatum capillaceo folio: bulbo eſt parvo oblongiuſculo, rufeſcente & veluti reticulato cortice tecto, ex quo cauliculus tenuis, palmaris, rariſſimè pedalis emergit; circa quem folia juncea vel potius capillacea, ſed ſine ordine, quæ modo unciam, modo tres quatuorve uncias longa (quæ nimis lata in figura exprimuntur) cauliculi ſummo pedicelli quini, ſeni, ſepteni, veluti in umbella diſpoſiti, à duobus exiguis foliolis ſuſtentati, inſident: quorum ſinguli floſculum ex ſex foliolis acutis compoſitũ, obſcure albentem lineis fuſcis per medium diſcurrentibus diſſectum & ſtaminulis aliquot donatum ſuſtinent: his capitula rotunda ſemina tria vel quatuor, nigra, oblonga, triquetra, continentia, ſuccedunt: flos Moſchi vel Zibethi odorem ſpirat, & in collibus Monſpelio vicinis provenit; unde D. Saltzmannus anno 1598. attulit, & poſtmodum aliquot annis in hortulo coluimus.

DE ORCHIDE.

CAPVT VI.

I. CYNOSORCHIS anguſtifolia hiante cucullo: huic radices ſubſunt duæ globoſæ, altera major & vegetior, altera flaccidior, quibus ſuperne fibræ aliquot adhærent: caulis cavus, ſtriatus, cubito minor, foliis aliquot pallide virentibus, levibus, ſtriatis, uncias ſex longis, ſemunciam latis inferne, & uno alterove ſuperne, amplexantibus: ſpicam habet oblongam, ex oblongiuſculis pediculis dependentibus, hiantem cucullum referentibus: hanc in pratis Patavinis legimus.

II. CYNOSORCHIS militaris montana ſpica rubente conglomerata: ex radicibus prædictæ ſimilibus, caulis cubitalis, rotundus, cavus, paucis folijs anguſtis, ſtriatis, uncias ſex longis cinctus, exurgit, cujus ſummo ſpica, ex floribus parvis, eleganter rubentibus conglomerata, inſidet: quorum labrum in quatuor parvas barbulas dividitur, calcare tenuiſſimo à tergo. Naſcitur in herboſis montis Mutetæ, Majo florens: quam prius Patavium obſervavimus.

III. CYNOSORCHIS militaris pratenſis elatior floribus variegatis: hæc priore eſt teſticulis minoribus, caule breviore, foliis latioribus, uncias duas longis, etiam caulis ſummum, tubi inſtar

cingentibus: ſpica breviore, ex floribus priore longo minoribus, iiſq; ex albo & rubro eleganter variegatis. In pratis humidis Michelfeldenſibus, & trans Rhenum reperitur.


IV. Camæorchis alpina folio gramineo: planta palmaris eſt, ex cujus radice gemina, globoſa, oblonga, folia anguſtiſſima, utrinque quaterna, cauliculum nudum, triuncialem, qui inter ea fertur, ſuperantia exurgunt: ſpica unciali, cui utrinque foliolum breviſſimum ſubjicitur: floſculi virides galericulati ſunt. In monte Helvetiorum Gothardo, copioſe & acervatim, Iunio florens, reperitur.

V. Orchis montana Italica flore ferrugineo lingua oblonga: Teſticulos duos habet parvos, rugoſos, quorum alter, ut in reliquis Orchidibus vegetior, hinc communiter ſolum unus teſticulus reperitur: quorum ſummo, fibræ oblongæ, varie & oblique ſparſæ, adpoſitæ. Caulis cavus nonnunquam pede altior, quem folia anguſta paucaque uncias tres vel quatuor longa baſi ſua veſtiunt, at cuilibet flori folium breve quidem, ſed latius & in apicem deſinens, ſubjicitur. Flores quini, ſeni, alternatim in caulis ſummo diſpoſiti coloris ferruginei, obliqui tubuli forma, quorum lingua propendens oblonga eſt, & ex baſi latiore in apicem abit, cui legumentum pallidioris coloris, veſicæ inſtar impoſitum, etiam in apicem & communiter bifidum finit: floribus utriculi, ſemine pulverulento repleti, ſuccedunt. Hanc in Italiæ montibus Baſſanenſibus legimus: & Matthiolum ſub Teſticuli tertij ſpecie prima, in figuris majoribus exprimere voluiſſe, cenſemus, cujus tamen figura mala, & ſine omni deſcriptione, & ut in hiſtoria Lugdunenſi ſub Teſticulo 3. Matth. At fateor pejorem eſſe eam figuram, quam Matthiolo meo emaculato addidi, deſumptam ex Tabernæmontani figuris: tunc enim quid ſibi vellet Matthiolus, non conſtabat, imo etiamnum dubius ſum: quare aliam figuram delineari curavimus. Hujus haud dubie ſpecies, quam doctiſſimus Columna in ſua Ecphraſi minus cognitarum ſtirpium, Orchidis macrophyllæ nomine & eleganter deſcripſit, & icone expreſſit.

Orchis palmata pratenſis anguſti-folia.



Orchis palmata anguſtifolia minor flore odoratiſſimo.



VI. Orchis palmata pratenſis anguſtifolia major: radices habet parvas, veluti palmas geminas, in binos digitos diſtributas, fibris paucis annexis: folia liliacea, anguſta, lævia & palmaria, per quæ veluti tubum, caulis cubitalis cavus effertur, cui ſpica fere palmaris anguſta, ex floribus dilute purpureis, brevi calcare donatis compoſita, quibus ſingulis foliola oblonga acuminata ſubjiciuntur, & capitulum oblongum, ſemen aliarum inſtar continens, ſuccedit. Hæc in pratis udis Michelfeldæ, ipſa æſtate reperitur.

VII. Orchis palmata anguſtifolia minor flore odoratiſſimo. Radice eſt gemina, oblonga, anguſta, palmę ſimili, in tres quatuorve fibras craſſiſſimas diviſa, ſupra quaſ ex imo caule fibræ aliquot ortæ expanduntur: ex radice folia quina aut ſena, oblonga, graminea prodeunt, inter quæ caulis unicus palmaris, pauciſſimis & exiguis foliolis donatus, qui velut in ſpicam biuncialem abit: cui flores dilute purpurei odoratiſſimi inſident, qui galea tecti, labro prominulo, in quatuor barbulas diviſi ſunt, & parvo calcari, à tergo prominente, donati. In pratis humidis Michelfeldæ provenit & autumno floret (quamvis etiam Monſpeſſuli reperiatur) & ſub Satyrio octavo in Phytopinace deſcripſimus.

VIII. Orchis palmata flore viridi: ex radice gemina, palmata & parva, caulis palma altior, folijs paucis, nervoſis, uncias tres longis, unam latis, veſtitus exurgit, ſpicam habens triuncialem, floſculos paucos, ſubvirides, galea tectos, & labro prominulo in duas barbulas diviſo, quib. ſingulis foliolum oblongum, anguſtum ſubjicitur. In montibus Bohemiæ, Sileſiæ finitimis, in Saxo Mommelgrund, copioſam Iunio florentem, D. Fleiſſerus obſervavit, & attulit.

IX. Or-

Orchis palmata montana maxima.



IX. Orchis palmata montana maxima: Radices habet geminas inſtar palmarum duarum ſibi invicem junctarum, & velut in plures digitos diviſarum, quarum altera alba, vegetior ac ſolida, ſupra quas fibræ paucæ conſpiciuntur. Caulis eſt bicubitalis, ſtriatus, vacuus, quem folia pedalia primum, mox palmaria, ſeſquiunciam lata, nervis diſtincta, complectũtur: in cujus ſummo flores in ſpica palmari digeſti, coloris dilute purpurei, qui parvi ſunt galeola tecti, labro exiguo propendente, in anguſtiſſimas barbulas diviſo, & à tergo oblongo, capillaceo calcari donati; ad quorum exortum foliola ſingula, quaſi in filamentum abeuntia, obſervantur: his capitulum oblongum, ſtriatum, ſemen exiguum ſcobis inſtar continens, ſuccedit. Hæc in montibus vicinis, potiſſimum Muteto, copioſe Maio florens, provenit.

DE OPHRI.
CAPVT VII.

Ophris minima: è radice ſubflaveſcente fibroſa & Orchides redolẽte, cauliculus ſimplex, trium quatuorve unciar. ſub foliolis prodit, cui foliola duo Ophrios vulgaris modo apponũtur, quę parva ſunt, glabra, ſplendentia, coloris unifolii & nonnihil in cordatam effigiẽ, è rotundiuſcula figura diſcedentia, quib. cauliculi altera pars, ſimiliter trium, quatuorve unciarum ſupereminet, cujus ſummo floſculi parvi herbacei inſident, in Ophris vulgaris florib. exilitate ſola recedẽtes, quib. vaſcula exigua ſuccedunt. Florentiis in locis ubi ſponte provenit, Iulio potiſſ. menſe floret: at in hortos, cum gleba ſoli natalitii translata, citius. Naſcitur plurimũ, ut D. Furerus monuit, à quo eam (ſed prius à D. Sigfrid.) accepimus, Ophridii ſeu Bifolii Broccenbergici minoris nomine, in opacis muſcoſisq; ſylv. Broccio & Offmannnino vertici dicto.

DE OROBANCHE.
CAPVT VIII.

I. Orobanche flore majore ex cæruleo purpuraſcente: Radice eſt craſſa, longa, fibroſa: caule ſemipalmari, foliolis paucis, breviſſimis, craſſis & acutis cincto, qui in quinq; ſex, etiã plures pediculos triũciales, nudos, abſumitur, quamvis etiã ex folior. alis pediculi prodeãt, quorum ſummo calyx, uncialis ſinuat⁹ inſidet, & ex quolibet flos unicus, cęruleo purpuraſcens, lõgo pediculo donatus, exit, qui magnus, uncias duas longus, forma galericulatus, & veluti roſtrat⁹, ut in Alectorolopho, ex quo filamentum oblongum, reflexũ prodit: quid flori ſuccedat, non conſtat. Hanc, in Pyrenęis montib. D. Burſ. legit & cõmunicavit.

II. Monere lubet de vulgari Orobanche, eam recte à Theophraſto Limodoron, quaſi famem adferens, vocari; eo quod plantæ cui adnaſcitur, alimentum ſubtrahat. Hanc enim ſemper alterius plantæ radici adnatam obſervavimus, ut Geniſtæ vulgari & Hiſpanicæ, Hieracio Sabaudo, Trifolio, Aſtragalo ſylvatico & aliis.

III. Orobanche quæ Hypopitys dici poteſt: hæc Orobanche vulgari ſimilis, ſed humilior & nigricans, caule unciarum quatuor, quaſi ſquamis contecto: flores in ſummo, veluti in parvam ſpicam congeſti, Nido avis ſimiles, albidiores tamen, rariores ac duriores. Sub piceis, abietibus & pinaſtris (hinc hipopitys) provenit. Sapore eſt aliquantum aſtringente.

LIBER TERTIVS.

DE RAPVNCVLO SIVE CAMPANVLA GLABRA.

CAPVT I.

Rapunculus ſpicatus cæruleus.



Rapunculus alpinus ſive Pyramidalis minor.



RAPVN-

RApunculus ſpicatus datur ſpica alba, vel cinericea, vel coloris violacei ſaturi; hic ſolum figura Rapunculi ſpicati cærulei adpoſita, cum jam deſcriptus ſit.

I. Rapunculus alpinus ſive Pyramidalis minor: Radix Rapunculi forma: caulis unus, ſeſquipalmaris, foliis pallide virentib. per ambitum crenatis, acuminatis, unciam latis, tres longis, alternatim cingitur: in ſummo flores pauci, cærulei, campanulæ forma, pedicellis annexi & filamento oblongo ex eorum medio prodeunte, donati propendent: quibus ſingulis capitulum oblongum, pertuſum ut in campanula perſici folia ſuccedit, cui ſemen minutum includitur: in Italia provenit, ſed locus excidit.

Rapunculus alpinus corniculatus.



II. Rapunculus alpinus corniculatus, quem nomine rapunculi alpini ſpicato ſimili, ante annos viginti duos in Phytopinace, dein in Matthiolo emaculato, deſcripſimus; nunc vero diligentius, cum eam ex Baldi rupium fiſſuris, abſq; radice eruerimus, ut figura noſtra in Matthiolo exprimit, poſtmodum à D. Neudorffero cum radice, & perfectiorem à D. Pona ante annos decem acceperimus.

Radice eſt tuberoſa inæquali, quaſi ex pluribus grumis compacta, alba, digiti craſſitie aliquando lignoſa, pallida, rugoſa & palmari: ex qua cauliculus (modo unus, modo plures) tenuis ac ſtriatus, unciarum quatuor exurgit: folia, quę ſaturate virentia, tenuia, ad radicem aliquando ex rotunditate oblongata: Bellidis cæruleæ forma communiter ſubrotunda, crenata, Alliariæ forma, ſed minora, pediculis uncias quinque vel ſex longis prædita, ex radice una cum cauliculis exurgunt: quæ vero cauliculis & quidem pediculis brevioribus adhærent, longiora ſunt & anguſtiora, profundius, ſed rarius, inciſa, quorum quina vel ſena, ſtellæ in modum umbellæ ſubjiciuntur, quę cauliculi ſummo inſidet, & ex floribus viginti, etiam pluribus, arcte junctis & ex cæruleo purpuraſcentibus conſtat, qui, ex calicibus pediculis latis brevibus & ſtriatis donatis prodeunt: ex ſingulo calice flos unus, ad exortum tumidus, oblongus, ſenſimque anguſtatus, & in extremitate crenatus, formam cucurbitæ vitreæ referens, in medio tumore, inciſuræ ſuperficiariæ quinque conſpiciuntur: apertus, ex foliolis quinque compoſitus, filamenta aliquot exhibet, inter quæ unum longe producitur, in ſummo bipartitum, aliquando inſtar capreoli vitium contortum: ſemen non fuit obſervatum. In Baldi montis jugis, inter præcipitia propendet, ubi Auguſto menſe florentem anno 1578. collectum, quod cum Patavii D. Guilandino oſtenderemus, Rapunculum montanum, at D. Cortuſus, Cantabiſcam alteram Anguillaræ nominabat. Io. Pona in ſuo Baldo ante annos quindecim excuſo, Trachelii petræi minoris nomine propoſuit.

III. Campanula alpina latifolia flore pullo: hæc cauliculo eſt tenuiſſimo palmo minore, qui ad partem uſq; mediam, foliis uncialibus, ſubrotundis, alternatim diſpoſitis, leviter crenatis, pallideq; virentibus, cingitur; ... pars ſuperior

nuda eſt, cui fere ſemper unicus flos, mediæ magnitudinis, pulli coloris inſidet. In alpibus Auſtriacis, ut Sneeberg & aliis D. Burſerus reperit, & Rapunculi alpini latifolii nomine, miſit.

IV. CAMPANULA alpina linifolia cærulea. Ex radice tenui, alba, cauliculi quaterni, quini, plures paucioresque, palmares, & ſeſquipalmares, graciles, rotundi, ſimplices, emergunt: foliis oblongis anguſtiſſimis, confuſo ordine ſepti: flores ſummitate cærulei, ut in Rapunculo vulgari, quibus capitula, exiguum ſemen continentia, ſuccedunt. Hæc rupes & ſumma juga montis Waſſerfall, Iulio menſe florens, exornat.

Campanula alpina rotundifolia minor.



CAMPANULA alpina rotundifolia minor, à Cluſio ſub Campanula alpina minore deſcribitur: verum figura quam addit eſt Campanulæ rotundifoliæ vulgaris minoris, quare veram figuram adpoſuimus.

V. CAMPANULA rotundifolia minima: plantula eſt unciarum trium, ex cujus radicula alba, capillari, oblonga, exurgunt cauliculi (ſæpe unus, plerumque terni, quaterni) tenuiſſimi; ſubrubentes & ad radicem ſubhirſuti, majori ex parte nudi, ſinguli unicum floſculum ſubcæruleum deorſum nutantem, calathi forma, ex unico folio ſexangulo compoſitum, ſuſtinent, quibus capitula foraminibus pertuſa, ut in reliquis campanulis, ſuccedunt: foliola habet potiſſimum ad radicem, exigua, ſubrotunda, ſerrata, rigidiuſcula, quandoq; rubentia. Hanc in Rhætorum alpibus, cum Italiam peteremus, anno 1577. Septembri menſe adhuc florentem inter ſaxa copioſiſſime obſervavimus, nec altiorem invenire licuit: quam cum D. Cortuſo oſtendiſſemus Cantabricam Plinii nominavit. Plinius l.25. cap. 8. ſuæ Cantabricæ, quæ per Divi Auguſti tempora à Cantabris reperta fuit, caulem junceum, pedalem tribuit, in quo ſint floſculi oblongi veluti calathi: in quibus ſemen perquam minutum, & quæ ubique naſcatur.

VI. CAMPANULA Cymbalariæ foliis: ex radice exigua capillacea & albicante, cauliculi tenuiſſimi, virides, nonnunquam palmum ſuperantes, & mox in alios brachiati, prodeunt: quibus folia rara, ſubrotunda, hederacea, vel potius Cymbalariæ foliis ſimilia, angulosa, viridia, tenuia, longis pediculis donata, ſine ordine adhærent: flores cærulei, oblongi campanulæ forma, aliquando ſummis cauliculis, aliquando pedicellis biuncialibus, ex eorundem lateribus exurgentibus, inſident. Hæc non longe Toloſa in Ericetis provenit, & quia vix ſola ſuſtinetur, Ericetis incumbens exurgit: eandem etiam circa Lutetiam D. Cherlerus legit.

VII. CAM-

Campanula ſerpillifolia.



Campanula foliis ſubrotundis.



VII. Campanula ſerpillifolia: Tota planta, floribus exceptis, ſerpillum refert: nam radice eſt tenui, obliqua, tenuiſſimis fibris capillata, & hinc inde repente: cauliculis plurimis rubentibus in terram reflexis, cui novis fibellis adhærent, qui in ramulos plures tenuiores dividuntur: quos foliola Serpilli, vel potius Nummulariæ, quæ flore eſt purpuraſcente, forma ſubrotunda, duo ſemper oppoſita, quædam majora, quædam Serpillo minora, crenata, ſubtus pallide virentia, pediculis breviſſimis, & leviſſime pubeſcentibus, ambiunt: cauliculi aliquando in pediculos nudos, flores ſuſtinentes deſinunt: aliquando ex cauliculorum lateribus pediculi trunciales in ſummo nudi floribus ornati exurgunt: flores bini vel terni campanulæ forma, ex cæruleo rubentes, deorſum nutantes, ſinguli ſingulis pedicellis donantur. Hujus ramulum à D. Bauhino fratre primum habuimus, dein in Baldo cum floribus legimus: tum à D. Paſchali Gallo, qui eam in Rhætia ex rupibus dependentem collegit.

Similem, ſed foliis inferne albidioribus & ſuperne pallide virentibus, in Inſula Toupinambault Braſilianorum natam, D. Burſerus communicavit.

DE TRACHELIO SIVE CAMPANVLA HIRSVTA.

CAPVT II.

I. Campanula foliis ſubrotundis: ex radice tenui repente, caulis ſeſquipalmaris levi lanugine pubeſcens exurgit, quem folia pauca, ſubrotunda, uncias duas pene longa, lataque, pediculo oblongo donata, tenuia, ſubaſpera, per ambitum crenata, cingunt: in caulis ſummo flores pauci, dilute cærulei, Campanulæ forma, deorſum pendentes, ex quorum medio ſty-

lus

lus exurgens, extra florem fertur. Hanc cervicariæ minoris rotundifoliæ nomine D. Sigfridus, Helmſtadio miſit.


Hæc à campanula hortenſi Rapunculi radice differre videtur altitudine, foliorum longitudine, florum magnitudine & numero, quæ pro radicibus multas, tenues, transverſas & oblique repentes fibras, habet, ita ut ex hortorum areolis vix extirpari poſſit, à quibus radices oblongæ, candidæ, Rapunculi radicibus ſimiles, demittuntur.

II. Campanula Drabæ minoris foliis: ex radice Rapunculi minoris forma, caules ſeſquipalmares, lanugine leviſſima aſperſi prodeunt, quos folia, Drabæ minoris foliis ſimilia, ſubrotunda, viridia, unciam longa, ſemunciam lata, per ambitum crenata, & in acumen faſtigiata, ſubaſpera, pediculis carentia, alternatim veſtiunt: flores pauci, ſubcærulei, ſexanguli, calathi forma, mediocris magnitudinis & pediculis oblongis donati, ſummo cauli inſident. In pratis circa Valeſianorum Thermas copioſe provenit, unde D. Burſerus attulit.

Campanula foliis Echii floribus villoſis.



Campanula foliis Echii.



III. Cam-

III. Campanula folijs Echij floribus villoſis: ex radice oblongiuſcula, folia anguſta quatuor & quinque uncias longa, ſubaſpera, prodeunt; inter quos caulis palmaris, rariùs pedalis, rotundus, ſubaſperus, paucis brevibus & anguſtis foliis veſtitus, exurgit, ex cujus ſummitate flores unciales, lati, Campanulæ forma, quini, ſeni, cærulei, alternatim diſpoſiti, brevibus pediculis dependent: quorum extremitates, quemadmodum & calices, pili oblongi, pappi inſtar, ambiunt. Hæc in Baldo reperitur & Helvetiorum alpibus Gotthardo & monte Fracto: diverſa plane à Trachelio montano hiſtoriæ Lugdunenſis.

Hujus & minor ſpecies, quæ minus hirſuta, ſemipalmaris, foliis brevibus, cauliculo gemino, ex quorum quolibet reflexo, flos unicus, illo tamen minor, dependet: quam ex Helvetiorum alpibus D. Burſerus attulit.

Campanula adhuc alia datur foliis Echii, quam cum Cluſius nomine Trachelii θυρσοειδὴς deſcripſerit, nullam vero figuram adpoſuerit, eam præcedenti jungere voluimus.

DE RAPISTRO.

Capvt III.

I. Rapiſtrum floribus Leucoji marini: plantula ſemipalmaris eſt, radice oblongiuſcula, alba, fibellis donata, cauliculis trium quatuorve unciarum: foliis vulgari Rapiſtro luteo ſimilibus, parvis, uncialibus, crenatis, & ſubaſperis: floſculis parvis ſubcæruleis, Leucoji marini ſimilibus, quibus ſiliquæ parvæ, anguſtæ, ſemen minutum continentes, ſuccedunt. Circa Maſſiliam in rupibus D. Burſerus legit.

II. Rapistrum monoſpermon: ex radice longiuſcula albicante, parum fibroſa, caules pedales, quandoq; altiores, rotundi, tenues, ramoſi, eleganter virentes, leviterq; hirſuti exurgunt: folia humi ſparſa, craſſa ſunt, Rapi foliis ſimilia, ad principium laciniata, dein ſubrotunda, leviter ſinuata & ſubhirſuta: flores ſecundum cauliculos palmares & tenues, velut in ſpica diſpoſiti, quadrifolii eleganter lutei aureive, quibus ſiliquæ ſuccedunt rotundæ (eleganter propter ſtrias, per eas quemadmodum in ſemine Coriandri diſcurrentes) in filamentum oblongum abeuntes: quæ quaſi geminæ ſibi inſident, parte tamen ſuperiore majore, cum in ea ſemen parvum oblongiuſculum, ſed unicum (unde ei nomen) contineatur. Hujus ſemen, nomine Lampſanæ monoſpermi, D. Doldius miſit, & hic Baſileæ in horto D. Zvingeri, Majo menſe floruit.

Rapiſtrum monoſpermon.



Hoc ipſum poſtmodum, ſed multo ſtrigoſius (illud enim cultura elegantius) in agris qua Auguſtam Rauracorum itur, ad rubram domum obſervavimus: idem ſed humilius & valde ramoſum, foliis parvis, eleganter viribus, in agris circa Huningen ad ſylvam, invenimus: & ſimile Monſpelio, ubi quoque ſponte crevit, habemus.

DE NAPO.

CAPUT IV.

NApus ſylveſtris Cretica: foliis eſt ad palmi longitudinem accedentibus, inſtar foliorum Rapiſtri albi, vel Irionis vulgaris, in lacinias octo vel decem diviſis, per margines crenatis, aſperis: caule albido, rotundo, ramoſo, ſubaſpero, ſummitate, cui flores non inſident, aculeata, floribus (quos non vidimus, ut nec radicem) ſiliquæ anguſtiſſimę biunciales ſuccedunt, quæ ſemen exiguum nigricans continent. Buniadis agreſtis nomine, ex Creta ab Honorio Belli accepimus: & à Cretenſibus σκιλοβρουβὲς vocatur.

DE RAPHANO.

CAPUT V.


Raphanus aquaticus alter.



RAPHANUS Creticus: ex ſemine Cretico ab Honorio Belli, Ramolo nomine miſſo, Raphanus in hortis noſtris crevit, cujus planta tota, toto habitu à vulgari non diſſidebat; radice oblonga, alba & guſtus acerrimi; caule non adeo alto: foliis minus hirſutis & aſperis, flore modo purpureo, modo albo: ſiliquis & ſeminibus minoribus.

Raphani aquatici duas figuras, tanquam optimas, adpoſuimus, ſed ſine deſcriptione: cum is, qui foliis eſt in profundas lacinias diviſis ſub Radicula ſylveſtri, à Dodonæo: ſub Raphano ſyl. aquatico, à Lobelio in editione Belgica: Raphano aquatico à Tabernæmontano, ſive ſylveſtri & paluſtri in hiſtoria Lugdun. deſcribatur: alter vero, nomine Rapiſtri aquatici à Tabernæmontano exhibetur.

Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias diviſis.



DE DRACUNCULO.

CAPUT VI.

DRACUNCULUS alpinus folio ſcabioſæ: radicibus eſt fibroſis, cauliculis rotundis, pedalibus, in ſummo in alas brachiatis: foliis inſtar ſcabioſæ laciniatis, alte inciſis & crenatis, alternatim diſpoſitis & pallide virentibus: floſculis, in ſummis virgulis, quoad diſcum medium ſubluteis, quem foliola alba, ut in Chamæmelo vulgari, ambiunt. In Helvetiorum pratis alpinis prope Fabarias & in Gotthardo provenit, Iulioque floret.

Eruca latifolia.



DE ERUCA ET SINAPI.

CAPUT VII.

I. ERUCA latifolia: hæc caule eſt cubitum excedente, albo, craſſo, ſtriato, ramoſo: foliis glabris pallide virentibus, ad radicem pedalibus, profundis inciſuris laciniatis, per quorum medium nervus latus excurrit, quem utrinque foliorum laciniæ biunciales, alarum inſtar, triangulares, corroſæ, figuræ diverſæ, inferne & ſuperne continuæ cingunt: quæ vero in caule breviora ſunt, & horum quædam Erucæ vulgaris foliis ſimilia, ſuprema vero anguſta & parum ſinuata: in caulis ſummo flores ſatis magni, aurei, quadrifolii, ſtaminibus plurimis donati, quibus ſiliquæ oblongæ ſtrictiſſimæ ſuccedunt. Erucæ nomine in horto ſata: an forte Eruca tertia Anglica, in horto Camerarii?

II. ERUCA ſylveſtris minor Burſæ paſtoris folio: ex radice craſſiuſcula, cauliculus palmo altior, ſubaſper, brevibus alis brachiatus exurgit: folia ad radicem ſparſa, ſeſquiunciam longa, Burſæ paſtoris mediæ modo laciniata, ſubaſpera, in caule nulla, niſi quæ alis, & quidem vix laciniata, ſubjiciuntur: flores ſubaurei, ſatis magni, longis pediculis inſidentes, quibus ſiliquæ breves ſuccedunt. Monſpeſſuli collecta.

III. ERUCA ſylveſtris minor incana: ex radice cauliculi læves, virentes, quatuor, ſex & octo unciarum, in plures alas unciales diviſi prodeunt: folia ad radicem plura, biuncialia, tenuiſſime laciniata, quæ etiam cauliculos alternatim cingunt, omnia incana ſunt: floſculi plurimi, pallide lutei, quibus ſtrictiſſimæ & breves ſiliquæ ſuccedunt: Monſpelio D. Rumbaum attulit.

IV. ERUCA lutea ſive Barbarea flore pleno: hæc à vulgari magnitudine differt: caule eſt craſſiore & ſtriato, ſed breviore: foliis uncialibus: floribus nonnihil quam in vulgari majoribus, aureis & plenis. Inter ſegetes Paterniacenſes, & juxta Arburg arcem Bernatum, Iunio floret.

V. Eru-

Eruca cærulea in arenoſis creſcens.



Eruca maritima Italica.



V. Eruca cærulea in arenoſis creſcens: Ex radice rufeſcente, oblonga, tenui, leviter fibroſa, caules plures palmares, rarius ſeſquipalmares ſtriatos, hirſutos, ramulis aliquot brachiatos, emittit: folia ad radicem per terram ſparguntur, erucæ vulgaris inſtar ſinuata, & quaſi circumroſa, hirſuta, aſpera, ſeſquiuncialia, ſed etiam breviora & anguſtiora, quę in caule rariora ſunt, minus ſinuata & aliquando integra: floſculi eleganter cærulei, vel purpuro-cærulei, quadrifolii, filamentis brevibus donati, ramulorum extremis inſident, quibus ſiliquæ oblongæ, tenues & læves, ſemen minutum ſubrufum & acre includentes, ſuccedunt. Provenit apud nos locis arenoſis, ut iis quæ Birſa alluit: ſic quibuſdam in locis in muris reperitur: imo etiam altiſſimis jugis & petris circa Delſpergam & Lauffen Rauracorum: in Phytopinace, & Matthiolo, addita figura, quoque deſcripſimus.

VI. Eruca maritima Cretica ſiliqua articulata: tota planta albicat, folia habens ad radicem brevia, anguſta, in minores lacinias diviſa & ſubaſpera: cauliculis eſt palmaribus, reflexis, ſtriatis (flores non conſpecti) ſiliquis plurimis, incurvis, articulatis, trium quatuorve unciarum, aſperis, ſemen minutum ſubrufum continentibus, quam ex Creta Honorius Belli miſit.

Erucæ maritimæ Italicæ ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili, figuram perfectam adpoſuimus, cujus tres diverſæ una cum deſcriptione (inter quas una ex Lobelio deſumpta, qui nomine Cakile Serapionis Erucæ folio, napi flore exhibuit) in Lugdunenſi hiſtoria proponuntur.

Eruca Monſpeliaca ſiliqua quadrangula echinata.




VII. Eruca Monſpeliaca ſiliqua quadrangula echinata. Hanc Monſpeſſuli anni 1579. ubi collegiſſemus, ſic deſcripſimus, quemadmodum in Phytopinace videre eſt: ex radice ſemipalmari, craſſiuſcula, leviter fibrata, albicante, caules ad exortum purpuraſcentes, terni, quaternive, pedales, aliquando cubitales, rotundi, ſtriati, ſubaſperi, in ramos brachiati exurgunt: folia ad radicem humi ſparſa, pauca, oblonga, anguſta, ſinuata, hirſutie aſpera, bina ternave ſimul juncta, in caulibus, præſertim ſiliquis onuſtis, pene nulla, oblonga, leniter ſinuata: floſculis eſt luteis quinquefoliis, quibus ſiliquæ ſuccedunt quadrangulæ, in apicem acutum rigidumque deſinentes, lęves, oblongo pediculo inſidentes, per maturitatem duriſſimæ: quarum quælibet latera quatuor obtinet, quæ ad formam alarum perceæ piſcis elevata, in medio ſinum oſtendunt: his per longum diſſectis, utrinque duæ capſulæ diſtinctæ conſpiciuntur, in quarum qualibet, ſemen unicum rufum, cochleæ inſtar convolutum acuminatum & acre continetur. Iunio menſe florentem & ſiliquas ferentem, legimus. Hanc videtur Herbarii Lugdunenſis auctor, ſub Sinapi echinato voluiſſe proponere, verum figura vitioſa & deſcriptio non ſufficiens.

Sinapi parvum ſiliqua aſpera: radice eſt oblonga craſſiuſcula & capillata, ad quam folia plura, Erucę ſylveſtris minoris forma, ſed minoris forma, ſed minora, in lacinius tenuiſſimas diviſa, & acria: cauliculi plures, recurvi, lęves, duarum triumve unciarum (rariſſime cauliculus palmaris erigitur) in alas unciales brachiati: flores parvi, pallide lutei, quibus ſiliquę multæ ſtrictæ, unciales & aſperæ, in latera divaricatæ, ſemen minutiſſimum continentes, ſuccedunt: circa Monſpelium provenit.

Reſedæ affinis Phyteuma.



Eryſimo ſimilis hirſuta alba.



DE RESEDA.

CAPVT VIII.

RESEDA linarię foliis: er radice candida, longiuſcula, caulis cubitalis rotũdus, in ramos palmares diviſus, foliis linariæ ſtrictiſſimis oblongis, viridibus veſtitus exurgit: rami ſinguli, in florum oblongam veluti ſpicam abeunt, quam floſculi parvi, muſcoſi, tenuibus capillamentis ornati, ut in Reſedæ minore alba (quam Seſamoidem parvam Salamanticenſem Cluſius nominat) pallide flaveſcentes conſtituunt: quibus capitula vel vaſcula anguloſa, bifida, exili ſemine pallido plena, ſuccedunt. Hæc in ſolo arenoſo convallium montium Pyrenæorum, à D. Burſero collecta.

RESEDÆ affinem facimus eam quam Phyteuma Monſpelienſium, Lobelius & Lugdunenſes vocant, deſcribunt & depingunt: verum cum foliis nunc oblongis, nunc in aliquot lacinias diviſis reperiatur, una figura exprimere voluimus.

DE ERYSIMO.

CAPVT IX.

ERYSIMO ſimilis hirſuta: ex radice oblonga, alba, lignoſa & fibroſa, caulis modo unus, modo plures cubitales, aliquando ſubrubẽtes, ſtriati, hirſuti, aliquando in ramulos brachiati, exurgunt: folia plura, ad radicem humi ſtrata, aliquando pediculis carentia, ſeſquiunciam longa, aſpera, hiſpida, ſubalbicantia, per ambitum crenata, rarius laciniata, & quæ in caule minora ſunt, eumque baſi latiore cingunt: ſecundum ramulorum longitudinem, veluti in ſpica floſculi albi, quadrifolii, pedicellis, inſident, qui in ſiliquas oblongas, ſtrictas, ſemen minutum

nutum continentes, abeunt. Provenit locis ſaxcſis, ruderibus, muris, ut hic Baſileæ ad mœnia, ad arcem Mönchenſtein, primoque vere floret: Monſpeſſuli quoque in ruderibus umbroſis, ſed per omnia minor: rarius in arenoſis, ut apud nos ad Wieſam fluvium, Patavii ſimiliter collegimus, & hanc D. Guilandinus Dryophanon Plinij lib. 27. cap. 9. Drabam alteram & Thlaſpi ſpeciem rat D. Cortuſus, Eryſimum tertium nobis nominabat: poſt modum Barbaream muralem Ioan. Bauhinus frater appellavit. Hujus deſcriptionem & iconem, in Matthiolo emaculato, exhibuimus.

DE PERSICARIA.


CAPVT X.

PErsicaria anguſtifolia; ex radice nigricante, fibris oblongis capillata, caules plures cubito altiores, rubentes, læves, geniculis diſtincti exurgunt: quos folia, Perſicariæ vulgaris foliis triplo, quadruplove anguſtiora, duas, rarius tres, uncias longa, ambiunt, & in ſummo in ramulos brachiantur, quibus ſpicæ oblongæ, floribus pallide purpuraſcentibus ornatæ, ut in vulgari inſident. In humidis circa Michelfeldam, æſtate florens, reperitur.


Naſturtium hortenſe latifolium.



Naſturtium hortenſe criſpum anguſtifolium,



Naſturtium hort. criſpum latifolium.



DE NASTVRTIO.


CAPVT XI.

NASTURTIUM hortenſe duplex eſt, plano & criſpo folio: illud latifolium, cujus ſolum figura adpoſita, & anguſtifolium vulgatius: hoc, quod criſpum ſimiliter duplex eſt.

I. NASTURTIUM hortenſe criſpum: hoc, foliis exceptis, cum vulgari convenit; hujus enim folia criſpa ſunt: eſtque duplex, latifolium & anguſtifolium, quemadmodum binis figuris in Matthiolo exhibuimus (cum ſæpius in hortulo noſtro creverit) & hic repetere placuit.

II. NASTURTIUM pratenſe parvo flore: ex radice tenui, fibroſa, caulis cubitalis, viridis, varie incurvatus exurgit, foliis atrovirentibus, oblongis, Erucæ ſylveſtris minoris, aut Sij forma, utrinque longis petiolis in lobos ſubrotundos, aliquando oblongos diviſis, & per ora dentatis, cincti: in caulis ſummo, floſculi parvi, albi, velut in umbella diſpoſiti, quibus ſiliquæ parvæ ſemine minutiſſimo refertæ ſuccedunt. Circa Montembelgardum locis humidioribus provenit. Suſpicamur Matthiolum, quem Tabernæmontanus ſecutus eſt, ſua figura Siſymbrii aquatici alterius, duas plantas miſcuiſſe: ita ut florum umbella, huic jam deſcriptæ, folia vero, Naſturtio pratenſi vulgato magno flore, conveniant.

Naſturtium aquaticum majus & amarum.



Naſturtium alpinum minus Reſedæ foliis.



Nasturtium aquaticum majus & amarum, quod Thalius nomine Siſymbrii alterius ſpecie ſecunda deſcripſit, & ſæpe inter Naſturtium aquaticum ſupinum reperitur, à quo ſapore amaro potiſſimum diſtinguitur, hic deſcribere noluimus: at figuram adponere, cum nullus eam exhibuerit, voluimus.

III. Nasturtium ſylveſtre minus: ex radice tenui capillacea, cauliculi plures (& quantum ex ſicca colligere licet reclinati) trium quatuorve unciarum emergunt: foliis Naſturtij vulgaris forma, ſed minoribus, per terram ſparſis & etiam cauliculos cingentibus: in quorum ſummo floſculi parvi albicantes, valvulæ exiguæ, ut in Iberide, vel Burſa paſtoris minima. Hoc primo vere, ad alveos aquarum ſalſugine imbutarum Franckenhuſij Thuringiorũ, copioſiſſime erumpit, unde D. Furerus cum aliis elegantiſſimis, Iberidis puſillæ, ſeu Naſturtii ſylveſtris Franckenhuſani nomine, miſit.

IV. Nasturtium alpinum minus Reſedæ foliis: ex radice alba tenui & oblonga, cauliculi leves, tenues, recurvi, communiter indiviſi, palmoque minores prodeunt: foliis longis pediculis, inſtar Reſedæ vulgaris, præditis, in lobos tres, vel quatuor ſubrotundos, diviſis: flores in cauliculorum ſummis albi, mediocris magnitudinis, quibus ſiliquæ ſtrictiſſimæ, ſeſquiunciales ſuccedunt. In Rhætorum alpibus Iulio florens, reperitur. Verum ex Helvetiorum alpibus & Pyrenæis, longe minus habemus, ita ut tota planta abſque radice uncias tres non ſuperet.


V. Nasturtiolum alpinum capſula Naſturtij hortenſis: radice eſt lignoſa, parum fibroſa, cauliculis uncias duas non excedentibus: foliolis parvis, anguſtis, craſſis, ungue brevioribus: floſ-

culis parvis albis,capſulis ſatis magnis, Naſturtio hortenſi ſimilibus. In Rhætiæ monte Nombre prope Balneum Worms,æſtare florens, Ioh. Bauhin.frater collegit.

VI. Nasturtium alpinum Bellidis folio majus: Ex radice caulis cubitalis rotundus,lævis, ad exortum ſtatim diviſus, prodit: folia habet tenuiſſima,bellidis forma, uncias quatuor longa:quæ vero in caule ſunt, pediculis carent,& inſtar Thlaſpi vulgaris lato ſemine,leviter ſinuata,eum ambiunt: flores albi,in caulis ſummo, quaſi in ſpica uncias ſex longa, quibus ſiliquæ triunciales,anguſtæ,ſemine ruſeſcente,rotundo, plano,refertæ,ſuccedunt. Circa Fabarias Thermas,ad aquæ defluxum,D.Burſerus legit.

VII. Nasturtium alpinum foliis Barbareæ: Radice eſt parva,capillacea,albicante: cauliculis pluribus tenuiſſimis,fragilibus,reflexis,nonnihil villoſis,nonnunquam in alas diviſis,ſemipalmaribus, palmaribus & nonnullis cubitalibus: foliis ad radicem pluribus, parvis,tenuiſſimis,viridibus,foliorum Barbareę modo,ſed minus frequenter ſinuatis, quæ in cauliculis rariora ſunt, & quædam minime ſinuata: floſculis eſt minimis albis: ſiliquis oblongiuſculis & ſtrictiſſimis. Hoc Cardamine aut Erucæ peculiaris nomine, D.Burſerus ex Auſtria, ſed in finibus Bohemiæ collectum, transmiſit.

Thlaſpi villoſum capſulis hirſutis.



DE THLASPI.

CAPVT XII.

I. THLASPI vaccariæ folio, Burſæ paſtoris ſiliquis: caule eſt cubitali, rotundo ſtriato, lævi, viridi, ramoſo, quem folia vaccar ſimilia, atrovirentia, glabra, pediculis carentia, cingunt: flores parvi, albi: ſiliquæ Burſæ paſtoris forma, ſed majores: Non longe Monſpelio, in horto Dei dicto, D. Burſerus collegit.

II. THLASPI vaccariæ incano folio minus: Tota planta villoſa, & incana eſt: ex radice craſſiuſcula, rufeſcente, cauliculi ſemipalmares, etiam minores, recurvi & quaſi repentes, villoſi & incani prodeunt, foliis parvis incanis, vaccariæ ſimilibus, pediculis carentibus & alternatim diſpoſitis, veſtiti: in quorum ſummitate floſculi plures, albi, quaſi in ſubrotunda ſpica uniti, quibus thecæ parvæ ſuccedunt. Hoc in agris Monſpelienſibus repens, & in Provincia prope Maſſiliam, paulo majus & erectius reperitur.

III. THLASPI villoſum capſulis hirſutis: ex radice tenui, oblonga, albicante, caulis pedalis unicus rotundus, villoſus exit: ad cujus exortum folia aliquot humiſtrata, longis pediculis donata, orbiculato cuſpide, hirſuta: quæ vero in caule, longe breviora, pediculis carentia, latiore baſi ipſum amplectuntur, quorum quædam leviter crenata ſunt: flores albi quadrifolii: ſiliquæ magnæ, hirſutæ, compreſſæ, longo pediculo donatæ, ſuperiore parte fiſſæ, utriculis duobus præditæ, in quibus ſemen rufeſcens, acri ſapore præditum, continetur. Hoc anno 1577. in horto Patavino (poſtmodum Monſpeſſuli ſponte natum) collegimus: cujus ſemine, in Italia pro vero Thlaſpios ſemine, olim uſos fuiſſe, ex D. Cortuſo cognovimus: hoc in Phytopinace primum ſub 19. Thlaſpi, dein in Matthiolo, figura addita, exhibuimus.

IV. THLAS-

* Thlaſpi Creticum flore albo.



Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo.



IV. Thlaspi Creticum flore albo: radice eſt oblonga, paucis fibris donatâ, cauliculis palmum ſuperantibus, rotundis: foliis paucis, oblongis, anguſtis, lævibus, alternatim caulem veſtientibus: in cauliculorum ſummo, flores candidi magni, quibus thecæ magnæ, apice medio donatæ ſuccedunt. Hoc Thlaſpi, Cappadocici fruticantis flore albo perennis nomine, D. Doldius Norinbergâ miſit.

V. Thlaspi ſaxatile rotundifolium: Ex radice alba, longa, fibris carente, ſublignoſa, cauliculi plures, tenues, pedales, reflexi, & fibris capillaceis, deorſum miſſis, terræ affixi, prodeunt, foliis eſt parvis, ſubrotundis, tenuibus, inter quæ cauliculi palmares, nudi exurgunt, flores paucos pallidos ſuſtinentes, quibus ſiliquæ parvæ, tenuiſſimo filamento donatæ, ſemen minutum concludentes, ſuccedunt. In locis petroſis circa oppidum Lauffen M. Hagenbachius reperit.


VI. Thlaspi alpinum folio parvo crenato: vel Thlaſpi alpinum minus capitulo rotundo: à radice craſſa, è rupium fiſſuris prodeunte, caules exurgunt tenues, palmares & ſeſquipalmares in ramulos brachiati: folia habet ad radicem plura, brevia, acuta, leviter crenata, longis pedicellis donata, in caule pauca & anguſtiores floſculi in ſummo albicantes, quibus folliculi copioſi, oblongis pedicellis inſidentes, tenues, ſubrotundi, ſepto membranoſo diſtincti, ſemen minutum flavum & acre continentes, ſuccedunt. Provenit in monte Waſſerfall, & in Helvetiorum ac Rhætorum alpibus. Hujus in noſtro Matthiolo & figuram & deſcriptionem, ſub Thlaſpi ſaxatili minori folio exhibuimus: & Thlaſpi alpini majoris iconem addidimus: utramque & hic exhibemus.

VII. Thla-

Thlaſpi alpinum majus capitulis rotundis.



Thlaſpi montanum incanum luteum.



VII. Thlaspi alpinum repens: ex radice oblonga, cauliculi plures, per terram repandi, trium quatuor vel quinque unciarum, foliis parvis ſubrotundis, inordinate diſpoſitis, veſtiti prodeunt, floribus copioſis magnis & albis ornati, quibus ſiliquæ, Thlaſpi bellidis folio ſimiles, ſuccedunt: ſapore eſt Erucæ. D. Burſer. ad Thermas Fabarias Helvetiorum, dein in Auſtria collectum, transmiſit.

Variat ratione loci: illud enim foliis eſt leviter hirſutis, floribus communiter purpuraſcentibus, rarius albis: hoc vero foliis eſt glabris, floribus albis.

Et ſic Thlaſpi montani incani lutei ſerpillifolij majoris figura erat adponenda, cum minus recte ſculptor, apud Lobelium nomine Thlaſpi ſupini lutei, expreſſerit.

VIII. Thlaspi biſcutatum villoſum flore calcari donato: caule eſt cubitali hirſutie aſpero, ſummitate in alas brachiato: quem folia craſſa, villoſa, aſpera, per marginem profundis inciſuris crenata, quædam ſinuata, uncias duas longa, ſemiunciam lata, uſque ad ſummum, baſi lata veſtiunt: flores habet luteos, magnos, calcari ut in linaria donatos, quibus peltæ duæ rotundæ unitæ, ſemen continentes, & in apicem oblongum deſinentes, ſuccedunt. In ſaxoſis Gallo provinciæ Bormij non longe ab Inſulis Stechadibus provenit, unde D. Burſerus attulit.


IX. Thlaspi fruticoſum leucoij folio latifolium: caulib. eſt pedalib. rotundis, lignoſis, quos folia pallide virentia, Leucoji forma, ſed breviora & anguſtiora, veſtiunt: flores in ſummitate pallidi, magni, & vaſcula biſulcata. Circa Maſſiliam D. Burſerus legit.

 Idem,

Idem, ſed minus & foliis anguſtioribus, ex Italia, Thlaſpi perpetui nomine, habemus.

X. Thlaspi Alexandrinum: planta eſt elegantiſſima, dodrantalis, ex cujus radice ſingulari, caules plures in ramulos brachiati, prodeunt, & ad diviſiones ſingulas, folia ſubrotunda perfoliatæ inſtar, ramulos ambiunt: à ramulorum extremitatibus, ex pediculis dependent ſiliquæ plurimæ, fere circinatæ, ut in Thlaſpi tenuifolio Fuchſii, eoque ordine, ſed majores, Naſturtii vulgaris fere magnitudine, in angulum oblongum cum cuſpide deſinentes, quæ in partes duas finduntur, & membranulam tenuem relinquunt. Hoc apud Iohan. Bauhinum fratrem vidimus, quod à Cortuſo accepit, ut in Phytopinace monuimus.

Burſa paſtoris major loculo oblongo.



DE BVRSA PASTORIS.

Capvt XIII.

I. Bursa paſtoris major folio non ſinuato: radice eſt longiuſcula tenui, aliquando capillata: caule palmum ſuperante, communiter uno (rarius pluribus) ramoſo: foliis atrovirentibus, ad radicem longis pediculis donatis, quæ circa caulem alas duas habent & baſi complectuntur: floribus & thecis cum vulgari convenit. Baſileæ in arenoſis: Italiæ ſylveſtribus, circa Monſpelium (ubi tamen longe minor eſt) quoque notavimus.

II. Bursa paſtoris major loculo oblongo: radix tenuis, fibroſa, inutilis & alba, cauliculum palmarem, hirſutie aſperum, ramoſum, aliquando vix ſemipalmarem, ſed alis carentem, emittit; ad cujus exortum, folia aliquot inter ſe viridia, humi ſtrata; unguis magnitudine, ovali figura, ſerrata, hirſutie aſpera: quæ vero caulem ambiunt, pauca ſunt & pediculis carent, floſculi in ſummo multi, parvi, congeſti, albi, quibus oculi parvi oblongi, è petiolis oblique tendentibus ſuccedunt: quibus ſemina duo, parva, fulva, acris ſaporis, includuntur, quæ loculo maturo aperto, & tantum altera parte foliacea relicta, decidunt. Apud nos locis ſiccioribus & campeſtribus, Martio florens & loculis onuſta reperitur, ut in Phytopinace monuimus. Monſpeſſuli, Thlaſpi Veronicæ folio nominatur, & hanc videtur Doctiſſ. Columna, ſub Draba minore murali diſcoide deſcripſiſſe.

III. Bur-

Burſa paſtoris alpina hirſuta.



Myagrum monoſpermon latifolium.



III. Bursa paſtoris alpina hirſuta: radicē eſt unciali, foliolis copioſis pallide virentibus, in orbem humi ſtratis, mollibus, incanis, lenticulę magnitudine, leviter crenatis, aliquando integris: cauliculis aliquot tenuiſſimis, leviter hirſutis, pene nudis, tres quatuorve uncias longis: floſculis parvis, albis: oculis flaveſcentibus oblongis, multo quam in vulgari majoribus, ſemen minutum ruſum continentibus: in alpibus Helvetiorum, ut monte Fracto & Spligel, reperitur.

DE MYAGRO.

Capvt XIV.

I. Myagrum fœtidum: ex radice caules cubitales, aliquando ſeſquicubitales, virides, craſſi, rotundi & aſperi exurgunt, quos folia pallide virentia, ſubaſpera, leviſſime ſinuata, quatuor vel quinque uncias longa, ſeſquiunciam lata, alternatim cingunt, qui in ſummo in alas breves dividuntur; quibus flores pallide lutei, longis petiolis donati, veluti umbellæ inſident, hiſque utriculi orbiculati, minutum ſemen continentes, ſuccedunt. Hoc apud nos in arenoſis ad pontem fluminis Wieſen repertum, quod ad differentiam vulgaris, ab odore, fœtidum appellare placuit.

II. MYAGRUM monoſpermon latifolium: caule eſt cubitali, aliquando altiore, rotundo, tortuoſo, varie & inæqualiter brachiato: foliis vulgari viridioribus, latioribus, linea alba diviſis, obtuſis, latiore baſi caulem amplexantibus, iis quæ ad radicem ſunt, Cichorii ſativi modo laciniatis, reliquis aliquando ſinuatis: floribus luteolis, parvis, quibus utriculi oblongi peræ ſimiles, ſuperne in duas extuberantias deſinentes, quorum medio apex inſidet, per maturitatem, uti & totus fructus, durus: in cujus utriculi medio, cavitas unica, ſemen unicum (unde nomen) ruſum, oblongum continens. Sapore Myagro non reſpondet. Hoc in horto D. Felicis Plateri primum, dein in horto Illuſtriſ. Ducis Wirtembergici, quod Montembelgardi frater coluit, (cui ſemen Bricourrues nomine miſſum fuit) legimus: ex Euganeis quoque accepimus, & Pſeudoiſatidem ab Alpino vocari intelleximus. In Phytopinace primum ſub 5. dein in Matthiolo figura addita, deſcripſimus.

III. MYAGRUM monoſpermon minus: ex radice parva, tenui, capillata, albicante, caulis unus vel alter tenuis, pedalis prodit, foliis paucis tenuiſſimis, pallide virentibus veſtitus: quorum ea, quæ ad radicem per terram ſparguntur, parum ſinuata ſunt, pediculis oblongis donantur, & unciam lata ſunt: at quæ in ſummo caulis, baſi ſua in alas abeunte, caulem amplexantur: in ſummo floſculi albi, conglobati: quibus utriculus parvus, ſemen continens, ſuccedit. Monſpeſſuli, non longe à monte Calcaris, D. Burſerus collegit.

IV. MYAGRO ſimilis ſiliqua rotunda: radix caulem cubitalem, hirſutum, fragilem, in ramos varios brachiatum, emittit: cui folia ad radicem hirſuta, aſpera & ſucculenta, quę maſticata, cum viſciditate levem acrimoniam exhibent, ſex uncias longa, ſeſquiunciam lata: quæ vero caulem ambiunt minora, pediculis carentia & alata: flores pallidi, minuti, quaſi in ſpica ſemipalmari diſpoſiti, quibus ſemen parvum, rotundum rugoſum, in apicem deſinens, quodlibet pedicello oblongo inſidens, primum viride, per maturitatem nigrum, medulla flava, oleaginoſa

Myagro ſimilis ſiliqua rotunda.



plenum, ſuccedit. Annua eſt planta, ex ſemine deciduo renaſcens, Iulio & Auguſto florens. Ioan. Bauhino in horto Montembelgardiaco nomine alicujus Myagri crevit. Monſpelio prope Lunellam natum, Lepidij & à D. Doldio, Thlaſpi nomine Norinberga, accepimus.

DE

DE DRABA.

CAPVT XV.

I. DRABA tenuifolia velut ſpicata: radice eſt oblonga, tenui, albicante, caulibus pedalibus, aliquando cubitum ſuperantibus, fragilibus brevibus brachiatis: foliis paucis, tenuibus, pallide virentibus, nonnihil in ambitu dentatis, triuncialibus, unciam latis, baſi lata caulem cingentibus, alatis, guſtu fervente & acri proditis: floribus albis, parvis, in cauliculis palmaribus, quaſi in ſpica natis, quibus ſingulis ſemen rotundum parvum, longo pedicello inſidens, ſuccedit. Hanc Bononiæ D. Agerius legit, & Drabam ferventem vernam nominari affirmavit.

II. DRABA flore cæruleo galeato: ex radice fibroſa albicante, Aſclepiadi ſimili, guſtus fervidioris aromatici, caulis unus (aliquando dico) cubitalis, lævis, ſtriatus, in ramos brachiatus, exurgit: quem folia pauca veſtiunt, quorum inferiora ſubrotunda, lævia, per marginem crenata, uncias duas longa, uncia minus lata: ſuperiora verò anguſta, acuminata & dentata, floribus eſt cæruleis galeatis, ut in Orchide, unciam longis, alternatim in caule diſpoſitis. Lutetia D. Cherlerus, ex Gallia Narbonenſi, D. Burſerus, attulere.


DE COCHLEARIA.

CAPVT XVI.

I. COCHLEARIA minor erecta: Ex radicula capillacea, cauliculus tenuis, lævis, palmo minor, prodit: foliola habet ad radicem pauca, exigua, oblongis capillaceis pedicellis donata, & quæ cauliculum alternatim ambiunt, lente minora ſunt, exiguis pedicellis donata & inſtar Cochleariæ Britannicæ ſinuata: in cauliculo ſummo, floſculi albi, quibus ſiliquę parvæ, oblongæ, ſemen minutiſſimum nigrum continentes, ſuccedunt. Hæc in Daniæ Inſula Amagria, in autumno à D. Olao Worm collecta, & Haffnia, Cochleariæ nomine transmiſſa fuit. Similem ſed palmarem, cauliculo craſſiore in duos ramulos diviſo, ex eodem loco, D. Caſpar. Bartolinus miſit.

II. COCHLEARIA Danica repens; hæc unciarum trium eſt, radicula & foliolis priori ſimilibus, ſed numeroſioribus, inter quæ cauliculi ſemiunciales, minutulis floſculis albis ornati: Hæc eodem quo prior loco provenit, humi inſtar herbæ cancri ſerpit, omnino folijs, floribus, ſeminum loculis & guſtu priori reſpondens, quemadmodum D. Olaus Worm perſcripſit, & D. Bartolinus, Cochleariæ marinæ parvulæ repentis nomine miſit.

Braſſica ſpinoſa.



DE BRASSICA.

CAPVT XVII.

I. NAPOBRASSICA. Radicem habet Napo, aut Carotæ pene ſimilem, admodum fibroſam & villoſam, ut barbata aut piloſa, propter multiplices & minutas fibras, dici poſſit: & licet frequenter fibram pollice craſſiorem habeat, attamen ſemper prima radix tuberoſior & longior, quæ Napum imitatur, conſpicitur; ex hac caulis ſeſquicubitalis, lævis, rotundus, in ramos brachiatus exurgit: folia ad radicem, una cum pediculis oblongis, palmaria, Braſſicæ ſylveſtris modo & ſubrotunda, & in profundas lacinias diviſa; quæ vero in caule, oblonga ſunt, anguſta, ſinuata, pediculis carentia: flores lutei, intenſioris coloris, quam in vulgari, magni, qui in cauli palmum excedente, inordinate longis pediculis inſident, quibus ſiliquæ anguſtæ, unciales ſuccedunt. In locis frigidioribus agri Norici, montanis potiſſimum & verſus Bohemiam colitur, & ab incolis Dorſen vel Dorſchen appellatur. Radix eſui apta eſt, quare aliqui eam ut Braſſicam floridam condiunt: pauperes minutim ut Rapas concidunt: ſic per hyemem in cella in arena, vel ad cibum, vel ad ſemen ſequentis anni, aſſervatur. Aliquando radix propter nimiam æſtatis ſiccitatem & loci anguſtiam, lignoſior evadit: quare poſt ſationem, in area ſpatioſa plantanda eſt.

II. BRASSICA ſpinoſa. Hujus ſolum binos ramulos habemus, quorum deſcriptionem ſubjungamus: caulis lignoſus, craſſus, in ramulos duos, alterum palmo majorem, alterum minorem, rotundum, lævem, ſtriatum dividitur: circa quos folia biuncialia, & ſemiunciam lata, per ambitum leviter ſinuata, quibus & minora interjiciuntur: ramuli in ſpinas acutas, unciales & minores abeunt. Ramulum unum Patavii in horto Bembiano natum, à D. Camerario; alterum ex horto D. Alpini privato accepimus, cujus figuram etiam Matthiolo noſtro addidimus.

III. BRASSICA ſylveſtris alpina: ex radice exigua, alba, caulis palmo altior, rotundus, lævis exurgit: foliis eſt tenuibus pallide virentibus, leviter ſinuatis, circa radicem oblongis, pleriſque uncialibus, in caule paucis, pediculo carentibus: in ſummo flores albi quaſi in umbella diſpoſiti, longiuſculis pedicellis donati: ſiliquas non vidimus. Hanc in Auſtriæ montibus natam, Turritis alpini nomine, D. Burſerus, miſit.

DE ACETOSA.

CAPVT XVIII.

I. ACETOSA Americana foliis longiſſimis pediculis donatis: ex radice caules plures, rotundi, ſtriati, læves, cubitales, in terram reclinati, prodeunt, qui mox in plures ramos oblongos brachiantur: folia habet pallida & veluti nitroſo pulvere obſita, anguloſa, non tamen ut in vulgari bifurcata, aut alata, ſed potius Atriplicis forma biuncialia, & pediculis triuncialibus donata, mollia, carnoſa, ſapore acido, ex quorum ſinibus alæ ſurgunt, foliis minoribus, ſed eadem forma: in quorum, ut & caulis ſummo, flores exigui, muſcoſi, veluti in ſpica diſpoſiti, emicant: quibus fructus foliacei (ex tenuibus rufeſcentibus membranis, elegantiſſimis venulis, veluti in Fritilla-

tillaria, per eas diſcurrentibus, compoſiti) ut in aliis, ſed quadruplo, quam in vulgari majores, ex parvis pedicellis dependẽtes, ſuccedunt: quibus ſemina triangularia oblonga, rufeſcentia & ſplendentia incluſa continentur. Hanc aliquot annis in horto aluimus.


II. Acetosa rotundifolia alpina: planta palma minor, ex cujus radicula, folia quina, ſena, violæ luteæ alpinæ modo rotunda, unguem lata, pediculis tres, etiam quatuor, uncias longis & tenuibus donata, prodeunt, & inter hæc, cauliculus lævis & nudus ſexuncialis, exurgit: in cujus ſummo floſculi muſcoſi parvi, veluti in ſpica unciali, cui foliolum ſimili forma ſubjicitur. Hęc in muris Noſodochii, quod in monte majore Bernhardi Helvetiorum eſt, provenit, unde D. Fleiſſerus attulit.

III. Acetosa ſcutata repens: radiculis eſt rufeſcentibus, cauliculis nodoſis, tenellis, per terram repentibus, uncias quatuor longis: foliis unguem latis, ſed longis pediculis cauliculos æquantibus, donatis, formam ſcuti, vel potius Aronis folium referẽtibus, in medio tamen utrinque ſinum obtinentibus & in apicem deſinentibus. In horto Patavino nata.

IV. Acetosa Cretica ſemine aculeato: radice eſt parva, rufeſcente, fibroſa, in ſumma tellure hærente: cauliculis quandoque pluribus palmam ſuperantibus, humi reclinatis, quandoque uno, ſed in ramulos brachiato: foliis parvis, oblongis, pediculo donatis, auriculis carentibus: floſculis multis, exiguis, muſcoſis, circa ramulos ſemipalmares in modum ſpicæ alternatim diſpoſitis; quibus ſemen ſuccedit, tenuibus membranis aculeatis incluſum, cui pediculus oblongus, incurvus, tenuis, ut in Caltha additur. Iunio floruit & ſemen maturuit, anno 1594. in Illuſtr. Ducis Wirtebergici horto, qui Montembelgardi colebatur, ſemine Florentia à Caſabona miſſo: Hanc in Phytopinace & Matthiolo, figura addita, Acetoſæ Creticę nomine, propoſuimus.

V. Acetosa lanceolata anguſtifolia repens: hæc cauliculis eſt pedalibus, rotundis, ſtriatis, per terram ſparſis, foliis ternis, quaterniſve, alternatim in caule diſpoſitis, unciis quatuor à ſe invicem diſſitis, anguſtiſſimis, criſpatis, uncias quatuor longis, lanceam referentibus, cum ex pediculo in alas duas utrinque bifurcatas abeant, ſenſimque anguſtiora reddantur: floribus eſt minutulis, rubentibus, ſpicæ oblongæ adhærentibus. Hæc in arenoſis circa Norinbergam reperitur, unde D. Doldius anno 1604. miſit.

Acetoſa Cretica ſemine aculeato.



Lapathum maritimum fœtidum.



Centaurium alpinum luteum.



DE LAPATHO.

CAPUT XIX.

LAPATHUM maritimum fœtidum: radice eſt & caule atrorubente, pedali, incurvo, quem folia atrorubentia, ſubrotunda, longis pediculis donata, & uncialia interdum ſinuata, communiter alata, ambiunt: ex quorum ſinu ramuli exurgunt, ſimilibus foliis cincti, quorum ſuperiora leviter per ambitum dentata ſunt: in caulis ſummo floſculi quadrifolii, muſcoſi, quaſi in ſpica diſpoſiti: quibus utriculi foliacei, ſubrotundi, ſatis magni, ſemen continentes, ſuccedunt. Hæc dum viret, gravis odoris eſt, & in maritimis non longe Monſpelio provenit.


DE CENTAURIO MAIORE.

CAPUT XX.

CENTAURIUM alpinum luteum: radicem habet rectam, profunde deſcendentem, craſſam, parumque fibroſam, ſubaſtringentem & Centaurii majoris ſapore fere præditam. Caulis eſt ſeſquicubitalis, etiam bicubitalis, rotundus, ſtriatus, in alas brachiatus: foliis ludit, quæ enim ad radicem palmaria, & ſeſquipalmaria, uncias quatuor lata, inæqualiter laciniata & crenata, glabra, pallide virentia, nervo albo folium percurrente: at quæ in caule ſunt, planta floreſcente, quædam cubitum ſuperant, quædam palmaria ſunt, & in partes decem, duodecim, pauciores, pluresve, uncias quatuor longas, ſemunciam latas, per marginem leviter dentatas, ita ſecantur, ut folia peculiaria eſſe videantur. Flores

res lutei, Centaurio majori ſimiles, ramulis inſidentes: ex calice enim ſquamoſo, florum ſtamina plura prodeunt: ex capitulo ante meridiem liquor pellucidus, & Mannæ inſtar dulcis, in guttis ſeu ſtillis ſponte exudat, & capitulum compreſſum & ſuctum, altero tamen die hunc humorem emittit. Floribus ſemina Centaurij ſimilia, aliquanto tamen minora, ſuccedunt. In monte Baldo provenit: plantam & ſemina, D. Doldius Norinberga quoque miſit.

Beta Cretica ſemine aculeato.




DE BETA.

CAPVT XXI.

BETA Cretica ſemine aculeato: ex radice tereti, brevi, parum fibroſa, caules plures cubitales, per terram ſparſi, rotundi, ſtriati, ad radicem levi hirſutie caneſcentes, in ramulos effuſi, exurgunt: folia habet pauca, Betæ nigræ ſimilia, ſed minora, longis pediculis donata: flores parvi, ex flavo vireſcentes: fructus ſtatim ad radicem multi conſpiciuntur, & hinc inde per caulem, ad quodlibet fere folium aſperi, extuberantiis donati, in aculeos tres, in latera reflexos abeunt: in cujus cavitate, granum unum continetur, forma ſeminis Adonidis ſubrotundum, in apicem abiens, duplici membrana rufa tectum, interiore, proxime medullam albam farinaceam cingente. Hanc primum in horto D. Zvingeri, Iulii menſis principio florentem & Auguſti fine ſemine prægnantem, eamq; aridam legimus, & nunc à multis annis in hortulo noſtro, colimus: cujus deſcriptionem in Phytopinace primum, dein in Matthiolo, figura addita, exhibuimus.

Atriplex ſylveſtris lappulas habens.



CAPUT XXII.

I. ATRIPLEX ſylveſtris fructu compreſſo roſeo vel ſtellato: à radice caulis exurgit pedalis, rotundus, incurvus, lævis & albus, qui ſtatim in aliquot ramos inæquales, & hic in alios minores, dividitur; folia habet alba, quaſi polline aſperſa, unguem lata, ſinuata vel anguloſa, ut in Atriplice ſylveſtri, quæ Pes anſerinus dicitur, pediculis carentia: his fere ſingulis, fructus foliaceus, pallidus, compreſſus apponitur, cujus formam elegantem vix exprimere licet: is enim in medio leviter extuberat, quatuor aliis extuberantiis, in circumferentia adpoſitis; quas tamen ſinus leves intercedunt, ea plane forma, qua roſæ depreſſæ, in quorundam nobilium inſigniis pingi conſuevere: in ſingulis quatuor extuberantiis, ſemen compreſſum, mediocris magnitudinis continetur. Si fructus hi mori rudimentum exprimerent, ad Atriplicem ſylveſtrem bacciferum Cluſij referri poſſet: Hanc Monſpeſſuli circa mœnia collegimus.

II. ATRIPLEX ſylveſtris lappulas habens: ex radice parva fibroſa, cauliculi palmares, ſtriati, emittuntur, quos folia atrovirentia, parva anguloſa, alternatim diſpoſita, brevibus pediculis donata, cingunt: ad quorum exortum lappulæ duæ, Coriandri ſeminis magnitudine, adhærent, ſemen nigrum, parvum, compreſſum continentes. Hanc Atriplicis ſyl. inſipidæ parvæ erectæ nomine, D. Doldius miſit; at in monte Ventoſo Galliæ Narbonenſis, altius excreſcit. Hanc in Phytopinace ſub octava deſcripſimus, etiam in Matthiolo, ubi figura à ſculptore non ſatis recte expreſſa addita, quare aliam in noſtro Theatro, ſi Deus volet, & etiamnum, proponimus.

III. ATRIPLEX maritima anguſtifolia: caule eſt ſubcano, lignoſo, cubitali, ramoſo, in ſpicas alias breviores, alias longiores, pallide flaveſcentes, & maculis nigris punctatas abeuntes: foliis inferioribus uncias duas, abſque pediculo longis, anguſtis, crenatis, nigricantibus; ſuperioribus, anguſtioribus, & pleriſque crenis carentibus: plura non licet, cum ſolum ramum ſiccum Ruppellæ collectum, D. Rumbaum attulerit.

DE HA

DE HALIMO.
CAPVT XXIII.

HALIMUS minor: ex radice tenui, capillata, caulis cinericeus, palmum ſuperans, varie incurvatus exurgit, qui paulo ſupra radicem, in ramulos plures tenues, uncias tres longos, abit: foliis paucis cinericeis, & oblongo rotundis: ſed in ramulis anguſtioribus nonnullis inſtar Atriplicis, utrinque una lacinia diviſis: floſculi plures, parvi, herbacei, muſcoſi, intus luteoli, longis pedicellis, per ramulorum ſummitates ſparguntur: quibus vaſcula quadruplicia, ſemen parvum, griſeum, reniforme, continentia, ſuccedunt. Hic infra Northuſam in der gülden Aw provenit, ut ex literis D. Fureri colligere eſt, qui plantam nomine Halimi aurei arvi anno 1617. transmiſit.

Cynocrambe Dioſcoridis.



DE CYNOCRAMBE.
CAPVT XXIV.

CYNOCRAMBE Dioſcoridis: ex radice oblonga, tenui, fibroſa, viticuli plures, palmares, quandoque longiores, rotundi, ſtriati, læves & ſucculenti, virides, aliquando parum rubeſcentes, reclinati, geniculis plurimis diſtincti, prodeunt: ex quorum ſingulis emergunt primum foliola duo, Alſines forma ſubrotunda, mox alternatim ex una parte eodemq; loco folium ſextuplo majus, oblongo pediculo donatum, oxalidis rotundæ folio oblongius, quadam veluti aſpergine obſitum, ſuccedit: tandem ad idem geniculum, alia decuplo minora, bina, terna, etiam ſena notantur: juxta quæ ab ima radice, ad viticulorum ſumma internodia, floſculi, bini, terni, quaterni, muſcoſi, ex herbaceo albidi, plurimis filamentis donati: quibus ſuccedunt fructus totidem, geniculis inter folia hærentes, Mercurialis forma, ſed minoris, rotundi, duriuſculi, primum virides, poſtea ex nigro cinerei, medulla alba referti. Herba guſtu eſt inſipido & aquoſo. Monſpeſſuli locis umbroſis legimus: mox cynocrambe nomine & plantam & ſemen, à D. Cortuſo accepimus, quæ copioſe nobis provenit. Hanc videtur doctiſſ. Columna in ſuo Phytobaſano, Alſines nomine expreſſiſſe, quam in Matthiolo deſcripſimus, & figuram adpoſuimus.

Lactuca folio oblongo acuto.



Sonchus aſper laciniatus Creticus.



DE LACTUCA.

CAPUT XXV.

I. LACTUCA folio oblongo acuto: hæc radice, caule, floribus, aliis lactucis ſimilis eſt, & ſolum foliis differt, quæ leviter ſinuata ſunt, palmum longa, uncias duas lata, in acumen faſtigiata, & nervo per folium excurrente elevato. Huic, Lactuca Gallica, apud Durantem, valde ſimilis eſt, quam à Ioan. Bauhino fratre accepimus, & in horto Montembelgardiaco poſtmodum legimus.

II. LACTUCA Italica laciniata: hujus folium tenuiſſimum eſt, pallide virens, in plures partes ſemipalmares & laciniatas diviſum: per reliqua vulgari Lactucæ ſimilis, quæ eſu tenerrima: ex ſemine Italico in horto copioſe crevit.

DE SONCHO.

CAPUT XXVI.

I. SONCHUS aſper laciniatus Creticus: ex radice, cauliſcubitalis, inæqualis, ſtriatus, aſper, cavus & ramoſus exurgit: foliis ad radicẽ palmaribꝰ & ſeſquipalmaribus, primis quidem vix laciniatis, aliis vero in plures & magnas lacinias diviſis, & in circumferentia nonnihil aſperis: floribus eſt luteis, magnis, quorum ſinguli ſingulis oblongis pediculis inſident, qui aliorum more in pappum in quo ſemen latitat, abeunt. Hic ex ſemine ex Creta accepto in horto crevit.

II. SONCHUS aſper, ſubrotundo folio: ex radice exili, longiuſcula, cauliculus rotundꝰ, palmaris, aliquãdo ſeſquipalmaris, parte inferiore breviſſimis aculeis exaſperatus, exurgit: circa quẽ folia pauca,

pauca, ſubrotunda, ſeſquiuncialia, quorum quędam ſinuata, omnia tamen per marginem, ut & nervus per folii medium excurrens, leviſſimis aculeis exaſperantur: in cauliculi ſummo duo treſve pediculi, quorum ſinguli unum florem Hieracio ſimilem, parvũ, luteum, qui in pappum abit, ſuſtinent. Monſpelii ſponte naſcitur, & Sonchus aſpera vulgi flore Hieracii, nominatur.

Eſt hujus & minor ſpecies, capillari radicula à qua pedicelli bini, quatuor vel ſex uncias longi, aliquot vero vix unciales, unicum florem parvum luteolum ſuſtinentes, exurgunt: flori, ſemen minutum nigrum, pappo adhærens, ſuccedit: circa radicem folia ſena, ſeptena, parva, obtuſa, per latera dentata. Ibidem reperitur.

III. Sonchus lævis in plurimas tenuiſſimas lacinias diviſus: caule eſt viridi, lævi, ſtriato & pedali, in ſummo in alas brachiato: foliis in plures anguſtas lacinias diviſis, ad caulis diviſionem majoribus: floribus luteis mediocribus & in pappum abeuntibus, Monſpeſſuli ad muros, ut & Florentiæ, apud quos in acetaria venit, provenit.

IV. Sonchus anguſtifolius maritimus: radice eſt palmari: tenui, fibris carente, foliis ad radicem pluribus, atrovirentibus, uncias quatuor, quandoque ſex longis, rarius unciam latis, per margines ſpinulis exaſperatis, & reliquorum Sonchorum inſtar lac fundentibus, inter quæ caulis unicus, palmaris & ſeſquipalmaris, tenuis, lævis, duobus tribuſve foliolis ſua baſi eum cingentibus, cujus ſummo flos unus, (rarius duo) ſatis magnus & luteus inſidet, & tandem in pappum abit. In litore Veneto ad Lio primum, dein circa Monſpelium, æſtatis initio collegimus.

V. Sonchus montanus lævis laciniatus minor: ex radice craſſiuſcula caulis in principio craſſus & lignoſus, rotundus, levis, ſtatim in alas brachiatus, ad cubitalem altitudinem accedens, exurgit: foliis eſt ſeſquiuncialibus, in paucas lacinias, late diſtantes & acuminatas diviſis: flores in caulis ſummo, veluti in ſpica alternatim diſpoſiti, parvi, & palliduli. In montibus Euganeis frequens eſt.

VI. Sonchus villoſus luteus minor: ex radice rufa longiuſcula, fibris carente, cauliculi bini, terni, rotundi, nonnihil villoſi, palmum ſuperantes, & in ſummo in ramulos binos, ternoſve diviſi, prodeunt: folia pauca ad radicem, uncias quatuor longa, ſed anguſtiſſima, laciniis late à ſe diſtantibus & lævibus, diviſa, quæ circa caulem ſtrictiſſima & uncialia: flores in ſummis ramulis intenſe aurei, ex parvis capitulis, ſuavi tomento villoſis prodeuntes, in pappum abeunt. Tota planta leviter tomentoſa eſt, & à quibuſdam Hieracium tomentoſum dicitur. Monſpeſſuli in luco Gramuntio provenit.

Sonchus montanus lævis laciniatus minor.



Cichorium ſpinoſum Creticum.



DE CICHORIO.

CAPVT XXVII.

CICHORIUM ſpinoſum Creticum: ex radice oblonga, mediocriter craſſa, fibris paucis donata, denſo cortice albicante tecta, caulis durus, lignoſus, mox in ramos multos palmares, virides, ſtriatos, late diffuſos brachiatur, qui omnes in oblongas, communiter bifurcatas, aliquando trifurcatas quaſi ſpinas, ſeu cornua finiunt: folia circa radicem plura per terram ſparguntur, quæ oblonga, anguſta, acuminata & Cichorii vulgaris modo in ambitu circumroſa, vel in plures lacinias ſuperficiarias & ſubrotundas diviſa, quæ in cauliculis anguſtiora, nec circumroſa: amara ſunt, non lacteſcunt & cito pereunt, etiam reliquis plantæ partibus eleganter virentibus. Flores, in ramorum maxime alis, ex calicibus imbricatis prodeunt, forma vulgaris ſimilibus, ſed longe minoribus, [illegible] coloris, ex quinis foliis ſumma parte leviter inciſis, compoſiti, in quorum medio ſtamina aliquot flava continentur: his ſemen vulgari ſimile, pariq; thecæ incluſum, ſuccedit. Iulio & Auguſto floret. Hoc primum Chondrillæ ſpinoſæ, dein Cichorii ſpinoſi nomine & plantam & ſemen D. Dold. miſit: ex quo in horto D. Zvingeri crevit: poſtmodum ex Creta ab Honor. Belli Cichorii ſpinoſi appellationes, qui monuit, vulgo ϛαμυαζάτι, hoc eſt, hydriam ſpinam dici, quo Cretenſes in Cichorij defectu utantur. Hujus primum in Phytopinace anno 1596. meminimus, dein in Matthiolo iconem cum deſcriptione anno 1598. exhibuimus: poſtmodum Chondrillæ peregrinæ nomine Cluſius, & apud eundem ſub Cichorio ſpinoſo Cretico Belli, Pona ann. 1601. propoſuere.

DE DENTE LEONIS.

CAPVT XXVIII.

I. DENS Leonis latifolius cauleſcens: caule eſt cubitali, hirſuto, rotundo, ſtriato, & cavo; quem folia baſi alata, in lacinias aliquot diviſa, ſubrotunda, uncias ſex longa, ſeſquiunciam lata, marginibus nonnihil piloſis, cingunt, quæque in caulis ſummo tantum leviter ſinuata, proxime caulem veſtiunt: flos magnitudine fere & colore, ſed pallidiore, ut in Dente Leonis vulgari. Plantam hanc abſque radice ex horto nobiliſſ. Nicolai à D. Loretio accepimus.


II. DENS Leonis tenuiſſimo folio: ex radice craſſa, rufa & fibroſa, folia aliquot tenuiſſima, virore ſplendentia, palmaria, uncias duas lata, primum profunde laciniata, dein quælibet lacinia, ut plurimum utrinque duplici, vel triplici levi lacinia (vel potius apice) ſubdiviſa prodeunt, ut & pediculi tenuiſſimi, nudi, duabus unciis foliis longiores, florem parvum ſuſtinentes. In Auſtria prope montem Drawenſtein D. Burſerus reperit.

III. DENS Leonis minor foliis radiatis: ad radicem parvam nigricantem, folia plura per terram ſparſa, uncias tres longa, ſemunciam lata, in plures lacinias profundas diviſa, quibus hoc peculiare, quod quodlibet folium in ſummo in tres profundas lacinias dividatur, & harum quælibet

ber apices plures, quaſi radios obtineat: foliorũ pediculi breviſſimis pilis pubeſcunt, cauliculi plures, læves & nudi, quorum unus palmo minor erigitur, reliqui breviores reclinati, ſinguli florem unicum, parvum, luteum, in pappum abeuntem, ſuſtinent. D. Neudorfferus communicavit.

IV. Dens Leonis minor aſpero folio: ad radicem parvam albicantem, folia plura ſubrotunda, duas treſve uncias longa, unam lata, laciniata & per ambitum leviſſimis ſpinulis, ut in Soncho, exaſperata: cauliculus duarum unciarum, florem ſatis magnum, pallide luteum ſuſtinet. Monſpeſſuli provenit.

Hieracium dentis leonis folio hirſutie aſperum minus.



DE HIERACIO.

CAPVT XXIX.

HIERACIUM dentis leonis folio hirſutie aſperum minus: radice eſt parva, oblonga, ad cauliculorum & foliorum exortum rufeſcente, folia ad radicem piloſa, aſpera, anguſta, uncias duas longa, in lacinias diviſa, inter quæ cauliculi nudi, aſperi, modo unus, modo bini, ternive, palmam non excedentes exurgunt, florem unicum, aureum in pappum abeuntem, ſuſtinentes. Monſpeſſuli provenit.

Idem, ſed longe aſperius, foliiſque latioribus, ex Hiſpania D. Albinus attulit.

II. HIERACIUM minus glabrum: ex radice albicante, oblonga, tenui, cauliculi palmares, rarius pedales, tenues, læves, virentes, in alas diviſi, exurgunt; folia habet pauca, ex virore ſplendentia, oblonga, anguſta, raris laciniis prædita: quorum quædam baſi latiore & alata, cauliculum amplexantur: floribus eſt minoribus, quam in ulla ſpecie, aureis, quorum ſinguli ſingulis pedicellis, unciam ſuperantibus, inſident, & aliorum more in pappos abeunt. Apud nos circa autumnum florens, in agris reperitur.

III. HIERACIUM dentis leonis folio obtuſo minus: ad radicem parvam folia ſena, ſeptenave terræ incumbunt, quæ craſſa & aſpera, uncias duas longa, unciam ſemis lata, obtuſa, nec profunde laciniata: inter quæ caulis lævis, nudus & cavus exurgit, qui florem unum pallide luteum & magnum ſuſtinet. Provenit in pratis extra minorem Baſileam.

IV. HIERACIUM dentis leonis folio floribus parvis: ex radice parva, lignoſa, fibroſa, capillacea & albicante, caulis pedalis, rotundus, aliquantum hirſutus exurgit, quem ad radicem folia pauca, ſubaſpera, corroſa, acuminata, uncias tres longa, ſemunciam lata, cingunt: in caule ad ejus medietatem pauca, ſolum dentata, eumque baſi ſua complectentia: cujus ſummo floſculi plures, lutei, pedicellis breviſſimis inſident. Hoc in Gallia Narbonenſi circa Maſſiliam reperitur.

V. HIERACIUM dentis leonis folio bulboſum:

boſum: radix ex aliquot oblongis quaſi Aſphodeli bulbis compoſita, de ſe mittit caulem cubito altiorem, nudum, levẽ, ſtriatum, circa medium in ramos pedales (unum vel alterum) diviſum, quorum quilibet florem parvum, ſubflavum, ſuſtinet: folia ad radicẽ per terram ſparſa denti leonis ſimiliter ſinuata & corroſa, inferne molli lanugine pubeſcentia, ſuperne ſubaſpera, unciam lata, tres longa, Monſpelio D. Saltzmannus attulit.

VI. Hieracium tomentoſum Hiſpanicũ: tota planta mollis eſt, incava, tomẽtoſa; radicem habens cortice rufeſcente tectum, caulem palmarẽ, rotundum, incanum: folia ad radicem oblongis pediculis donata; uncias tres quatuorve longa, ſemunciam lata, mollia, craſſiuſcula, ad formam foliorum dentis leonis vulgaris ſinuata, quæ in caule anguſtiora, minuſq; profunde ſinuata: cauliculi ſummo, flores bini, terni, lutei, breviſſimis pedicellis inſident, quorũ ſinguli ex eleganti calice hirſuto in plures apices diviſo, emicant. In aridis & ſaxoſis Aragoniæ, D. Albinus obſervavit.

VII. Hieracium maximum aſperum Chondrillæ folio: caule eſt ſeſquicubitali, craſſo, rotundo, inæquali, ſtriato & aſpero: in ſummo in ramos ſemipalmares brachiato: quorum ſinguli ſingulos flores luteos ſuſtinent: folia habet pauca, alternatim caule ambientia, Chondrillæ modo in lacinias diviſa, uncias tres longa & hirſutie aſpera. Monſpeſſuli in aſperis, quæ loca cariges vocant, provenit.

VIII. Hieracium alpinum anguſtiſſimo oblongoque folio: ad radicem duriuſculam rufeſcentem, folia plura graminea, palmo longiora, glabra, atrovirentia, obſervantur: inter quæ caulis cubitalis, lævis, rotundus, ſtriatus, paucis foliis cinctus & circa medium in plures ramulos diviſus, exurgit: ramulis ſingulis flos unicus, parvus, luteus inſidet, cui ſemen parvum ſuccedit, quod cum ſuo pappo à vento excutitur. In monte Baldo reperitur.

IX. Hieracium alpinũ pumilum Chondrillę folio: tota planta palmaris eſt, ex cujꝰ radice alba, cortice nigricante tecta, folia aliquot prodeunt lęvia, pallide virentia, uncias quatuor longa, pediculis longis donata, vix laciniata: inter quæ cauliculus exurgit rotundus, foliis Chondrillæ modo diviſis cinctꝰ, qui in ſummo in duos, treſve ramulos unciales dividitur, quorum ſinguli florẽ unum luteum ſatis magnum ſuſtinent. Creſcit in Sneeberg Auſtriæ, ubi D. Burſerus legit, & anno 1616. Hieracii aphacoidis nomine, tranſmiſit.

X. Hieracium intubaceum flore luteo. Hoc foliis eſt Intubi, caulem proxime ambientib. aliquibus integris, aliis in ſinus profundos laciniatis, longitudine uncias quatuor, latitudine ſeſquiunciam ſuperantibus, atrovirentibus & lævibus: caulem habet tenuem, pedalem, ramoſum, reclinatum & lævem: cauliculo pene palmari nudo, flos unicus, luteus, mediæ magnitudinis inſidet, cui ſemen parvum pappo incluſum ſuccedit. Hoc (ut & ſubſequens) Hieracii Aphacoidis nomine à D. Doldio, dein ex Italia, Sonchi Hieracitidis nomine accepimus.

XI. Hieracium Intubaceum flore magno albido: hoc foliis eſt priore longioribus, latioribus: magiſque laciniatis: flore etiam majore, albido, medio luteo, foris ſubrubente.

XII. Hieracium proliferum falcatum: radicem habet albicantem, oblongã, tenuem, capillatam: folia atrovirentia, dentata, aſpera, uncias duas longa, ſemunciam: cauliculos læves, rotundos, parum foliatos, palmares: capitulum parvum, ex plurimis ſtylis gracilibus, per maturitatem recurvis, & aſperis, compoſitum, inter quæ flos luteus, medio fuſcus: at ſub floris capitulo, communiter utrinque ramulus unus, rarius duo, lævis, nudus, uncias quatuor, quandoque ſuperans, exurgit, quibus utrinque foliolum anguſtiſſimum ſubjicitur, & horum ſummo ſimiliter flos inſidet, & ſæpe ſub hoc quoque flore, pedicellus floſculum ſuſtinens, emergit.

Hoc minus etiam reperitur, ita ut tota planta, palmum non excedat. Monſpeſſuli in luco Gramuntio reperitur, & quod minus eſt, Hieracium medio luteum vocant.

XIII. Hieracium minimum falcatum: plantula eſt uncias ſex non excedens, radicula longiuſcula, tenuiſſima, rufeſcente, ex qua cauliculi aliquot capilli craſſitie, in ramulos diviſi, inter folia laciniata, lævia, uncias duas longa, at anguſta, exurgunt: flores ſinguli exigui, luteoli, pedicellis ſingulis inſident, qui inſtar prioris in ſtylos minutiſſimos recurvos & pungentes, abſumuntur. In arenoſo litore maris non longe Monſpelio invenimus.

XIV. Hie-

XIV. Hieracium montanum rapifolium: ex radice rufeſcente, oblonga, parum capillata, folia pauca, ad Rapæ vulgaris modum, in lacinias ſubrotundas, per margines ſinuatas, & ad tactum aſperas, diviſa, pediculis oblongis rubentibus & aſperis donata, prodeunt: inter quæ caulis cubito altior, cavus, ſtriatus, rufeſcens, uno alterove brevi folio cinctus, exurgit, qui ſuperne in ramulos plures dividitur, quorum ſingulis, flos communiter unus, rarius duo, pediculis tamen diſtinctis inſidet, luteus, mediæ magnitudinis, qui tandem in pappum abit. In monte Waſſerfall provenit.


XV. Hieracium montanum foliis dentatis flore magno: hoc foliis eſt atrovirentibus, lanugine carentibus, ad radicem maxime diſpoſitis, uncias quinque longis, unam latis, per circumferentiam & dentatis, & leviſſima lanugine pubeſcentibus: inter quæ caulis pene nudus, pedalis, cavus, hirſututie aſper, exurgit, qui florem unum eumque magnum, ſaturate luteum, eleganti quaſi calici incluſum, ſuſtinet. Hoc in Helvetiorum montibus, Gotthardo, & circa Thermas Fabarias, creſcit.

XVI. Hieracium ramoſum magno flore: hoc caule eſt bicubitali, rotundo, ſubaſpero, in ramos diviſo, quibus ſingulis, flos magnus, aureus, dentis leonis forma inſidet: folia habet pallide virentia, nonnihil aſpera, ſinuata, & per margines exiguis pilis donata, longitudine palmum ſuperantia, tres uncias lata, per quorum longitudinem, coſta inſignis excurrit, à qua per tranſverſum venæ feruntur. In montibus Bellunenſibus reperitur.

XVII. Hieracium alpinum non laciniatum flore fuſco: caule eſt ſeſquipalmari, hirſuto, parte ſuperiore aphyllo: foliis ad radicem hirſutis, obſcure virentibus, acuminatis, duas treſve uncias longis, unciam latis: floribus aliquot parvis, fuſcis, in pappum (cui ſemen parvum oblongum & nigrum includitur) abeuntibus, & caulis ſummo inſidentibus: quod in Rhæticis montibus provenit.

XVIII. Hieracium hortenſe non laciniatum floribus atropurpuraſcentibus: caule eſt bicubitali, hirſutie aſpero, & pene aphyllo: foliis ad radicem paucis, palmaribus, uncias tres latis, obſcure virentibus, leviter hirſutis, & per marginem levi lanugine pubeſcentibus, floribus atropurpuraſcentibus, in medio ſubflavis & mellei odoris: quod à quibuſdam Piloſellæ majoris nomine (ſiquidem cum Auricula muris majore Tragi, multum affinitatis habeat) in hortis colitur: & à priore cultura ſolum differre videtur.

Hieracium pumilum ſaxatile aſperum, radice præmorſa.



XIX. Hieracium pumilum ſaxatile aſperum radice præmorſa: ad radicem craſſiuſculam nigricantem, in fibras oblongas, præmorſas abeuntem, folia plura, villoſa, acuta, longis pediculis donata, uncias tres, quatuorve longa, ſemiunciam lata, in circuitu rarioribus dentibus donata: inter quæ cauliculus palmo minor, hiſpidus, tenuis & rotundus, uno alterove foliolo veſtitus exurgit, florem ſubluteum ſuſtinens, cui ſemen parvum, nigricans, pappo immerſum, ſuccedit. In alpibus provenit.

Variat: nam & altera eſt ſpecies, foliis ſubrotundis, duas treſve uncias, abſque pediculis biuncialibus, longis, ſeſquiunciam latis, per marginem crenatis: cauliculo longiore, tres quatuorve flores ſuſtinente, & hoc Hieracium ſaxatile aſperum radice præmorſa, folio ſubrotundo dici poteſt.

Eſt & tertia ſpecies, radice craſſa, caulibus in plures ramulos diviſis, quod in ſaxoſis prope Cluſam Solodurenſium naſcitur.

Priori plane ſimile Hieracii parvuli quarti nomine doctiſſ. Columna p. 2. propoſuit, ſolum in eo differens, quod noſtrum hirſutum ſit, ſuum vero glabrum aſſerit.

XX. Hieracium montanum lanuginoſum laciniatum parvo flore: ex radice oblonga, atrorubente, folia plura, pediculis uncias tres longis, donata, craſſa, profunde laciniata, acuminata, molli lanugine pubeſcentia, ſuperne atrovirentia, & quaſi maculata, alia ſeſquiunciam lata, alia ſeſquiunciam lata, alia anguſtiora, inter quæ cauliculus palmaris, tenuis, mollis exurgit, cujus ſummo, flores aliquot lutei, parvi, & quidem ſinguli ſingulis pedicellis inſident. Apud Monſpelienſes, in horto Dei creſcit.

XXI. Hieracium capillaceo folio: radice eſt Scorzoneræ ſimili craſſa, oblonga, tunica fuſca & rugoſa veſtita, ex qua cauliculi bini, palmares, læves, ſinguli florem unicum, pallide luteum, mediæ magnitudinis, ſuſtinentes exurgunt: folia ad radicem plurima, pili inſtar tenuia, duas, rarius tres, uncias longa, rigidiuſcula, atrovirentia, rarius cauliculorum partem cingentia.

Monſpelio D. Saltzmannus attulit.

An forte Scorzoneræ ſpecies?

XXII. Hie-

Hieracium murorum anguſtifolium non ſinuatum.



XXII. Hieracium murorum anguſtifolium non ſinuatum: ex radice craſſa, rufeſcente, caulis ſeſquicubitalis, pene nudus, rotundus & aſper exurgit, in cujus ſummo quaſi in umbella, flores plures, parvi, lutei, reſident, folia ad radicem ſubnigra, mollia, uncias ſex longa, vix ſemunciam lata, in caulis parte inferiore pauciora, breviora, anguſtiora, longe à ſe invicem diſtantia & inordinate diſpoſita: in muris noſtris reperitur: quod circa Patavium, longe minus obſervavimus.

XXIII. Hieracium profunde ſinuatum pubeſcens: radice eſt nigricante, lignoſa, fibroſa, caule bicubitali, rotundo, fiſtuloſo, levi lanugine, ut & tota planta, pubeſcente, in ramos brachiatos: foliis ad radicem oblongis, acutis, profunde ſinuatis, etiam laciniatis, oblongis pediculis donatis, per caulem paucis, ſimiliter acute laciniatis: flores ſingulis pediculis, aurei, in pappum abeuntes, inſident: In pratis Michelfeldenſibus ſiccioribus, ad dumeta etiam in dumetis, provenit.

XXIV. Hieracium fruticoſum latifolium glabrum: ex radice fibroſa, nigricante, caules bicubitales, rotundi (leviſſimis pilis hinc inde aſperſis) exurgunt, qui in ſummo in ramulos breves brachiantur, quibus flores pallide lutei, ut in Hieracio Sabaudo ſive fruticoſo inſident: hos folia ambiunt alternatim diſpoſita, tenuia, atrovirentia, acuminata, uncias quatuor vel quinque longa, ſeſquiunciam lata, per marginem oblongis & raris apicibus donata: hoc in montoſis circa acidulas Petrinas Iulio floret.

XXV. Hieracium fruticoſum folio ſubrotundo: caule eſt cubitali, rotundo, ſtriato, ſubaſpero, qui in ſummo in ramulos, trium quatuorve unciarum brachiatur, qui ſinguli, ſingulos flores, pallide luteos, in pappum abeuntes, ſuſtinent. quem folia ſubviridia, ſubrotunda, acuminata & dentata, uncias duas longa, ſeſquiunciam lata & leviter hirſuta, baſi ſua cingunt: quod Hieracii foliati nomine D. Iungermann. miſit.

XXVI. Hieracium fruticoſum minus: hujus varietas triplex occurrit; nam licet ex radice fibroſa, & quaſi præmorſa, caulis pedalis ſimplex exurgat, attamen foliis brevibus & læviſſimis, circa Patavium: at circa Norinbergam, paucis, brevibus, ſubrotundis, in circumferentia crenatis & aſperiuſculis provenit.


Chondrilla viſcoſa humilis.


Chondrilla purpuraſcens fœtida.

DE CHONDRILLA.


CAPUT XXX.

I. CHONDRILLA viminea viſcoſa Monſpeliaca: ex radice oblonga, pallide lutea, caulis bicubitalis, albus, rotundus, ſtriatus, in plures ramos brachiatus, exurgit: folia, caulis partem inferiorem cingentia (prima enim humi ſparſa cum cito marceſcant ut in vulgari, non notata) ſaliginis ſimilia, uncias ſex vel octo longa, ſemunciam lata & lævia, rarius una, alterave lacinia donata: at ſuperiora ramos cingentia, inſtar Chondrillæ in tenuiſſimas & acutiſſimas lacinias dividuntur: flores parvi, lutei, ut in vulgari diſpoſiti, in pappum, cum ſemen maturuit, evolantes. In aridis aggeribus viarum, æſtate circa Monſpelium & in monte Lupi, reperitur.


II. CHONDRILLA viſcoſa humilis: ex radice longa, tenui, alba, cauliculi plures, tenues, reflexi, pedales, prodeunt, quos utrinque ad palmæ longitudinem, flores lutei, oblongi, in pappos abeuntes alternatim cingunt: folia habet ad radicem oblonga, anguſta, quædam ſinuata, quædam integra, & in caule pauciſſima: in agris Baſileenſibus autumno florens, invenitur.

III. CHONDRILLA purpuraſcens fœtida: ex radice oblonga, tenui, fibroſa, caules plures, ad cubiti altitudinem accedentes, ad exortum parum piloſi, ex rubore obſcuro, cum foliorum pediculis ſplendentes, alias virides & ſtriati, in ſummitate aphylli, exurgunt: folia ad radicem plura, palmum excedentia, inſtar foliorum Chondrillæ Seſamoidis dictæ, plus minuſve ſinuata, & acuminata mollia, aliquando pilis exiguis cincta, nervo folium percurrente, inferne (ut & foliorum

Iacobæa maritima latifolia.



Iacobæa alpina foliis rotundis ſerratis.



liorum pediculi) hiſpido: ſingulis caulibus, qui raro brachiantur; flos unicus peramœnus, magnitudine & forma Ptarmicæ Auſtriacæ inſidet, cujus diſcum medium, foliola ſedecim & plura oblonga, diluto rubore purpuraſcentia, in apicibus diviſa, orbiculatim cingunt: qui, ubi ſemen maturuit, in pappum oblongum abit. Hanc Iulio menſe florentem, primum in horto D. Zvingeri legimus, & in noſtro coluimus: fœtidam vocamus, quia flos, antequam aperiatur, gravem odorem ſpirat, qui & in foliis aliquantum advertitur.

DE IACOBÆA.

I. IACOBÆA maritima ſive Cineraria latifolia: hæc ex radice caules cubitales, rotundos, cãdido, mollique tomento obductos, in alas brachiatos, emittit: folia inferiora ſubrotunda, cum pediculis pedem longa, uncias quatuor lata ad modum Braſſicæ vulgaris laciniata, & per marginem ſinuoſa, ſuperne ex viridi nigricantia, inferne incana, quaſi cinerib. aſperſa & mollia: at ſuperiora minora & acutiora: flores, qui in hac quam vulgari majores, oblongis pediculis incanis & nudis inſident, quorum diſcum aureum folia latiuſcula, pallidiora, orbiculatim cingunt, qui tandem in poppos cum ſemine abeunt. Hanc à D. Doldio accepimus.

II. IACOBÆA rotundifolia incana: radice eſt craſſiuſcula transverſa, rufeſcente, in fibras oblongas abeunte: caule pedali, incano: foliis ſubrotundis, craſſis, ſuperne virentibus, inferne incanis, uncias duas abſque pediculis, longis, ſeſquiunciam latis, in ambitu dentatis, at in caule paucis & anguſtiſſimis: flos, qui Scorzoneræ flori ſimilis, ſummo cauli inſidet, ſatis magnus & luteus:

luteus: toti plantæ lanugo quidem aſpera eſt. In provincia Galliæ D. Burſerus legit.

Iacobæam alpinam foliis rotundis ſerratis, ſub conyza alpina ſive montana, Geſnerus poſuit: at Cluſius, Iacobæam 4. vel latifoliam 2. nominavit & deſcripſit: hujus figuram à nemine, quod ſciam, propoſitam, addere placuit.

LIBER QVARTVS.

DE TANACETO.

CAPVT I.

TANACETUM alpinum: herbula eſt unciarum quatuor, vel ſex, odore aromatico prædita, tota incana, & pilis mollibus veſtita: radice longa, craſſiuſcula, foliis uncialibus, tenuiſſime, ut in Millefolio alpino, à quo, odore potiſſimum diſcernitur, diviſis: in caulicorum ſummo, flores in umbella diſpoſiti, albi & parvi. Hoc in altiſſimis montibus Helvetiorum & Rhætorum creſcit: & hoc forſan Geſnerus in catalogo hortorum Germaniæ, Ivam Moſchatam Rhætorum appellat.

DE CHRYSANTHEMO.

CAPVT II.

CHRYSANTHEMON latifolium Braſilianum: caule eſt aſpero, ſtriato, cubitali, quem folia rara, lata complectuntur, quæ circa baſin uncias duas lata, quatuor, etiam quinque, longa, ſenſimque anguſtiora reddita aſpera ſunt & per margines leviſſimis dentibus exaſperata, ex quorum ſinu pediculi oblongi prodeunt, florem luteum ſuſtinentes, cujus diſcum ex pluribus oblongis luteis apicibus, compoſitum, folia ſeptem latiuſcula, in binas vel ternas crenas fiſſa cingunt, totusque flos à quinque foliis viridibus inæqualibus veluti umbone ſuſtentatur. Hæc in ramo exiccato, quem Chryſanthemi Braſiliani nomine, ex horto nobiliſſ. Contareni habemus, notare potuimus.

DE CHAMÆMELO.

CAPVT III.

I. CHAMÆMELUM leucanthemum Hiſpanicum magno flore: caules habet cubitales, ſtriatos, in ſummo brachiatos, quos folia pediculis carentia, ſatis à ſe invicem diſſita, cingunt, quæ uncialia, anguſta, in lacinias tenues, obtuſas, ſed bifidas, diviſa: florem habet quadruplo vulgari majorem, diſco pallide luteo, quem folia circiter vicena, alta, lutea, ſinuata ambiunt, cui ſemina, ut in vulgari ſuccedunt: annuum eſt & odoratum, à D. Gillenio, una cum ſequenti & utriuſque ſemine, miſſum.

II. CHAMÆMELUM luteum Hiſpanicum odoratum: hoc caule & foliis cum vulgari leucanthemo convenit, ſed floribus luteis & odoratis, priori quidem minoribus, ſed vulgari duplo triplove majoribus, diſco luteo, quem folia quatuordecim, luteo colore ſplendentia, cingunt: in horto meo crevit.

III. CHAMÆMELUM leucanthemum incanum Hiſpanicum minus: plantula eſt palma minor, radice parva, fibroſa, ruſeſcente, ex qua cauliculus tenuis, uncias quatuor altus, nudus, exurgit, florem unicum, ſatis magnum, diſco pallide luteo, foliis pluribus albis cincto, ſuſtinens: foliola ad radium parva, incana, tenuiſſime inſtar Abſinthii Galatici, vel Abrotani, diviſa, quæ inſipida & inodora ſunt. In regno Granadæ, ad agrorum margines, D. Albinus collegit.

DE ABROTANO.

CAPUT IV.

ABROTANUM campeſtre incanum, Carlinæ odore: huic radix eſt oblonga, fibroſa, ruſeſcens, caulis pedalis, folia, eo modo quo Abrotani maris inferiora, diviſa, incana, & ſi teranrur Carlinæ odore, ut & ſapore: in reliquis, cum Abrotano campeſtri convenit. In Auſtria, ad Lintzium urbem circa vias provenit, unde D. Burſerus miſit.

DE ABSINTHIO.

CAPVT V.

I. ABSINTHIUM ponticum Creticum grati odoris: caule eſt cubitum ſuperante, rotundo, incano, in ramos plurimos, quincunciales diviſo, foliis tenuibus, multum diviſis, mollibus & incanis: floribus vulgari forma & colore ſimilibus, paulo tamen majoribus. Hoc, quemadmodum Honor. Belli ex Creta anno 1596. (addita planta) perſcripſit, in Creta frequẽtiſſime provenit, perpetuo viret, odorem gratum ſpirat, nihilque amarum eſt, aut ſi quam ſecum amaritudinem habet, ea valde obſcura eſt, in viridi enim, nulla percipitur: ab aſinis & pecoribus, omnibusq; brutis valde expetitur. Vocatur, ἀσπιὰ, & non ἀβσινθιὰ, quemadmodum Anguillarus in Græcia vocari perperam ſcribit: ego legitimum Ponticum eſſe judico: hactenus Belli. Hac de re dicturi ſumus plenius, ſi DEUS volet, in Theatro noſtro.

II. ABSINTHIUM alpinum incanum: ex radice ruſeſcente, capillacea, cauliculi plures palmares, reclinati, rotundi & albicantes, foliis quam pauciſſimis veſtiti prodeunt: folia, diviſura & colore, Abſinthio Pontico tenuifolio incano, ſimilia ſunt: ex cauliculorum parte media ſurſum verſus, pedicelli tenuiſſimi, unciales, cum ſubjecto foliolo, tenuiſſime diviſo, recti, alternatim exurgunt, qui capitulum ſquamatum, flores pallidos continens, ſuſtinent: quibus ſemen minutum, nigrum, Tanaceti odore ſuccedit: tota planta odore & ſapore eſt Abſinthii, & in Valeſianorum alpibus, ut in petris ſupra Gemme, D. Fleiſſerus 1606. & D. Burſerus 1614. collegit.

III. ABSINTHIUM alpinum candidum humile: radice eſt craſſiuſcula, oblonga, ruſeſcente, in fibras abeunte, ex qua folia candida, oblongis pediculis donata, tenuiſſime diviſa, cum cauliculis (aliquando unico) trium, quatuorve unciarum longis, rotundis, albo tomento veſtitis & ad exortum reclinatis, prodeunt: quorum ſummo capitula ſquamata, plura ſimul, ut in ſtœchade lutea, ſed minora, diſpoſita, luteos flores continentia, inſident. Tota planta candida eſt, quatuor vel ſex uncias vix ſuperans, & valde amara: ex Gletzerberg, Helvetiorum monte, non longe ab Auguſta valle, D. Burſerus attulit.

IV. ABSINTHIUM alpinum umbelliferum: hoc non tanquam novum proponimus, cum à Cluſio, Lobelio, Tabernæmontano, Gerardo, & in hiſtoria Lugdunenſi deſcriptum & pictum fuerit, ſed quia in hoc varietatem obſervavimus, & de hoc litem eſſe ſcimus, quare de hoc pauca aſpergere lubet. Nam Nicol. Clavena Bellunenſis Pharmacopæus, Abſinthii umbelliferi hiſtoriam (addita figura) & uſum inſignem proponens, novum eſſe Abſinthium, & à ſe primo in montibus Bellunenſibus inventum, libello Venetiis 1610. cuſo aſſerit: contra quem Pompejus Sprechis, Pharmacopæus Venetus, tractatu peculiari, ſequente anno Venetiis edito, diſputans, novum non eſſe, ſed à C. Cluſio, pridem nomine Abſinthii alpini umbelliferi, propoſitum fuiſſe affirmat. Sane occurrit varietas, ſed tantum in magnitudine: nam id quod in monte ſervæ Belluni natum, foliis eſt latioribus & longioribus, quam ſint ejus quod in Helvetiorum alpibus, & Baldo monte provenit: quo adhuc minus eſt, quod in Auſtriæ monte Trawenſtein reperitur: quemadmodum ex horto Patavino habemus, umbella ex minoribus floribus compoſita, inſtar Millefolii vulgaris, florib. præſertim antequam aperiantur, magis conglomeratis: quare tantum ratione loci differre cenſemus, & quidem ex plantæ inſpectione & examine diligentiore, ut qui in Baldo & Helvetiorum alpibus collegerimus: Belluni natam Cluſ. Angelus Buſti Medicus Venetus: Auſtriacam vero, D. Burſerus tranſmiſerit.

DE MILLEFOLIO.


CAPVT VI.

I. MILLEFOLIUM maximum umbella alba: caulibus eſt ſeſquicubitalibus craſſis, rotundis, ſtriatis: foliis circa radicem palmum longis, uncias quatuor latis, tenuiſſime inciſis & velut è multis minutiſſimis alatis foliolis conſtantibus, ſed minoribus & tenuiſſime inciſis, quæ circa caulem ſunt, qui in ramos plures brachiantur, quibus ſingulis umbella, uti in Millefolio vulgari, ſed major, floſculis albis referta, inſidet. In horto Patavino crevit.


II. MILLEFOLIUM purpureum majus: ex radice craſſa ſatis, caules plures ad cubitum & ſeſquicubitum excreſcunt: foliis ut in vulgatiſſimo Millefolio diſpoſitis, umbella magna, flores elegantiſſimimos rubri coloris & quinquefolios continens, in quorum medio apices pallide flaveſcentes, qui gratiam addunt, emicant: flores contriti, medicatum odorem ſpirant. Hoc Gôppingæ primum in Pharmacopæi horto legimus, & nunc in horto colimus: quod Cluſius nomine Millefolii rubro flore proponere videtur: an hoc forte Matthiolo Millefolium majus?

III. MILLEFOLIUM incanum Creticum, ſive Millefolium Dioſcoridis: caulibus eſt lignoſis, rotundis, incanis, ſeſquipalmaribus, foliis Chamæcypariſſi forma oblongis, denticulatis, incanis, vel ut Dioſcorides, avicularum pennas imitantibus, caules in ſummitate in ramulos abeunt, qui umbellam ſatis compactam ex floribus ex albo flaveſcentibus compoſitam, ſuſtinent. Hoc ex horto magni Ducis Hetruriæ, primum à D. Paſchali (ut in Phytopinace monuimus) dein ex Creta à D. Honorio Belli accepimus: quod legitimum Dioſcoridis Millefolium eſſe cenſemus, cujus in Epiſtola 2. Belli ad Cluſium, ſub Stratiote Millefolio mentio fit, qui in Creta μιgιόφυλο vocari ſcribit.

Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum.




Millefolium aquaticum cornutum.




IV. Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum: ex radicibus fibroſis, tenuibus, rami prodeunt plures, cubitales, cavi, ſtriati, in alas brachiati, aquæ innatantes: ex quorum geniculo quolibet, folia terna, vel quaterna quaſi ſtellatim circumjecta, tenuiter inciſa, pennam & forma & tenuitate referentia, colore fuſco prodeũt: at cauliculorum ſummitates palmares, ex aqua recti attolluntur, ſpicam purpuraſcentem, Iunio & Iulio menſibus, ſuſtinẽtes, quæ in floſculos copioſos, pallide luteos, ſimul junctos, Anethi ſemen forma referentes, expanditur: his ſuccedũt capitula nigra ac prædura, plerumq; quaterna, quina, etiam plura, cauliculorum faſtigia, quæ ſuper aquam eminent, rotatim ambientia, quibus ſingulis cavitas exigua, ſemen continens ineſt. Hoc in piſcinis provenit, quod primum in foſſa arcis Weckenthal in Alſatia, obſervavimus: & Tragus, Algæ tertiæ, vel Algæ Vergilii nomine, exprimere voluiſſe videtur. Hujus ut & ſequentis deſcriptionem in Phytopinace, Matthiolo, & Tabernæmontano emaculato, una cum figura exhibuimus.

V. Millefolium aquaticum cornutum: hoc prioris modo aquis innatat, caulibus cubitalibus, tenuibus, ramoſis, fragilibus, denſe geniculatis, quos folia ambiunt tenuia, capillata, quorum inferiora, cornua cervina æmulantur & exiccata rigeſcunt: ſuperiora vero, tenuiora, tenuiuſq; diviſa ſunt: ex ipſis geniculis, pediculi, modo trium, quatuorve unciarum prodeunt, ſinguli, ſingulos flores, parvos, albicantes, quadrifolios ſuſtinentes: quibus capitulum parvum Ranunculi forma, ex quinis ſeniſve granulis virentibus compoſitum, ſuccedit. In rivulis circa Hiltelingam, non longe Baſilea primum, dein in foſſis horti Montembelgardiaci obſervavimus.

Conſolida regalis latifolia parvo flore.



Chelidonium majus foliis quernis.



DE CONSOLIDA REGALI.

CAPVT VII.

CONSOLIDA regalis latifolia parvo flore: ex radice fibroſa, oblonga, rufeſcēte, caulis cubitalis, rotundus, ſtriatus, leviſſima hirſutie albicans, in ramos brachiatus, exurgit: quem folia tripartita primum, dein ad formam foliorum Ranunculi arvenſis echinati, diviſa cingunt, quę in ſummo caule pauciora, quædam tripartita, quædam integra: flores ſunt ſubcęrulei, corniculo donati, Conſolidę regalis ſegetum ſimiles, aut minores: quibus ſiliquæ oblongæ, parvæ, ſemen parvum continentes, ſuccedunt. Hanc Delphinij Dioſcoridis nomine, à D. Ferrando Imperato, Pharmacop. Neapol. inſigni, accepimus: dein viventē in horto D. Zvingeri p.m. legimus, in Phytopinace deſcripſimus, in Matthiol. quoq; & Tabernæm. figura ſub Conſolida regali peregrina parvo flore, poſita, in qua tamen ſculptor prima folia omiſit.

DE CHELIDONIO.

CAPVT VIII.

CHELIDONIUM majus foliis quernis, flore laciniato: hoc à Chelidonio majore vulgato, foliis & flore tantum differt: folia enim, quercus tenera folia æmulantur, cum argutius inciſa ſint & teneriora, ſuperne ex virore nigricantia, inferne pallida, leviſſime, ut & caulis, hirſuta: flos luteus, communiter quadrifolius, foliis ejus per ora diſſectis & velut fimbriatis. Ex horto Philippi Stephani Sprengeri Pharmacopæi Heidelbergenſis, primum habuimus: dein in horto Montembelgardenſi, ubi tota æſtare floruit, legimus: quod ſi in parietinis ſeratur, formam retinet, lætiore vero in ſolo, aliquando degenerat. Hujus in Phytopinace meminimus: in Matthiolo & Tabernæm. figura addita, deſcripſimus: poſtmodum & Cluſius, nomine Chelidonij majoris laciniato folio in ſua hiſtoria propoſuit.

DE AQVILEGIA.

CAPVT IX.

I. AQUILEGIA montana magno flore: hæc in Aquilegiæ vulgaris altitudinem excreſcit quidem, ſed foliis primum differt, cum in lacinias tenuiores, eaſque non obtuſas, ut in aliis, ſed acutas dividantur, & folia pene ſubrotunda ſint: ſic & floribus eſt cæruleis, vulgari ſimilibus, ſed multo majoribus. In monte prope Thermas Fabarias copioſe provenit, unde D. Burſerus attulit.

II. AQUILEGIA montana parvo flore thaliƈtri folio: ex radice parva, folia thaliƈtri forma, ſed exigua, pallide virentia, prodeunt: inter quæ cauliculus tenuis, palmo minor, duobus tribusve foliolis brevibus, oblongis, minime diviſis, exurgit, florem unicum cæruleum ſuſtinens, forma quidem vulgari ſimilem, ſed quintuplo minorem. In Helvetiorum alpib. reperitur: in Moravia, prope urbem Trebis, ſub arce Smilo, in pratis vernali tempore copioſiſſime reperiri, mihi relatum.

III. AQUILEGIA hortenſis multiplex flore parvo: hæc ab hortenſi, quæ multiplici flore eſt, ſolo flore differt, qui in hac triplo minor, & colore, qui pullus eſt, in horto meo provenit.

DE NIGELLA.

CAPVT X.

I. NIGELLA latifolia flore majore ſimplici cæruleo: ex radice tenui, oblonga, flaveſcẽte, caulis cubitalis, rotundus, viridis & lævis, in ſummo ramoſus, exurgit: foliis ad radicem tenuiſſime laciniatis, in caule vero aliquãdo inferiorum inſtar tenuiſſime diviſis: flores autem quam in cæteris ampliores ſunt, quinquefolii, folio quolibet unguem æquante, ſuperne eleganter cærulei, inverſa parte pallidi, venis elatis percurrentibus: floribus ſuccedunt capita pentagona, hexagonave dura, in totidem cornicula in latera reflexa ſuperne diviſa, quæ membranis interne intercurrentibus, ſemine ſubnigro, inodoro, plena ſunt. Hæc æſtivis menſibus in hortulo nunc ab annis aliquot floret, ex ſemine deciduo, cum annua planta ſit, ſeſe propagans: cujus ſemen, Nigellæ Hiſpanicæ nomine, miſſum fuit.

Nigella Cretica.



II. NIGELLA Cretica: radice eſt oblongiuſcula, tenui, parum fibroſa & flaveſcente: caule cubito minore procumbente, ſtriato, viridi, glabro, & paulo ſupra radicem in alas tenues & teretes brachiato: folia prima per terram ſparſa, inſtar foliorum Conſolidæ regalis vulgaris in lacinias dividuntur, quæ vero in caulis ſummo oblonga, & ut in Naſturtio, diviſa, ex viridi nigricant: flos unicus, unguis magnitudine, quinquefolius, cuilibet cauliculo inſidet, colore ab initio ex viridi nigricante, mox vero ſub cæruleo, mucronibus ſuam viriditatem reſervantibus, forma Nigellæ arvenſi, qua multo minor eſt, reſpondens: in cujus medio ſtamina plura, viridia, apicibus cæruleis donata: capitula pen-

tagona, hexagonave ſuccedunt, quæ in totidem cornicula longa, inſtar cornuum hirci intorta, finiunt, quæ ſemen nigricans minutum continent. Hujus ſemen ex Creta primo allatum, & à D. Doldio, cum planta, transmiſſum, ut in Phytopinace monuimus, & figuram cum deſcriptione Matthiolo addidimus, at in Tabernæmontano emaculato, figura male ſub titulo nigellæ flore pleno poſita. Hanc Cluſius in poſt. hiſtor. Melanthium ſimplici flore Creticum nominare videtur.

Ab hac diverſa eſt, quæ in horto nobiliſſ. Contareni colitur, foliis fœniculi, floribus ex albo flaveſcentibus, ſemine nigro, anguloſo & acri, quam cum integram non habeamus, plura de ea in præſens non licet.

DE HIPPOMARATHRO.

CAPUT XI.

HIPPOMARATHRI Cretici nomine, ex horto Clariſſ. Nicolai Contareni, Senatoris Veneti, habemus ramos cubitales, rotundos, læves, ſtriatos, pallide virentes, in alios brachiatos: folia ſunt fæniculi modo, in tenuiſſima, ſed longe breviſſima ſegmenta diviſa: caulium ſummitatibus umbellæ parvæ inſident: guſtantibus plantæ ſiccæ folia & caulem, de ſapore nihil certe pronunciare licuit: quare ut totam acquiramus plantam, ſtudebimus.


DE ANETHO.

CAPUT XII.


ANETHUM ſylveſte minus: radice eſt albicante, uncias tres longa, tenui, quemadmodum & caulis, qui pedalis, albus, rotundus: foliis eſt uncias quatuor longis, tenuiſſime, ut in vulgari, diviſis: umbella parva, ex feſtucis octo vel novem uncialibus compoſita, floſculis luteis, ſemine parvo oblongo. In hortulo meo crevit, ex ſemine à doctiſſ. Columna, nomine Anethi ſylveſtris ex Sicilia, miſſo: quod minus appellare lubuit, cum Cæſalpinus, Anethi ſylveſtris in Sicilia, quod ſativo grandius ſit, meminerit.

DE

Daucus montanus apii folio minor.



Daucus Alſaticus.



DE DAVCO.

CAPVT XIII.

I. DAucus montanus apii folio flore luteo: caule eſt cubitali, anguloſo, glabro, in breves alas brachiato: foliis apii forma, ſed brevioribus, per ambitum minime ſerratis, quorum pediculus ſtriatus eſt: umbellas parvas habet, flores elaphoboſco ſimiles, luteos. In Calenberg & prope oppidum Baden Auſtriæ D. Burſerus legit.

Huic ſimilem ſed per omnia majorem, caule craſſo canaliculato, ramoſo, foliis latioribus, minimeque crenatis, umbellis majoribus ex floribus pallidis, in horto Patavino anno 1578. collegimus, quem Daucum tertium Dioſcoridis Guilandinus, at ipſius ſucceſſor Cortuſus, Pſeudopyrethrum nominavit.


II. DAucus pratenſis apii folio: radice eſt oblonga, pallide ruſeſcente cortice tecta, ſapore & odore paſtinacæ, ſive Dauci officinarum, superne hirſuta & villoſa, ex qua alæ prodeunt, foliis pluribus uni coſtæ inhærentibus, per ambitum inciſis & ſerratis, forma montani majoris, ſed longe minoribus, pallide virentibus: inter quæ caulis pedalis, rarius cubitalis, tenuis, ſtriatus, paucis geniculis diſtinctus, in ramulos aliquot diviſus, exurgit: ramorum extremis, umbellæ candidæ, floſculorum exiguorum inſident, quibus ſemen oblongiuſculum, nigricans, aromaticum ſuccedit. Hic in pratis humidis Michelfeldæ provenit.

III. DAucus Alſaticus: radice craſſa, oblonga, in fibras craſſiores diviſa, nititur, cujus ſummo, multa villoſa capita, ut in pleriſq; ferulaceis adpoſita: unde magnæ foliorum alæ exeunt, foliis multis in plures partes diſſectis, uni coſtæ inhærenti-


renti-

rentibus, ex adverſo naſcentibus, conſtantes: inter quæ caulis (modo unus, modo plures) ad viri altitudinem exurgens, ſubruber, ſtriatus, geniculis aliquot articulatus, in ramos plures, hiq; in alios diviſus, ad quorum genicula minores foliorum alæ: extremos ramulos umbellæ ſatis magnæ floſculorum flaveſcentium, exornant: quibus ſemina plana ſuccedunt. Iunio & Iulio floret in dumetis Alſatiæ ſuperioris: eundem copioſiſſime in Alſatiæ inferioris pratis humidioribus, ut inter Scleſtadium & Argentinam frequenter obſervavimus. Multum ſimilitudinis habet cum Thyſſelino Plinii Lobelii ſive Apio paluſtri Dodonæi: verum Thyſſelinum, non ita alte exurgit, & tota ſtirps lacteo ſucco abundat. Hic Daucus, ſapore eſt & odore paſtinacæ.

Scandix Cretica major.



Scandix ſemine roſtrato Italica.



DE SCANDICE.


CAPVT XIV.

I. SCANDIX Cretica major: ex radice oblongiuſcula, nonnihil fibroſa, caulis cubitalis, ſtriatus, in plures ramos diviſus, & potiſſimum ad alarum exortum, leviſſime piloſus, exurgit: foliis ad radicem, pediculis oblongis, Pimpinellæ ſaxifragiæ minoris æmulis, latiuſculis, ſubrotundis, ex oppoſito correſpondentibus, per ora oblique diſſectis, pallide virentibus, una cum pediculis leviter piloſis: at caulem ambientibus & ſuperioribus, inſtar foliorum Scandicis vulgaris, tenuiſſime diviſis: umbellæ parvæ ſunt, ſparſæ, flores albos, & quam in vulgari majores, ſuſtinentes: quibus ſuccedit ſemen roſtratum, decem, duodecim & pluribus roſtris, ſubaſperis, ſimul junctis, quorum cuilibet apices duo quaſi aculei rigidi, præfiguntur. Hæc Patavio primum Scandicis Creticæ nomine miſſa, dein ex ſemine in horto nata, cujus deſcriptionem in Phytopinace ſub 4. dein & Matthiolo addita figura, exhibuimus.

II. SCANDIX Cretica minor: ex radice gracili, oblonga, recurva, alba, cauliculi perbreves, aliquando palmares, tenues, tenui lanugine pubeſcentes, in ramulos, paucos breves & graciles diviſi prodeunt: quibus umbellæ exiguæ, floribus albis, puſillis, paucis, quinquefoliis (licet aliquando flores corymborum modo denſi conſpiciantur) veluti ſtylorum cacuminibus inſident: his ſuccedunt roſtra ut in priori, ſed breviora & pauciora (communiter quaterna, quinave in horto obſervavimus) in apice ſimiliter bipartita, quæ ſemina ſunt. Folia ſi terantur, non injucundi odoris ſunt & ſaporis aliquo modo Chærefolii vulgaris. Hanc primum ex horto magni Ducis Hetruriæ à Caſabona, Anthriſci Plinii nomine; dein ex Creta ab Honorio Belli, accepimus: quam etiamnum in horto colimus, Majo florentem, & Iulio ſemine prægnantem. Hujus in Phytopinace meminimus, & Matthiolo (ubi icon craſſior eſt) addita figura, ſub ſcandice Italica deſcripſimus, & poſtmodum Cluſius in ſua hiſtoria, Anthriſci Plinii, & doctiſſ. Columna, Aniſo Marathri Apuli (à ſuavi odore & ſapore, medio inter Aniſum & Fœniculum) nomine propoſuere.

Hujus varietas à me obſervata apud Monſpelienſes: nam quæ in ſaxoſis provenit, odore eſt fœniculi: altera vero, quæ in agris, inodora eſt.

Caucalis ſemine aſpero floſculis ſubrubentibus.



DE CAUCALIDE.

CAPUT XV.

I. CAUCALIS nodoſa echinato ſemine, radix oblonga, tenuis, alba, caules emittit binos ternoſve rotundos, ſtriatos, aſperos, qui in alios brachiantur: quorum alii ſemipalmares, incurvi, alii bipalmares erecti prodeunt, quos folia paſtinacæ ſylveſtris æmula, at breviora & pauciora, multoq; tenuius diviſa, aſpera, ex virore nigricantia, ad ſingula pene internodia, oblongis pediculis donata, cingunt: floſculi exigui, ex quinque foliolis compoſiti, ſubrubentes, vel pallidi, aliquando albi, breviſſimis pediculis inſident: his capitula parva echinata & conglobata ſuccedunt, in horum qualibet ſemen unicum continetur. Hanc Iunio menſe anno 1578. in horto Patavino collegimus, & in Phytopinace, Caucalidem ſemine ad caulium nodos echinato, nominavimus; verum & nomine Lappulæ caninæ Cortuſi (Lutetia quoq; & ex Anglia) miſſa fuit: cujus figuram Matthiolo adpoſuimus. De qua doctiſſ. Fabius Columna: Scandici nulla melius noſtro judicio quadrare videtur, ex nobis obſervatis hucuſque plantis, niſi illa quam doctiſſ. Caſpar Bauhinus, pro Caucalide altera nodoſo echinato ſemine addidit, ſuo Synonymiis ornato Matthiolo, &c.

Caucalidis ſemine aſpero floſculis ſubrubentibus, figuram addere viſum fuit, cum à Cordo quidem & Thalio, ſub Daucidide minore deſcribatur, ſed hujus icon à nemine proponatur.


II. CAUCALIS tenuifolia montana: radice eſt craſſa, ex qua caulis exurgit pedalis, qui ſtatim ad radicem, in cauliculos palmares, rotundos, leves, dividitur, hique in minores ſubdividuntur; quorum etiam minutiſſimis alis ad radicem in tenuiſſima ſegmenta, & quæ in caule, in capillacea, dividuntur. Semen parvum eſt, oblongum, ſtriatum: Iulio Menſe florens, in Sabaudia inter Tarenteſiam & Monaſterium collecta.

DE

Apium hortenſe maximum.



Apium peregrinum foliis ſubrotundis.



DE APIO.

CAPVT XVI.

APIUM hortenſe maximum: ex radice oblonga albida, & pro plantæ magnitudine tenui, folia prodeunt, pediculis palmaribus, & ſeſquipalmaribus, ſtriatis, pallide virentibus, tripartito primum diviſa, quorum quodlibet rurſus tripartitur, ipſæque particulæ triplo quadruplove, quam in Petroſelino vulgo dicto majores, per ambitum inciſæ, pallide virentes: inter hæc caulis cubitalis & ſeſquicubitalis, tenuis, ſtriatus exurgit, in cujus ſummitate folia oblonga, anguſta, minime inciſa, à pictore prætermiſſa. Umbellam habet parvam, albam, exiguis floſculis refertam, quibus ſemina Petroſelini forma, ſed duplo triplove majora, guſtu nonnihil aromatico donata, ſuccedunt. Nomine Apii Anglicani, primum apud nos ſatum. An forte hoc Selino Anguillara opinione 7. intelligendus, quod in univerſa Græcia, potiſſimum in Chio & Creta pro Selino habetur. Hoc in Phytopinace deſcripſimus, & in Matthiolo figuram exhibemus.

APIUM peregrinum foliis ſubrotundis, Cluſius ſub Selino peregrino primo deſcripſit: at quia figuram non adpoſuit, eam hic proponimus.

DE

DE SMYRNIO.

CAPUT XVI.


SMYRNIUM peregrinum folio oblongo: hujus inferiora folia ex radice prodeuntia, Apii foliis ſimilia ſunt, in complures particulas oblongas diviſa, oblongis pediculis donata, per ambitum profundius laciniata, pallide virentia: quæ vero in caule ſunt cubitali, ſtriato, non ſubrotunda, nec duplicia, ut in communi Smyrnio peregrino, ſed eorum primum quidem, uncias ſex longum, tres latum, per ambitum profundius inciſum: ſuperiora vero per quæ caulis ad exortum tranſit, & ſimplicia ſunt, uncias tres longa, duas circiter lata, & ſuperna quæ leviter crenata ſunt, ſenſim minora fiunt: caulis in ſummo brachiatus, & cuilibet alæ, ramuli quaterni, rarius quini, biunciales inſident, feſtucis aliquot, umbellam exiguam floſculorum luteolorum ſuſtinentes: quibus ſemen nigrum, ſubrotundum, ſuccedit: radicem non vidimus. Hoc in horto D. Camerarii crevit, & D. Doldius tranſmiſit.

DE ANGELICA.

CAPUT XVIII.

ANGELICA ſylveſtris hirſuta inodora: radicem habet craſſam & fibroſam, foris pullo cortice tectam, intus albam, redivivam & odore medicato: caulem cubitalem, in breves alas brachiatum, parte inferna, pauciſſimis pilis cinctum, nigrum: folia Angelicæ ſylveſt. ſive Podagrariæ æmula, in alas, modo binas, modo ternas, eaſque aliquando uncias quatuor longas, tres latas, aliquando vix unciales, diviſa, in ambitu profunde inciſa atrovirentia, hirſuta, quarum pediculi hirſutie aſperi ſunt: umbellam habet parvis floribus albis refertam, quibus ſemen oblongum nigricans ſuccedit. Hanc ex Luſatia, nomine herbæ Podagrariæ cognatæ, D. Francus miſit, cujus in horto Luſatiæ meminit.

Sphondylium alpinum glabrum.



DE SPHONDYLIO.

CAPVT XIX.

I. SPHONDYLIUM hirſutũ foliis anguſtioribus: hoc à vulgari foliis ſolum differt: nam cum vulgare foliis ſit amplis, plerumq; ex quinque partibus latis ſubrotundis compoſitis: hoc folium habet, in lacinias oblongas, anguſtas, acuminatas, haſque in alias, inordinate tamen diviſas, & per marginem crenatas. Hoc in pratis alpinis Rhæticis obſervavimus: dein ex Luſatia à D. Franco accepimus.

II. SPHONDYLIUM alpinum parvum: ex radice caulis exurgit pedalis, qui in ſummo in alterum ramulum triuncialem, dividitur: quem folia cingunt pallide virentia, longis pediculis donata, quæ in partes tres, vel etiam quinque alias ſubrotundas, alias acutas, per marginem crenatas & hirſutas, dividuntur umbella floſculis candidis, latis tamen, ſummo cauli inſidet, quibus ſemen plenum, latum ac tenue, ſuccedit. Tota planta leviſſimis pilis pubeſcit. Ex Auſtriæ alpibus, D. Burſerus miſit.

III. SPHONDYLIUM alpinum glabrum: radice eſt craſſa, eaque alba, caule bicubitali, geniculato: foliis ficulneis, glabris, quæ abſque pediculo, palmum longa, duas lata ſunt, communiter tripartitis, ſed non uſque ad pediculum diviſis, per marginem crenatis: quorum inferiora pediculis palmaribus, hiſpidis & ſubaſperis donantur: caulis ſummo, umbella floſculorum candidorum, ſed quam in reliquis ſpeciebus minorum, inſidet: ſemen ſuccedit ſubrotundum, planum, cujus ſummitati apex infigitur. Hoc ſolum in monte Waſſerfall & quidem ab anno 1595. uſq; ad præſentem annum 1618. Iulio menſe & florentem & ſemine prægnantem, obſervavimus.

DE LIBANOTIDE.

CAPVT XX.

I. LIBANOTIS latifolia, aquilegiæ folio: radice eſt craſſa, fibroſa, cortice inæquali, quaſi rugis tranſverſis aſperata, fuſciq; coloris, recta, medulla candida, amara, modicum quid Aroma & Ariſtolochiam ſapore redolens: ad cujus caput, pili tanquam veterum foliorum defluxorum fibræ ſolidiores & nigrę: etenim folia, quæ numeroſa ex radicis capite longis pediculis emergunt, una parte quaſi vaginato exortu (nimirum ea quæ craſſiora & latiora ſunt, ut & ea, quæ ex caule prodeunt) eundem, tanquam mẽbranacea ſiliqua circumdant, articulo craſſiore, lineaque transverſa: quæ craſſa ſunt, rigida, glabra, viridia & ſplendentia, ſubtus candicantia, fibris majoribus ſubpurpureis tranſcurrentibus, quæ licet inſtar foliorum Aquilegiæ dividantur, non tamen omnia in pares lacinias (Aquilegiæ laciniis latiores) fiſſa ſunt: inferiora namque in vegetiore planta, plerumque quinq; folia habent, ex triplici rami diviſura, alias tria, tribus pediculis inſidentia. Caulis unicus eſt, cubitos tres quatuorve ſuperans, rotundus, ſtriatus, nodis diſtinctus, ſubalbicans, puniceo colore aliquando admixto, in tria, quatuor, vel quinque

brachia diſtributus, quæ umbellam magnam, ex longiſſimis feſtucis & floribus albis parvis compoſitam, ſuſtinent: ſemen ſuccedit longum, latum, ſtriatum, geminum, puniceum, guſtu ſubamarum, Cumini ſaporem imitans, aromaticum, radice excalefaciens, & ſalivam ciens. Hoc D. Doldius Norinberga ex D. Camerarii horto, nomine Seſeli Æthiopici folio Aquilegiæ miſit, cujus Camerari⁹, (ſed ſine deſcriptione) in ſui horti Catalogo, ſub Seſeli Æthiopico altero meminit, & ſemen odore & ſapore aliquantulum Cinamomum repræſentare ſcribit.

II. Libanotis latifolia minor ſemine criſpo: hæc à vulgata potiſſimum foliorum magnitudine & numero, ſeminiſque forma differt: cum in vulgata ſingulæ foliorum alæ, magna ex parte quina folia habeant, uno extremam alam occupante: at hæc in primis duabus alis, tria tantum, & in media ala, quinque obtinent; per ambitum communiter ſerrata, quædam tamen unam alteramve profundam inciſuram obtinent: ſuperne atrovirentia, inferne vero ſubcinericei quodammodo coloris, magnitudine unciam, vel ſeſquiunciam vix excedentia. Caule cubitali, glabro umbella parva floſculorum alborum inſidet, quibus ſuccedit ſemen breve, ſubrotundum, eleganter criſpatum. Hanc ex Italia D. Neudorfferus, nomine Coſti amari ſemine criſpo, attulit.

DE CARVI.

Capvt XXI.

Carvi alpinum: planta palmaris eſt & glabra, ex radice oblongiuſcula nigricante, aromatica, folia emittens oblongis pediculis donata, foliorum Carvi modo, in paulo tamen majora ſegmenta, diviſa, pallide virentia: caulis modo unus, modo duo, tenuis, ad uncias ſex exurgens, ſupra medium nudus, in quinas ſenaſve feſtucas inſtar umbellæ abiens, quarum ſingulæ floſculos aliquot, quaſi in capitulum junctos, ex flavo rubeſcentes, ſuſtinent. In Pyraneis montibus D. Burſerus legit.

DE PIMPINELLA.

Capvt XXII.

I. Pimpinella ſaxifragia tenuifolia: ex radice oblonga, caulis pedalis viridis, lævis, ſtriatus, geniculatus, ſtatim ad radicem in ramos, & hi in tenues alas diviſus, exurgit: folia habet in tenues primum, dein pene capillaceas partes diviſa: floſculi exigui, pauci, albicantes, in parva umbella; ſemen non vidimus, copioſe ad lacum Genevenſem provenit.

II. Pimpinella ſanguiſorba inodora: hæc à ſanguiſorba minore vulgata, differt foliis & odore: nam in hac folia longiora ſunt, quæ in illa magis rotunda, ſunt in hac inodora, in illa odora. Hanc Pimpinellæ minoris Hiſpanicæ nomine, D. Gillenius miſit.

Seſeli paluſtre lacteſcens.



DE SESELI.

CAPVT XXIII.

I. SESELI montanum Cicutæ folio ſubhirſutum: ex radice craſſa, folia lata, Cicutariæ, vel Myrrhidis Fuchſii inſtar, in multas alas diviſa, nigricantia, leviſſimis pilis, præſertim ipſi pediculis aſperſis, ſubaſpera: caule ſeſquicubitali & altiore, craſſo, ſtriato, cavo, nodoſo, pilis pauciſſimis donato, in alas brachiato, foliis paucis, prioribus ſimilibus, ſed minoribus cincto: in ſummitate, umbella magna alba: floribus ſuccedunt ſemina oblonga, gemella, tenuiſſimo apice donata, Carvi ſapore. Hoc in altiſſimo monte Waſſerfall, æſtate florens, inter ſaxa reperimus.

II. SESELI pratenſe tenuifolium, ſive Daucus pratenſis tenuifolius: caule eſt cubitos duos ſuperante, rotundo, ſtriato, nodoſo, ſuperne in ramos brachiato: foliis inſtar Paſtinacæ tenuifoliæ ſylveſtris diviſis: umbellam habet ex parvis albis floribus compoſitam, quib. ſuccedit ſemen parvum aromaticum, & tota planta paſtinacæ odorem refert: in pratis udis Michelfeldæ provenit.

SESELI paluſtre lacteſcens: cum Camerarius in ſuo horto ſub Seſeli paluſtri deſcripſerit, ejus figuram prætermiſſam, addere placuit.

DE LIGVSTICO.

CAPVT XXIV.

LIGUSTICUM ſive Siler montanum anguſtifolium: caule eſt tenui, cubitali, in alas brachiato, quę umbellam albam parvam ſuſtinent, foliis paucis, in ſegmenta anguſta, oblonga, peucedani inſtar (ſed longe breviora) diviſis, quæ in alis, fere capillacea: prope oppidum Stain Auſtriæ, D. Burſerus legit.

DE FILIPENDVLA.

CAPVT XXV.

FILIPENDULA minor: radicem habet rufeſcentem, in filamenta extenuatam, ſed per extrema glandulosam: folia duas treſve uncias longa, ſemunciam lata, ex ſegmentis pluribus, tenuiſſime diviſis ambitu ſerratis compoſita, veluti Potentillæ, duriora tamen & ſaturatius virentia, inter quę cauliculus palmo minor in medio foliolo cinctus, exurgit, aliquando ſimplex, aliquando in ſummo bifidus, ovi coma floſculorum albidorum, ſtaminulis præditorum, aliquando quaſi in capitulum compactorum, inſidet: ſuccedit ſemen, inſtar racemi parvi coactum. In aſperis circa Monſpelium legimus.

DE CRISTA GALLI.


CAPVT XXVI.

I. CRISTA Galli umbellata: radice eſt tenui, parva, caule palmo parum altiore, tenui & erecto: foliis paucis, unciam longis, anguſtis, per ambitum crenatis: caulis ſummo flores plures, lutei, quaſi in umbella diſpoſiti, triplo majores & latiores, quam in vulgari, quibus

valvulæ latæ membraneæ, ſemen continentes, ſuccedunt. In Caſtiliæ agris, D. Albinus legit.

II. Crista galli anguſtifolia montana: hæc caule eſt cubitali, anguloſo, foliis oblongis, anguſtis, acuminatis, margine crenatis, binis ſibi ex oppoſito correſpondentibus, ex quorum alis foliola minora prodeunt, & plerumque cauliculus, unam alteramve unciam longus, minutiſſimis foliolis cinctus: ipſe vero caulis, in ramos ſemipalmares, etiam longiores, dividitur: quibus flores pallidi, eo, quo in vulgari, ordine, ſed longe minores inſident, quibus valvula, ſemen latiuſculum includentes, ſuccedunt. Hæc in montibus urbi vicinis provenit.

Valeriana alpina prima.



DE VALERIANA.

Capvt XXVII.

I. Valeriana paluſtris major profunde laciniata: hæc è radicibus albis, oblongis, villoſis, intricatis & odoratis, plures quam quinquaginta emiſit caules, latos, foliis Valerianæ ex uno latere caulis dependentibus, ſed multo majoribus, & inciſuris profundioribus in aliquibus duplici ſerie luxuriantibus & propendentibus, veſtitos; quæ, ut & radices, odorem Valerianæ vulgaris habent: flores non vidimus. Hæc prope urbem Pudiſſinam in loco paluſtri, à D. Franco ſeniore inventa & eruta.

II. Valeriana paluſtris inodora parum laciniata: ex radice fibroſa, leviter Valerianam redolente, folia ſubrotunda, minime laciniata, pallide virentia, longis pediculis donata, prodeunt: inter quæ caulis cubitum ſuperans, exurgit: quem rara folia, primis, forma & longis pediculis ſimilia, bina ex adverſo reſpondentia, cingunt, quæ aliquando ad modum Valerianæ hortenſis, ad exortum in lacinias diviſa, inodora ſunt: caulis ſummo, flores quaſi in umbella ſparſa, pallide rubentes, inſident. In paluſtribus noſtris Michelfeldenſibus frequens, licet raro cum flore reperiatur, cum in fœniſecio abſcindi conſueverit.


III. Valeriana alpina prima: ex radice oblonga, odorata, caulis unus (rarius plures) cubitalis, ſtriatus, prodit: folia ad radicem plura, longis pediculis donata, ex rotunditate acuminata, ſinuata, aliquando laciniata & in crenas profundiores diviſa, pallide virentia: quæ vero caulem ambiunt, pauca ſunt, bina ternave juncta, oblonga, inciſa, binis alis pleraque donata: flores in ſummo caule pallide purpuraſcentes, veluti umbellæ inſident, quibus ſemen exiguum ſuccedit. Iulio menſe florentem in monte Waſſerfall collegimus, ut in Phytopinace monuimus, quam etiam ex montibus Genevenſ. accepimus.

IV. Vale-

Valeriana alpina ſcrophulariæ folio.



Valeriana peregrina purpurea.



IV. Valeriana alpina ſcrophulariæ folio: radice eſt nigricante, aliquantum toroſa nodoſave: caule cubitali & ſeſquicubitali, cavo, ſtriato, viridi (aliquando pluribus) folii ſenis, ſeptenis, longis pediculis donatis inſident, quorum quædam ſubrotunda, quædam oblonga, quædam leviter ſinuata: at quæ caulem cingunt, pauca ſunt, ſcrophulariæ foliis æmula, uncias tres longa, ſeſquiunciam, vel unciam lata, acuminata, leviter crenata, bina ſemper juncta: caulis, in ſummo, in longas tenues alas brachiatur, quibus flores pallide rubentes, Valerianæ ſylveſtri ſimiles inſident: eodem loco ubi & prior provenit: utraque ſub Valeriana montana prima & altera in Phytopinace propoſita fuit. Videtur Cluſius utramq; una deſcriptione & figura expreſſiſſe, Valerianæ ſylveſt. alpinæ primæ latifoliæ nomine.

V. Valeriana alpina minor planta palma minor, foliis ad radicem, primis quidem parvis, ſubrotundis, ſubſequentibus ſeſquiuncialibus, ſcabioſæ parvæ inſtar in lacinias acutas diviſis: inter quæ cauliculus unciarum ſex exurgit, binis terniſve foliis, in ternas, vel quaternas lacinias anguſtas diviſis, cinctus: in ſummo, umbella, floſculos purpuraſcentes ſuſtinens: ex montibus Pyrenæis, D. Burſerus attulit.

VI. Valeriana peregrina purpurea albave: ex radice parva, fibroſa, albicante, caulis exurgit pedalis, rarius cubitalis, tenellus (ut ſæpe in terra reclinet) viridis, cavus, ſtriatus, nodoſus, & utplurimum ad ſingulos nodos in binos ramos diviſus, horumque aliqui, in alios breves

ramu-

ramulos ſubdividuntur. Folia habet pallide virentia, pauca, duas treſve uncias longa, unam, rarius duas, lata, Nardi montanæ ſimilia, ex adverſo bina ſita, mollia, craſſiuſcula, quorum ſuperiora interdum ſinuoſa, & ad exortum in crenas diviſa, & fere inſipida: ramulorum ſummis flores inodori, elegantiſſime purpurei, vel albi, plures in caput congeſti, longiuſculi, extrema parte aperti, & in quinque lacinias diviſi, quorum duæ ſuperiores breviores & latiores, inferiores tanquam labra pendulæ, & media reliquis longior; quibus ſuccedunt vaſcula oblonga, latiuſcula, calices referentia incurva & fibroſa, in quibus ſemen, altero tamen vaſculo incluſum, quod craſſiuſculum, fungoſum, nigricans. Annua eſt planta, ſingulis annis ſerenda, quę pro tempore ſationis, citius tardiuſve in hyemem uſque floret. Sponte quidem in Latio provenire audio, in loco quodam Siculo dicto (unde Valeriana Sicula) & in Sabinis ubi flore albo D. Vorſtius obſervavit: utramque & purpureo & albo flore in horto meo habui. Hanc ante annos viginti tres D. Paſchalis Gallus, Valerianæ Indicæ Imperati nomine, Patavio miſit: dein Nardi Creticæ nomine, ſemine à Caſabona miſſo, in horto Montembelgardiaco crevit. Verum nobiliſſ. Cortuſus, Tripolium eſſe voluit, cujus opinioni favet icon Tripolii in manuſcripto Codice Dioſcoridæo, quem Illuſt. Pinellus Patavius in ſua Bibliotheca habebat. In Phytopinace & Matthiolo deſcripſimus, & utrobiq; figuram adpoſuimus: nunc à Cluſio Valerianæ Indicæ appellatione proponitur.

VII. Valeriana rubra anguſtifolia: hæc à Valeriana rubra dicta, potiſſimum foliorum anguſtia differt, quæ linifoliis anguſtiora, breviora, in acumen deſinentia, rigidiuſcula & pallida, caulem rotundum, nodoſum inordinate cingunt: verum tota planta, altera minor eſt, & in monte Baldo collecta.


NARDO CELTICÆ SIMILIS INODORA.
CAPUT XXVIII.

NARDO celticæ ſimilis inodora: radicula eſt oblonga, rufeſcente, capillata, ex qua folia aliquot oblonga, in latitudinem paulatim ſeſe laxantia, longis pedicellis donata, viridia primum, dein flaveſcentia exurgunt, inter quæ cauliculus tenuiſſimus, palmaris, rarius altior, effertur, circa cujus medium foliola duo oblonga, anguſtiſſima: cauliculus in pedicellos abit, qui floſculos oblongos, pallidos, ut in Celtica ſuſtinent, qui in ſemina exigua abeunt. Inodora eſt: hanc in Baldo & Alpibus Sumano conterminis, legimus, & in monte Drawenſtein Auſtriæ D. Burſerus collegit, & Valerianæ alpinæ parvæ latifoliæ nomine, miſit.

LIBER

LIBER QVINTVS.
DE SOLANO.
CAPVT I.

Solanum tuberoſum eſculentum.



I. SOLANUM tuberoſum eſculentum: caulem habet ad duorum triumve cubitorum, rarius in viri altitudinem exurgentem, craſſum, anguloſum, ſtriatum, leviter hirſutum, in multos ramos infirmos, in terram, niſi adminiculo ſuſtineantur, procumbentes, brachiatum, ex quorum alis pediculi craſſi, anguloſi, flores ſuſtinentes, prodeunt. Folia quæ primo naſcuntur, Barbareæ ſimilia ſunt (quemadmodum figura noſtra & Matthiolo & huic libro addita eleganter, cum omnibus plantæ partibus, exprimit) ex atro purpuraſcentia, ſubhirſuta, cæteris pallide virentibus, abſque pediculo, palmum longis, in ſex, octo, plures & pauciores partes, ex una coſta dependentes, diviſis, ex rotunditate oblongis, integris, quibus ſingulis, duo ſextuplo minora interjiciuntur, & ſemper pars una, quæ ſeptima vel nona, cæteris major, alæ ſummo additur. Flores elegantes, exterius ex purpura candicantes, interius purpuraſcentes, vel ex cæruleo purpuraſcentes (flore pleno in Auſtria haberi ajunt) deni, duodeni aut plures,

alii clauſi, pauciores aperti, qui magni malorum inſanorum forma, ſingulari folio conſtantes, quinquanguli, lineis vel radiis quinis ſubflavis, vel herbaceis per longum diſcurrentibus, ex quorum medio ſtaminula ruſeſcentia, vel etiam flava communiter quinque, ſtylo ſubviridi prominente, prodeunt: & flores, odorem Tiliæ florum quodammodo referunt. Hos fructus rotundi excipiunt, plures ſimul quaſi ex racemo dependentes, longis pediculis, ut in Solano vulgari, donatis, quorum aliqui parvæ nucis, alii avellanæ magnitudine, alii minores immaturi atrovirentes: maturi atrorubentes, rarius albi & ſtriati, humida & albicante pulpa pleni, quæ ſeminibus multis, parvis, planis, ſubrotundis, Solani ſomnifici ſecundi forma, fuſcis, conferta eſt. Radix tuberoſa eſt, aliquando pugni magnitudine, aliquando oblonga, aliquando minima, rarius ſingularis membri virilis forma, inæqualis, quibuſdam veſtigiis donata, unde germina anno ſequenti emerſura ſunt, cute fuſca aut atrorubente tecta, medulla ſive carne firma & alba: & quandoque tuber ex quo planta naſcitur, cum eruitur, inane & flaccidum reperitur. Ad caulis exortum, radices plures, fibroſæ, oblongæ, albicantes per terram ſparſæ, quandoque in profundum deſcendentes, cui aliæ tuberoſę radices adnaſcuntur, ita ut plantam hyemem verſus erutam, ultra quadraginta (alii quinquaginta notarunt) tubera diverſæ magnitudinis notaverimus, quas plerique eruunt, ne per hyemem putreſcant, & ſicco loco, calidiore tamen, alii in vaſe terra ſicca pleno, reponunt, vernalique tempore terræ rurſus committunt: ex ramis etiam reclinatis, terraque tectis, Burgundi propagare ſolent, quo plura tubera acquirant. Florent apud nos in Iunio, & ſæpe ad Autumnum uſque, & à primis pruinis offenditur. Hæc ex Inſula Virginea primum in Angliam, inde in Galliam, aliaſq; regiones delata eſt.

Hujus radices in Virginea Openanck dici, ejus hiſtoriæ autor monet. Petrus Cieca in ſua Chronica (& Gomara in ſua Indiarum hiſtoria generali) Papas locis Quito vicinis vocari ſcribit: Benzoni, Pape, & Ioſepho Acoſtæ in hiſt. Indiæ, Papas: hinc Papas Indorum vel Hiſpanorum dicitur, Italis Tartuffoli, quo nomine & tubera nominare ſolent, Germanis Grüblingbaum/ id eſt, tuberum arbor dicitur. ¶ Plantæ hujus cum anno 1590. iconem ſuis coloribus delineatam, à D. Scholtzio, Pappas Hiſpanorum nomine accepiſſem, & à nemine deſcriptam invenirem, in Phytopinace ſub Solano tuberoſo, & in Matthiolo, ſub Solano tuberoſo eſculento, figura addita, deſcripſimus, ejuſque iconem D. Cluſio tranſmiſimus. Solanum appellavimus, propter formam aliquam foliorum cum malis aureis: florum, cum malis inſanis: fructuum, cum baccis Solani vulgaris: ſeminum, cum Solanis pene omnibus: denique, propter totius plantæ odorem, quem cum Solanis communem habet.

An veteribus cognita? Pycnocomon Dioſcoridis, nobiliſſ. Cortuſus cenſuit, motus exemplari Dioſcoridis manuſcripto, cui ſimilis figura adpicta. Et ſane notæ florum ac radicum Pycnocomi Dioſcoridis, huic Solano conveniunt: floris & ſeminis non item: Cluſius denique in ſua hiſtoria Arachidnam Theoph. ſuſpicatur, & Papas, Peruvianorum vocat.

Indi radicibus panis loco utuntur: quem Chunno vocant: radicem evulſam, ſolique expoſitam ſiccant, ſiccatam in partes diffringunt, ex quibus edulium Chunno nuncupatam, admodum diu durans conficiunt. Papas adhuc vero viridis, interdum quoque vel cocta, vel aſſata manducatur: hæc Acoſta: qui addit, & aliud Papas genus in calidioribus fundis plantari, ex quo fercula, Locro appellata, parant. Sic in Inſula Virginea, apud quos in humidis & paludoſis locis naſcitur, radicibus in aqua, aut aliter coctis, utuntur. Sic noſtrates, aliquando Tuberum modo ſub cineribus aſſant, & cuticula ablata, cum pipere comedunt: alii aſſatas, & mundatas, in taleolas diſſecant, & jus pingue cum pipere affundunt & comedunt, ad Venerem excitandam, ſemen augendum: alii & tabidis utiles volunt, cum bonum alimentum præbeant: non minus quam caſtaneæ & paſtinacæ alunt, & flatulentæ ſunt. Relatum mihi, nunc apud Burgundos harum radicum uſum interdictum, perſuaſi earum eſum Lepram cauſare, & Artiſcokos Indicos vocari.


II. Solanum racemoſum ceraſorum forma: vel Ceraſa amoris racemoſa rubra: ex radice fibroſa, caules exurgunt bicubitales, anguloſi, aliquantulum hirſuti, in multos ramos late ſe ſpargentes diviſi, qui infirmi ſunt, & niſi ridica ſuſtineantur, in terram procumbunt, ſucci pleni: ex caulis

lis latere, pediculi tres, quatuorve uncias longi, hiſpidi, flores ſuſtinentes, prodeunt. Folia habet, in multas lacinias acutas, impari ſemper numero, Agrimoniæ foliorum inſtar diviſa & per marginem inciſa, aliis foliis minoribus interjectis, pallide virentia, aſpera & gravem odorem ſpirantia. Flores plures, quorum ſinguli ſingulis pedicellis inſident, luteoli, ex quinque foliis acutis compoſiti, à calice viridi quinquefolio ſuſtentati, in quorum medio capitulum parvum rufeſcens, apicibus donatum: quibus fructus ſuccedunt, quaſi in racemo diſpoſiti, Ceraſorum forma & magnitudine, virides primum, dein per maturitate rubentes, in quibus, non ſecus quam in Pomo Amoris, copioſa humida medulla, & ſemen minutum albicans & planum, continetur. Planta annua eſt, & ſingulis annis ſerenda, quamvis in horto meo ex deciduo ſemine renata ſit.

III. Solanum tryphyllon Braſilianum: ex radice tenui, oblonga, oblique ſerpente, cauliculus exurgit ſingularis, glaber, palmum ſuperans, circa quem folia terna, ex uno centro prodeuntia, & in latus ſparſa, Solano tetraphyllo ſimilia, latiora tamen, uncias quatuor lata, quinque longa, ex rotunditate acuminata, tenuia, lævia, venoſa: ſupra quæ cauliculus unciarum quatuor aſſurgit, cui tria alia folia, uncias tres longa, longeque anguſtiora inſident, calicis inſtar ſuſtinentia florem magnum, album, venoſum, ex tribus foliis, uncias duas longis, & fere unciam latis, compoſitam. Hoc in ſylvoſis Braſſiliæ apud Toupinambaultios copioſe reperitur, referente Pharmacopæo Gallo, qui una cum aliis D. Burſero communicavit. Ignorans, quid eſſet, formamque conſiderans, Solani nomen, propter formam, quam cum Solano tetraphyllo habet, impoſuimus.

IV. Solanum Mexiocanum Iaſminum Indicum dictum flore minore. Hoc à Iaſmino rubro, vel Mexiocano majore, quod communiter in hortis colitur, potiſſimum magnitudine differt, omnibus plantæ partibus minoribus & foliis rotundioribus, exiſtentibus: nam licet majoris flores, ex uno folio, convolvuli florum inſtar, componantur, attamen radiis diſcurrentibus, quaſi in partes quinque dividuntur: minoris flores, ſimiliter quidem formati ſunt, ſed totus flos unam partem majoris non adæquat: ita ut hujus quini flores, majoris unum in circumferentia non æquent: præterea ſtaminula quaterna minutiſſimis apicibus donata, cum ſtylo paulo longiore, è medio flore emergunt, quæ longius quam in majore, extra florem producuntur: ſemen ſimiliter quadruplo minus eſt.

Hyoſcyamus Creticus luteus major.



Papaver ſpinoſum.



DE HYOSCYAMO.

CAPUT II.

HYOSCYAMUS Creticus luteus major: caulibus eſt cubitalibus, robuſtis, ramoſis, rotundis, molli lanugine obſitis: foliis latis, ſubrotundis, ſinuatis, & circumroſis, hirſutis, lõgiore pediculo donatis: ex quorum alis pediculi lanuginoſi exurgunt flores ſuſtinentes, ex calice hirſuto in quinque apices ſecto, prodeuntes, oblongos, Lamii melyſſophylli forma, quinquefariam diviſos, quorum tria folia ſuperiora, majora & flava, inferiora duo pallidiora, ex quorum medio ſtamina quina, purpuraſcentia, apicibus flaveſcentibus, una cum ſtylo oblongo ejuſdem coloris efferuntur: floribus delapſis, calices indurantur, qui ſemen minutum ſubrufum continent. Ex horto Montembelgardiaco, à fratre Ioh. Bauhino primum accepimus, ſemine à Caſabona miſſo, quemadmodum in Phytopinace monuimus, & in Matthiolo figura addita deſcripſimus: hanc poſtmodum Cluſius, Hyoſcyami Cretici alterius nomine, abſque figura propoſuiſſe videtur.

DE PAPAVERE.

CAPUT III.

I. PAPAVER erraticum Pyrenaicum luteo flore: caule eſt tenui, pilis exiguis, hinc inde aſperſis: foliis tenerrimis, glabris, pallide virentibus inſtar Caucalidis, vel Apii filiorum in lacinias diviſis per marginẽ inciſis & ſerratis,

quo-

quorum coſtæ mediæ pili pauciſſimi adpoſiti: ex folij ala, pediculus nudus, ſex etiam octo uncias longus, prodit, florem ſimplicem, magnum, quadrifolium, & colore luteũ, ſuſtinens: plura non licet, cum hoc ſiccum, in Pyrenæis, locis tamen udis, natum, D. Burſerus artulerit.

II. Papaver ſpinoſum, ex radice tenui, oblonga, fibroſa, caulis ſeſquipalmaris, aliquando altior, ramoſus, rotundus, ſtriatus, minimis aculeis donatus, alba medulla plenus, exurgit: folia omnium prima ex ſemine prodeuntia, oblonga, anguſta ſunt: ſubſequentia vero, quemadmodum & ea quæ in caule ſunt, papaveris corniculati inſtar laciniata: non hirſuta, ſed mollia & nitida, medium caulem amplectentia, quæ tres, quatuorve uncias longa, duas lata; per margines aculeis flaveſcentibus & acutiſſimis armata; parte quidem ſuperna viridia, at nervis, quaſi tenui pulvere aſperſo, albicantibus: parte inferna caneſcentia & nervis ex minimis aculeis exaſperatis. Flos luteus, ex quinq; vel ſex, aliquando quatuor foliis compoſitus, odorem Chelidonii majoris quodammodo referens, ramulorum ſummis inſidet: huic ſuccedit capitulum oblongum, pentagonum, hexagonum, & tetragonum, multis ſtaminibus flavis id ambientibus, quod tenellum ſumma parte rubeſcit, maturum vero nigricat, ſpinis frequentibus & firmis horridum: hoc ſemine nigro, ſextuplo aliorum majore, rotundo, in apicem deſinent & elegantiſſime ſtriato, plenum eſt. Iulio & Auguſto floret, & autumno ſeri debet, cum planta annua ſit.

Semen ex Anglia primum, nomine Figo del inferno, id eſt, Ficus infernalis, à D. Camerario juniore Norinberga allatum, unde D. Doldius primum anno 1593. & mox nobiliſſ. Cortuſus, Patavio, & plantam & ſemen transmiſere, primusque Papaveris ſpinoſi nomine donavi, uti videre eſt in Phytopinace, & in Matthiolo, ubi & figura & deſcriptio propoſita eſt, aliquot annis antequam Cluſius, hoc, Papaveris ſpinoſi nomine, in ſua hiſtoria exhiberet. Tota planta ſucco flaveſcente, inſtar Chelidonii majoris abundat, quam ob cauſam Glaucium ne ſit Dioſcoridis, dubitamus: eos enim qui Chelidoniam majorem, & eos qui Poma amoris volunt, & eos qui Papaver corniculatum phœniceum, ſubſtituunt non probamus. Dioſcorides etenim ſuo Glaucio, folii Papaveris corniculati tribuit, addens λιπεϱώτεϱα φύλλα, nitidiora interpretor, qualia ſunt Papaveris ſpinoſi, non hirſuta, ut corniculati: addit totum croceo ſucco madere: quem ſane, vel leviſſimo vulnere copioſum hoc Papaver fundit. Sed de his, in Theatro, Deo volente plenius.

DE ARGEMONE.
CAPVT IV.

ARgemone alpina lutea: huic folia ſunt, ad radicem parvam, multa, in multifidas tenuesq; alas inſtar foliorum Scandicis inciſa, viridia & lævia, inter quæ cauliculi bini, terni, palmares, nudi, leviſſimis pilis veſtiti, recta aſſurgunt, qui florem unicum mediæ magnitudinis, luteum, quadrifolium ſuſtinent: ex floris umbilico, plurimi apices flaveſcentes exurgunt: flori capitulum parvum, ſubrotundum, aſperiuſculum, ſemen continens ſuccedit. Hanc in monte Sneeberg Auſtriæ, qua parte ex pago ejuſdem nominis perpendiculariter aſcenditur, inter ſaxa D. Burſerus reperit.

DE ANEMONE.
CAPVT V.

I. ANemone tenuifolia Cretica albo magno flore: foliis eſt Ranunculi pratenſis, vel hortenſis repentis, ſpecie trifolia, rarius quinquefolia diviſis, per marginem crenatis: caule pedali, rotundo, flores duos vel tres albos, ex ſex, vel ſeptem foliis compoſitos, Papaveris erratici florem magnitudine ſuperantes, ſuſtinente: quibus capitulum, feminibus aliorum Ranunculorum more confarctum, ſuccedit. Hanc delineatam, Patavij natam, Laurentius Roſenavv Germanus Pharmacopæus, una cum aliis anno 1595. tranſmiſit: cujus iconem etiam Phytopinaci addidimus.

II. Anemone ſylveſtris alba minor: ex radice ſubnigricante, fibroſa, folia ſubrotunda, unguem vix ſuperantia, longis pediculis villoſis donata, terna, quaterna, Ranunculi pratenſis modo, tribus uſque ad umbilicum inciſuris, dein ſingulis, aliis tribus minoribus laciniata: pallide virentia, mollia & hirſuta exurgunt, inter quæ cauliculus candida lanugine pubeſcens, unciarum ſeptem altus, in medio duobus foliolis parvis laciniatis cinctus, cujus ſummo flos unicus, parvus, triplo quam in vulgari minor, quinquefolius, candidus, in cujus medio capitulum exiguum,

multis

multis breviſſimis ſubluteis ſtaminibus cinctum inſidet. In ſumma, ab Anemone ſylv. alba majore, quam tertiam Matthiolus facit, ſola magnitudine differre videtur. Hæc prope Herbipolim ſponte naſcitur.

III. Anemone alpina alba major: ex radice nigricante, folia exurgunt acuta, Cicutariæ modo, multis diviſuris ſecta, atrovirentia, & parte prona, ſecundum venarum ductum, villoſa, inter quæ cauliculus tenuis, leviter hirſutus, uncias ſex altus, cujus ſummo flos albus, major quam in ulla Anemone ſylveſtri, vel etiam Pulſatilla vulgari, ex ſeptem foliis compoſitus, ex rotunditate in acumen deſinentibus, & pluribus in medio ſtaminulis luteis donatus, inſidet: an vero tandem hujus, ut & ſequentis flos, in plumoſi ſeminis congeriem tranſeat, non conſtat.

IV. Anemone alpina alba minor: tota planta uncias quatuor non excedit, radiculam habens parvam, nigram, folia longe minora, quam prioris, magiſque villoſa: cauliculo eſt biunciali villoſo, quem circa medium folia ſimilia amplectuntur, cujus ſummo flos albus, ſex foliis donatus, priore quadruplo minor, multis ſtaminulis luteis præditus, inſidet: hæcque ad Anemonem ſylveſtrem 2. Cluſii accedit. Utraque in Auſtria provenit: illa in Blanckenſtein: hæc, in Taurero Raſtadienſi, ubi D. Burſerus collegit.

DE PULSATILLA.

Caput VI.

I. Pulsatilla paluſtris: hæc foliis eſt ad radicem in tenuiſſima & anguſta ſegmenta diviſis eorum pediculis hirſutis, inter quæ caulis pedalis, rotundus, rufeſcens, levi lanugine aſperſus, cujus medium folia capillacea acuta cingunt, ipſiuſque ſummo flos unus, villoſo capitulo ex capillaceis foliis compoſito ſuſtentatus, inſidet; qui vulgari longe minor, ex foliis ſex acutis, violæ nigræ colore compoſitus, ſtaminibus in medio luteis: capitulum villoſa cæſarie comoſum, & incaneſcens, cum ſemen ſuccedit. Hæc apud nos in pratis udis & paludoſis Michelfeldæ provenit: & in hortum tranſlata, cum vulgari, vegetior quidem fit, ſed formam & colorem reſervat.

II. Pulsatilla apii folio vernalis flore majore: ex radice nigra, lõgiuſcula, folia plura, pediculis oblongis, piloſis donata, craſſa, dura, rigida, Apij foliorum inſtar in quinas lacinias, & hæ in alias diviſa, margine piloſo, prodeunt: inter quæ cauliculus unciarum quatuor, nudus, at hirſutie incanus exurgit, qui florem magnum, trium unciarum longum latumque, ex ſex foliis compoſitum, multiſque apicibus luteis, ut & duæ ſequentes, donatum, ſuſtinet; qui colore variat, aliquando ex albo & ſubpurpureo mixtus, aliquando intrinſecus albus, extrinſecus ſubpurpuraſcens, vernali tempore florens: in ſylvis circa Francofurtum ad Oderam, D. Fleiſſerus, ut & ſequentem, collegit.

III. Pulsatilla apii folio vernalis flore minore: & hæc ex radice craſſa, nigra, oblonga, folia craſſa, pauca, oblongis pediculis donata, Apii inſtar, ſed in tres tantum lacinias ad umbilicum diviſa, quarum quælibet in alias binas, ternaſve lacinias, per marginem inciſas, ſecantur, & pilis vix conſpicuis donantur: cauliculo villoſiſſimo, uncias duas alto, flos priore media parte minor, & dilute purpuraſcens inſidet: Aprili, foliis plerumque carens, floret.

IV. Pulsatilla apii folio autumnalis: radice eſt longa, foris nigra, intus candida, foliis ad radicem plurimis, Apii modo in tres tantum lacinias, & has in alias diviſis, glabris, inter quę cauliculus triuncialis, albis pilis villoſus, florem pręcedenti minorem obſoleti coloris, inſtar vulgaris, ſuſtinens, qui, & priorum flores, in capitulum hirſutum, quod ſemen continet, abit. Septembri menſe florens, in Luſatia, unde D. Francus miſit, reperitur.

V. Pulsatilla, folia Anemones ſecundæ, vel ſubrotundo: radix craſſa, nigra, aliquot propagines quandoque fundit: ex quibus prodeunt folia, pediculis oblongis hirſutis donata, inſtar Anemones bulbocaſtani radice ſubrotunda, inferne & per marginem levi lanugine candicantia, ſemper in lacinias tres latas, & hæ in alias bifidas, vel trifidas, minus profundas ſecta: inter quæ caulis emergit pedalis, ſubhirſutus, infra medium anguſtis oblongis foliis (qualia & flori ſubjiciuntur) cinctus, florem ſubcæruleum, ſeptem foliis donatum, & reliquorum more in pappum abeuntem, ſuſtinens: ex Luſatia à D. Franco, Pulſatillæ latifoliæ nomine, accepimus.

DE RANVNCVLO.

CAPVT VII.

I. RANUNCULUS nemoroſus Anemones flore minor: tota planta uncias ſex non ſuperat: radicula eſt tenui, obliqua, cauliculo tenuiſſimo, triunciali, quem folia, ut in Ranunculo nemoroſo albo, in tres lacinias, & hæ in alias, diviſa, ſed vix unguem lata, cingunt; ita ut tota planta cum flore, unam vulgaris Ranunculi nemoroſi albi laciniam, latitudine non ſuperet: hæc, cauliculus uncialis ſuperat, florem parvum album ſex foliorum ſuſtinens. A vulgato nemoroſo non diſtinguerem, niſi hic parvus, copioſiſſime in editiſſimo monte ad Curiam Rhętorum, & circa Monſpelium fuiſſet obſervatus.

II. RANUNCULUS rotundifolius repens echinatus: ad radicem nigricantem, capillaceam, folia ſunt rotunda, crenata, uncialia, pediculis longiſſimis donata, quæ vero in caule, majora, pleraq; rotunda, etiam in lacinias, ſed non uſque ad umbilicum, diviſa: caulem habet pedalem, in terram reclinatum & quaſi repentem, ac in alios diviſum, circa quem folia pediculis palmaribus donata: flores pallide lutei, paucis ad umbilicum ſtaminibus: flore deciduo, capitulum ex pluribus ſeminibus ruſeſcentibus ſubaſperis echinatis, ſimulque congeſtis compoſitum, ſuccedit. Tota planta ob pilos aſperſos mollis eſt, atrovirens, & circa Bononiam in agris provenit.

III. RANUNCULUS paluſtris echinatus: è radice in multas fibras longas capillatas diviſa, prodeunt folia glabra, atrovirentia, longis pediculis donata, communiter unguem pollicis lata, pampini fere diviſura & in ambitu inciſa, in caule tamen latiora & profundius laciniata: ramis eſt recurvis, aliquando pedalibus, & in alios breviores, hique adhuc in minores, diviſis: aliquando tamen tota planta uncias quatuor non excedit, & tunc ramuli plures à radice, duas, treſve uncias non ſuperantes exurgunt, quorum extremitatibus flores pallide lutei, quinquefolii inſident: ſingulis ſuccedit capitulum ex ſeminibus compreſſis, echinatis tuberculis obſitis, in apicem recurvum acutum deſinentibus, pluribus, paucioribus, aliquando duodecim ſimul junctis, compoſitum.

Locis humidis & aquoſis Monſpeſſuli gaudet. Hujus licet adverſaria ſub Ranunculo paluſtri rotundiore folio ſemine echinato obiter meminerint, attamen quia cum Ranunculo paluſtri rotundifolio lævi confundunt, ut in Phytopinace monuimus, integram veramque deſcriptionem proponere voluimus: hunc videtur Cluſius in poſtrema ſua hiſtoria, nomine Ranunculi Apuleii, figura minus fideliter expreſſum, exhibere.

IV. RANUNCULUS grumoſa radice folio ranunculi bulboſi: ex radice alba, grumoſa, veluti ex parvis bulbis, ſed firmiter compactis, compoſita, fibris oblongis intermixtis folia: Ranunculi vulgaris radice verticelli foliis ſimilia, ſubrotunda, ſed profundius diſſecta, oblongis pediculis donata, leviſſime piloſa, prodeunt: inter quæ caulis pedalis, hirſutus, rarius in ramos diviſus effertur, quem folia in anguſtos lobos ſecta bis cingunt, cujus ſummo flos luteus, aliorum forma inſidet: cui capitulum, breviſſimis aculeis armatum ſuccedit. Hic Ranunculus agris Bononienſ. familiaris eſt, & à D. Agerio collect⁹. Hujus etiam meminimus in Phytopinace, ſub Ranunculo racemoſa radice Ioh. Bauhini, qui in montibus Bononienſibus reperit. An hunc intelligit Anguillara opin. II. dum meminit Ranunculi circa Sebenicum Dalmatiæ oppidum, radicibus Chelidoniæ minoris, qui polyanthos fit: de quo & Camerarius in ſuo horto, ſub Ranunculo pleno flore luteo repente majore?

V. RANUNCULUS geranii tuberoſi folio: radice eſt fibroſa, caulibus multis cubitalibus, viridib. levibus, ſtriatis & ramoſis: foliis à radice abſque pediculis palmaribus, uncias ſex longis latiſque ſuperne atrovirentibus, foliorum Geranii tuberoſi inſtar in multas lacinias, ſed longiores & latiores ad pediculum diviſis, & rurſum in alias ſciſſis: at in caulis ſummitate, in ſegmenta graminea partitis: flores in ramulorum ſummis plures, parvi, lutei, multis in medio ſtaminibus, quibus capitulum parvum rotundum cum ſeminio ſuccedit. Non longe Patavio in Arqua, ubi Petrarchæ ſepultura, anno 1578. legimus, quem nobiliſſ. Cortuſus Batrachium verum nominavit.

Ranunculus montanus ſubhirſutus latifolius.



VI. Ranunculus montanus ſubhirſutus latifolius: ex radice oblonga, fibroſa, folia prima Geranio columbino ſimilia, ſubnigricantia, mollia, in tres primum lacinias ad pediculum diviſa, & hæ in alias tres, hæque in alias ſecta, pediculis palmaribus, ſubhirſutis donata prodeunt, quorum tamen ſuperiora latiora & acutiora: inter quæ caulis ſeſquicubitalis, cavus, ſtriatus, pene glaber, in ramos brachiatus, effertur: quibus flores parvi, pallide lutei, quinquefolii inſident; his ſemina, in capitulum congeſta, ſuccedunt. Hic in humidis montis Mutetæ provenit.

VII. Ranunculus montanus lanuginoſus foliis ranunculi pratenſis repentis: radicem habet fibroſam, ruſeſcentem, à qua, cum caule tenui, cubitali, lanuginoſo, ſuperne in alas diviſo, prodeunt folia pallide virentia, tactu mollia, pediculis palmaribus, lanuginoſis, donata, inſtar Ranunculi pratenſis repentis, in tres primum lacinias, oblongis pedicellis donatas, & hæ in alias acutas, per marginem crenatas, diviſa, flos aureus, quinquefolius, priore major eſt. In altiſſimis montibus, ut in Belken Marchionatus, reperitur.

VIII. Ranunculus ſaxatilis magno flore: radix ex oblongis fibris capillaribus compoſita eſt: folia habet ad radicem plura, oblongis pedicellis nonnihil lanuginoſis donata, unguem vix lata, in tres parvas lacinias, & hæ in binas, vel ternas acutas diviſa: inter quæ cauliculus palmo minor; tenuis, lanuginoſus, cujus ſummo flos magnus, aureus, ſplendens, quinquefolius, multis in medio ſtaminibus rufeſcentibus, inſidet. Circa Monſpelium in ſaxoſis crevit.

IX. Ranunculus ſaxatilis foliis ſubrotundis: radix in fibras oblongas, capillaceas abit: folia per terram ſparſa, ſubhirſuta, craſſa, pedicellis uncialibus donata, vix unguem lata, in petiola parva, ſubrotunda, & hæc in alia dividuntur: cauliculus tenuis, lanuginoſus, ſex unciarum, ad exortum ſtatim dividitur: flos luteus, quinquefolius, multis ſtaminulis donatus. Eodem quo prior loco reperitur.

X. Ranunculus minimus ſaxatilis hirſutus: radice eſt puſilla, capillari, circa quam foliola plurima, in tres lacinias ſubrotūdas, & per marginem inciſas, diviſa, longis pedicellis hirſutis donata: inter quæ cauliculus, duarum triumve unciarum hirſutus exurgit, florem luteum, aliorum Ranunculorum ſimilem, multis in medio croceis ſtaminibus, ſuſtinet: cui capitulum parvum, ut in aliis ſuccedit. Non longe Monſpelio, ad Lattes, provenit.

XI. Ranunculus villoſiſſimus Monſpeliacus: radice eſt fibroſa, rufeſcente, foliis ex ea prodeuntibus craſſis, villoſis, parvis, in lacinias primum ternas, alias ſubrotundas, alias acutas, & hæ in alias inciſis & per marginem crenatis: quę vero in caule ſunt, in oblongas & acutas, & quaſi aculeo armatas lacinias, ſed longitudine impares, dividuntur: inter quæ caulis palmaris, in breves alas brachiatus, quibus ſingulis, folium in plures lacinias diviſum, ſubjicitur: flos aliorum Ranunculorum forma, mediæ magnitudinis, lutei coloris eſt. Tota planta ob pilos rufeſcentes, molles, villoſa & rufeſcens eſt, & Monſpeſſuli in ſaxoſis reperitur.

DE DORONICO.

CAPVT VIII.

I. DORONICVM Helveticum incanum: ex radice geniculata,& quaſi ſquamata,caulis emergit pedalis, rotundus, incanus, cui flos magnus luteus, folijs aureis longiuſculis non crenatis diſcum cingentibus,qui tandem in pappum abit cum ſemine aliorum ſimili: folijs eſt craſſis, ad radicem aliquibus ſubrotundis, alijs ex rotunditate oblongatis,in ambitu dentatis & ſerratis,parte inferiore una cum pediculis ob incanam lanuginem mollibus,ſuperne vero pallide virentibus & nervo albicante: quæ vero caulem ambiunt, longa ſunt, anguſta & acuminata, acris & amari ſaporis: ex Helveticis alpibus D. Burſerus attulit.

II. DORONICVM Helveticum humile craſſis folijs: planta palmaris eſt,folijs craſſis & denſis, ſuperne atrovirentibus,inferne pallidis,nonnihil hirſutis, primis quidem ex rotunditate oblongis,per ambitum crenatis, pediculi baſi caulem ambientibus, ſubſequentibus vero, uncias ſex longis,ſeſquiunciam latis,quorum ſuperiora pediculis carent:caule eſt brevi,hirſuto,in ramulos biunciales diviſo,quorum ſinguli florem luteum, mediæ magnitudinis,ſuſtinent. Julio menſe in Valeſianorum jugis (auff der Gemme vocant) floret, ubi D.Fleiſſerus eruit.

DE ELLEBORO.

CAPVT IX.

ELLEBORVS niger Saniculæ folio minor: radices nigræ ſubſunt, & ab vno exiguo capitulo fibræ quam plures tenues deſcendunt: folia,quæ oblongis pediculis donata,ſubrotunda ſunt, vnguem pollicis lata, in ſeptem lacinias breves & anguſtas, ad umbilicum uſque diviſa, per margines crenata, in caule vero, breviſsimis pedicellis tenuiſsime fiſſa: inter quæ cauliculi bini,terni,tenuiſsimi, palmares, & glabri exurgunt, uno alteróve folio veſtiti: aliquando in ſummo,pedicelli ad latera prodeunt, qui floſculos complures ſimul farctos, candidos, quaſi in muſcarib junctos,ſuſtinent. In ſumma,veratrum nigrum Dodonæi,ſive Aſtrantiam nigram Lobelij,per omnia refert, ſolaq; magnitudine differt. Hic in Alpibus ſolum reperitur, ut in monte Fracto, Spligel Rhætorum & in Pyrenæis.

DE GENTIANELLA.

CAPVT X.

I. GENTIANELLA alpina latifolia magno flore: ad radicem nigricantem,fibroſam, folia humi ſparſa, quaterna, quinave ſubrotunda,craſſa,plantaginis,vel Calthæ alpinæ forma, unciam lata, duas longa: inter quæ cauliculus uncias quatuor altus uno alterove folio donatus, cui utriculus inſidet, unicum florem oblongum, cæruleum,calathó ſimilem ſuſtinens: cujus calici utrinq; folium oblongum adponitur: ex Helvetiæ alpinis habemus.

II. GENTIANELLA omnium minima: ex radicula oblonga, tenui,albicante, foliola oblonga,anguſta,viridia,plurima ſimul inſtar ceſpitis conjuncta,prodeunt; inter quæ pedicelli breviſſimi (tota enim planta, radice excepta, unciam non excedit) quibus ſingulis floſculus, pro plantulæ ratione magnus, pallide cæruleis, ſtaminulis donatus,caliculo incluſus,inſidet; hæc niſi ſumme amara eſſet, Muſcus aliquis floridus cenſeri poſſet: in ſummis Alpium Helveticarum jugis reperitur.

DE PLANTAGINE.

CAPVT XI.

I. PLANTAGO maxima tota glabra: ex radice nigricante, fibroſa, folia ſex, ſeptem, octo, glabra,carnoſa,& nervoſa,uncias ſex longa,quatuor lata, pediculis pene palmaribus, initio rubentibus donata,prodeunt: inter quæ pediculi nudi tres, quatuor, quinque bicubitales, atrorubentes,rotundi,ſtriati,ſpicam pedalem ſuſtinentes,exurgunt: circa Monſpelium reperitur.

Reperitur quoque folijs laciniatis, tenuibus, glabris, pedalibus, uncias ſex latis, caule etiam ſuperante,& ad ſpicæ exortum,folia habente.

II. PLANTAGO quinquenervia caulium ſummitate folioſa: hæc à vulgari in eo differt,quod cauliculi ſpicam florum ſuſtinentes, in caulem palmarem excreſcunt,in cujus ſummitate,folia plura,eo modo quo ad radicem diſpoſita: ſpicis,

non oblongis,ſed rotundis, breviſsimis pediculis lanuginoſis inſidentibus.

Reperitur etiam quinquenervia vulgaris, ſpicis bifidis: vel loco ſpicarum, ſunt capita mire variantia, à pediculis nudis ſuſtentata, quorum quædam ex infima ſpicæ parte,utrinq; unum capitulum obtinent, alia pluribus capitulis,utrinque ſpicæ circumjectis,donantur.

III. Plantago trinervia anguſtiſsimo folio: radice eſt tenui,fibroſa,albicante; folijs aliquando palmaribus,aliquando uncias quinq; longis, ſtrictiſsimis, atrovirentibus, tribus nervis diſtinctis,per marginem potiſsimum,pediculis piloſis: inter quæ cauliculi plures exurgunt, alij cubitales, alij pedales, alij palmares, aliquando triunciales,ad exortum aliquando villoſi,glabri nonnunquam, quibus ſpicæ breves, oblongæ & ſubrotundæ inſident. Hanc ſæpius ad vias,maxime ad rudera,notavimus.

IV. Plantago anguſtifolia paniculis lagopi: ex radice oblonga, fibris oblongis capillata & rufeſcente, cauliculi plurimi,aliquando ſupra viginti, nudi,leviter hirſuti, rotundi,recurvi,altitudine impares,alij palmam excedentes,ſemipalmares,alij duas treſve uncias non ſuperantes, prodeunt, qui capitulum lagopi forma, modo longum,modo breve,molle,rufeſcens ſuſtinent: ad latera floſculi parvi, rufeſcentes, tenuiſsimis pedicellis inſidentes conſpiciuntur, quibus ſemen minutiſsimum ſuccedit: folia habet plura, nervoſa,uncias quatuor longa,uncia anguſtiora, hiſpida, & in exquiſitiſsimum apicem deſinentia. Hæc copioſe in agris Nemauſenſibus provenit.

Hæc aliquando ita parva, ut uncias tres non ſuperet, magis villoſa, & capitulis minimis rotundis donata.

DE HOLOSTIO SIVE LEONTOPODIO CRETICO.

Caput XII.

Holostivm ſive Leontopodium Creticum: ex radice rufeſcente & quaſi ſquamata,paulatim gracileſcente, & in fibras diviſa, folia viginti, etiam plura,palmaria,anguſta,nervis tribus per longitudinem diſcurrentibus diſtincta,& hirſutie ſubaſpera,prodeunt: inter quæ pedicelli plures, molli rufeſcente lanugine pubeſcentes, duarum triumve unciarum conſpiciuntur,quibus ſingulis capitulum craſsiuſculum,rufeſcens inſidet: floſculi albicantes, umbilico nigricante præditi, quandam foraminum ſpeciem præbent: at in ſeneſcente,& areſcente planta,pediculi craſsiores & rigidi facti, una cum capitulo terram verſus, ad radicis caput adeo curvantur, ut pedem leoninum quodam modo referant.Hoc in Creta provenit, & Patavio à Laurentio Roſenavv Pharmacopæo,Leontopodij Cretici & Catanances Cortuſi nomine: dein pro Holoſtio minore,ab Imperato Neapoli accepi,& ante viginti & aliquot annos deſcriptionem,figura addita,in Phytopinace propoſuimus: poſtmodum & Cluſius Leontopodij Cretici nomine,exhibuit.

DE CORONOPO.

Caput XIII.

Coronopvs maritimus minimus: radicula eſt longa, capillari, foliolis multis per terram ſparſis,in lacinias tenues inſtar foliorum Scabioſæ minoris ſive Stœbes diviſis: inter quæ plures pedicelli recurvi,unciales, thyrſulos parvos ſpicatos & hirſutos ſuſtinentes, floſculis minutiſsimis donatos: tota planta hirſuta eſt: hanc D. Gillenius miſit.

Pſyllium minus.



DE PSYLLIO.

CAPVT XIV.

I. PSYLLIVM Indicum folijs crenatis: radice eſt oblonga, tenui, fibris capillata: caule circa radicem lignoſo & rufeſcente, rotundo, ſubaſpero, pedali, in frequentes ac folioſos ramulos diviſo, qui capitula plura, ſingula ſingulis pedicellis inſidentia, ſæpius dena, duodena, ſquamata ſuſtinent, è quibus floſculi puſilli, pallide lutei, lanuginoſi relucent: ſemen nigricans, parvum, ſplendens, ſuccedit: folia habet oblonga anguſta, acuta, crenata, inſtar foliorum Coronopi, nonnihil laciniata, hirſuta: ex ſemine Pſyllij Indici nomine ſato, in horto aliquoties Julio florens, enatum. Et hoc Dioſcoridis Pſyllium cenſemus.

II. PSYLLIVM minus: huic radix eſt tenuis, oblonga, ſubalbida, fibris paucis capillata: ramuli ſemipalmares, rotundi, tenues, rufeſcentes, in terram reclinati, in ſummo in minores diviſi: folijs brevibus anguſtis, binis ſibi ex oppoſito reſpondentibus, quæ alis ſubjiciuntur, aliquando ternis, nonnunquam quinis ſimul junctis: ramulorum faſtigijs, capitula ſquamata inſident, quibus utrinq; foliolum unum (aliquando plura & impari longitudine) parvum recurvum & per maturitatem rigidum ſubjicitur: floſculos habet puſillos, albos, pedicellis inhærentes, quibus ſemen longe vulgari minus, ſubnigrum relucens, ſuccedit. Auguſto florens in horto collegimus, ſemine Patavio ex nobiliſſ. Bembi horto, Gottne rubri & albi nomine miſſo: ſic & Alpinus, Gottne rubrum nominavit, differentiam inter Gottne rubrum & Gottne album (hoc enim Holoſtij ſpecies eſt) faciens. Idem & Botrio rubro nomine, à Sprengero Heidelberga accepimus.

DE LIMONIO.

CAPVT XV.

I. LIMONIVM maritimum minus foliolis cordatis: ad radicem craſſam, lignoſam, rufeſcentem parumq; fibroſam, folia plurima, denſa, carnoſa, lævia, ſubrotunda, per terram inſtar ceſpidis ſparguntur, in quibuſdam plantis obtuſa, nulloq; mucrone prædita: in alijs, in ſummo ſinum habentia & cordis formam referentia: inter quæ cauliculi plures, inæquales, trium, quatuor, etiam ſex unciarum teretes nudi, prodeunt, in plurimos breves & recurvos ramulos diviſi, floſculis frequentibus parvis, pallide rubentibus onuſti. Hoc in littore maritimo, ut, circa Maſsiliam & Louornum, reperitur.

II. LIMONIVM maritimum minimum: tota plantula uncias quatuor vix excedit: nam ad radiculam oblongam, rufeſcentem, in ſummo diviſam, foliola minima, ſubrotunda, craſſa, inſtar Sedi compacta, inter quę cauliculi unciales, paucos floſculos pallide rubentes, vel ſubcæruleos ſuſtinentes, exurgunt. Hoc in Inſula quadam non longe Maſsilia, provenit. De alijs Limonij differentijs, in Theatro agetur.

DE BISTORTA.

CAPVT XVI.

BISTORTA alpina maxima: ex radice quadruplo quam in vulgari majore, contorta, geniculata, fibris capillata, foris nigricante, intus alba, caules bicubitales, nodoſi, ſtriati, majori ex parte nudi exurgunt, quorum quælibet ſpicam florum ſubpurpureorum, unciarum quatuor ſuſtinet: folia habet oblonga, in acumen deſinentia, venoſa, ſuperne virentia, inferne cæſia, vel etiam incana: quorum quædam ad cubiti altitudinem accedunt, ſed anguſta, uncias tres lata. In altiſsimis Sileſiorum montibus reperitur, ut in Sudetorum jugis, velut ad Gigantæum, Albis fontes Schneegruben.

DE PYROLA.

CAPVT XVII.

PYROLA Alſines flore duplex eſt. Europæa & Americana, utraque major & minor eſt: nullius hactenus figura poſita fuit: Europęam tamen, primus Val. Cordus in obſer. ſylv. ſub herba trientali propoſuit; dein Iohannes Thalius, in ſua Harcynia Saxothuringica, ſub Alſmanthemo deſcripſit: & Johan. Francus in horto Luſatiæ, nomine herbæ puſillæ trientalis, & tandem Caſp. Schvvenckfeldus, in ſuo Catalogo plantarum Sileſiæ, Alſinem alpinam nominavit: nulla differentia oſtenſa, Alſinanthemi majoris & minoris nomine, à D. Sigfrido Helmaſtadio: Pyrolæ Bohemicæ majoris & minoris, à D. Doldio: minorem vero, nomine Anonymi Betulæ folio, in betuletis Scotiæ natam, D. Cargillus, ex Scotia miſit. Hujus deſcriptionem, à prædictis propoſitam, præterire, & Braſsilianam majorem deſcribere, in præſens lubet.

Pyrola alſines flore major.



PYROLA Alſines flore Braſiliana: ex radicula alba, tenui, capillata, cauliculus effertur ſingularis, tenuis, lævis, ſex, ſeptemve vnciatum, inferiore parte nudus, circa medium duobus foliolis parvis ſibi oppoſitis donatus, ſuperius vero folijs ſex vel ſeptem per abitum cinctus: quæ magnitudine imparia ſunt, aliquibus uncias duas, alijs unam longis, unciam vel ſemunciam latis, Plantaginis quinquenerviæ forma (cum & per hujus folia quinque nervi diſcurrant) ſed glabra, tenera & viridia, in acumen faſtigiata, ex quorum medio pedicellus tenuis, uncialis exurgit, florem ſingularem, pallide luteum, ungui pollicis æqualem, quadrifolium, ſtriatum, cujus folia (ſtellæ modo diſpoſita) lateralia, alijs duobus latiora ſunt: ad floris umbilicum, ſtaminuſa plura exigua, rufeſcentia occurrunt.

Hæc in Braſsilia apud Tououpinambaultios reper-

reperta eſt, & ab Europæa, potiſsimum folijs quinquenervijs differt, cum per Europææ, tam majoris quam minoris folium medium, unicus nervus feratur, à quo fibræ per latera ſparguntur: deir flore quintuplo majore: At minor Braſsiliana, ab Europæa minore, ſolum foliorum magnitudine, quæ in Braſsiliana longiora, anguſtioraq; ſunt, differt.

DE POTAMOGETO.
CAPVT XVIII.

I. POTAMOGETON racemoſum anguſtifolium: radice eſt capillacea, rufeſcente, cauliculis tenuiſsmis, palmaribus, in aqua fluitantibus, folijs anguſtis, longis, binis ex oppoſito reſpondentibus: aliquibus in ambitu leviter ſinuatis, aliquibus minime ſinuoſis: petiolo tenui, brevique, floſculi puſilli, uvæ in morem congeſti inſident, quibus granula aculeata, ſimul juncta ſuccedunt. Hoc prope Monſpelium, ad molendinum in aqua fluitans reperitur: idem tribuli aquatici minoris nomine, D. Francus ex Luſatia miſit.

II. POTAMOGETON gramineum ramoſum: ex cauliculo pedali, etiam cubitali, tenuiſsimo, rotundo, albicante, in plures alas brachiato, folia graminea, oblonga, atrovirentia, non alternatim, ſed multum ad invicem diſsita, prodeunt, quæ in alia folio, fere capillacea, abeunt, nihilominus tamen ex primi folij ala, cauliculus in ſimilia folia abiens, exurgit: in extremo caulis, pediculus triuncialis, floſculos minutos, & granula ſub ſequentia minuta & ſubaſpera, non racemi modo, ſed magis, & velut in ſpica, diſperſa, ſuſtinet. Hoc in paludibus Auſtriæ fluitans, Fontilapathi graminei nomine, D. Burſerus miſit.

III. POTAMOGETON minimum capillaceo folio: hoc parvum eſt capillaceo & caule & foliolis oblongis, inordinate diſpoſitis, pallide virentibus: in ſummo, pedicello parvo, modo uno, modo duobus, capitulum minimum & acuminatum, prioris tamen forma, quod minutiſsimo floſculo pallidulo ſucceſsit, ſuſtinens, quorum aliud expanſum, aliud quaſi veſiculæ foliaceæ in in acumen deſinentis, incluſum eſt. Hoc cum ſequenti, Monſpelio D. Burſerus attulit.

IV. POTAMOGETON capillaceum, capitulis ad alas trifidis; hoc cauliculo eſt palmari, pilo non craſsiore, ramoſo, articulato, ad quemlibet articulum, folia bina, oblonga, quovis pilo tenuiora, ex adverſo reſpondentia: quorum alis, minutiſsimi floſculi palliduli inſident, qui juncti, nodulum quaſi referunt, quo maturato, nodulus ſive capitulum, ex tribus portiunculis ſemicircularibus in apicem abeuntibus & rufeſcentibus compoſitum, conſpicitur: nihilominus tamen, ex priorum foliorum alis, pedicellus exurgit, qui in tria, etiam plura foliola abſumitur, ſimiliſq; in medio nodulus adponitur; in ſummitate namq; capitulum nullum eſt.

DE SERPENTARIA.
CAPVPT XIX.

SERPENTARIA triphylla Braſsiliana: hanc integram deſcribere non licet, ſiquidem ſolum caulis portio cum folio & flore ad manus ſit: quare ex caule rufeſcente, ſtriato, exurgit, folij pediculus palmaris, & lævis, in cujus ſummo folium tenue, albide virens, fibroſum, ſubrotundum, trifidum, in exquiſitum apicem deſinens, duabus partibus inferioribus, & quidem inferne ſinum obtinens, quorum quodlibet uncias binas cum dimidia latum, longitudine vero uncias quatuor ſuperat: flos ſerpentariæ majoris forma, ſimiliter pediculo triunciali donatus, longitudine unciarum quinq;, latitudine ſeſquiuncialis, atrorubens, ſtriatus, venis albicantibus per medium, maxime extrinſecus, excurrentibus: piſtillo nigricante, oblongo, in ſummo bifido. Ex Tououpinambault Braſsiliæ anno 1614. allata.

DE TVSSILAGINE.
CAPVT XX.

TVSSILAGO alpina folio oblongo: ex radice nigricante, minimi digiti craſsitie, plurimis fibris donata, caulis exurgit cubitalis, hirſutus, rufeſcens, ſtriatus & aſper: folijs ad radicem quinis, ſenis, longis pediculis donatis, oblongis, nigricantibus, duris, hirſutie aſperis, per marginem crenatis, & imparis longitudinis: at in caule binis, ternisve anguſtioribus: cujus ſummo, aliquando in ramos diviſo, flos muſcoſus, luteus, ſatis magnus inſidet, qui tandem in pappum evaneſcit. In Helvetiorum alpibus & Baldo (ſed anguſtioribus folijs) provenit.

DE CACALIA ET LAPPA.

CAPVT XXI.

CACALIA tomentoſa: folia habet Tuſsilaginis folijs majora, figura inſtar Perſonatæ oblonga, in ambitu ſerrata, nonnunquam ſinuata, ſuperne ex virore nigricantia, venis tamen, in cana lanugine albicantibus, percurrentibus: inferne, propter denſam & molliſsimam lanuginem qua pubeſcunt, candidiſsimis: quorum pedicelli oblongi, ſtriati, non ſecus ac folia, lanuginoſi: de floribus nil conſtat, cum ſolum folia aliquot D. Paſchalis ad nos miſerit, in Sumano monte prope Vincentiam collecta: eandem circa Thermas Fabarias, ſed floribus, cauleq; carentem, poſtea obſervavimus.

LAPPA roſea: hæc à vulgata differt capite: nam circa floris capitulum, folia plura, veluti in Plantagine roſea, denſe ſtipata, junguntur, quæ ſingula in mollem aculeum deſinunt: hæc apud Lipſenſes frequenter reperitur: unde à D. Jungermanno accepimus.

LIBER SEXTVS.

DE LEUCOIO.

CAPVT I.

I. LEVCOIVM luteum magno flore: hoc à vulgari Leucoio luteo Keiri dicto, differt magnitudine & colore, quia parvum fruticem, valde ramoſum & totum virentem refert: folijs eſt majoribus, viridibus, ſplendentibus: floribus quadrifolijs magnis, ita ut hujus folium, vulgaris totum florem pene adæquet, odoratiſsimis, intenſiorisq; lutei coloris: ſiliquis copioſis, ſemen minutum, planum rufum continentibus. Hoc Majo menſe & majore æſtatis parte floret, pertenuis eſt, & frigoris patiens, cujus ſemen Leucoij lutei Hiſpanici nomine miſſum eſt.

II. LEVCOIVM luteum ſerrato folio: hoc à præcedente folijs potiſsimum diſcrepat, quę duplo pene longiora, anguſta, per latera crenis aſperis ſerrata, & in aculeum finientia, quæ ſimiliter craſſa, ſed pallide virentia, mollia, quia parte inferna quaſi lanugo aſperſa eſt: flores lutei ſunt & magni. Hoc D. Doldius Norinberga miſit.

III. LEVCOIVM luteum ſylveſtre hieracifolium: hoc circa radicem craſsiuſculam, albicantem, in oblongas fibras capillatas abeuntem, folia plura habet per terram ſparſa, eaque oblonga, anguſta, ſubaſpera, ſinuoſą & per æſtatem in planta luxuriante Hieracij inſtar ſinuata, quæ circa caulem pedalem, ſtriatum nonnihil incanum alternatim diſpoſita, oblonga, latiuſcula, ut in Keiri vulgari pallide virentia, ob raras crenas inæqualia tactuq; ob leviſſimam hirſutiem aſpera: caulis major pars floridus eſt, flores lutei ſunt, quadrifolij, Keiri floribus minores oblongis pediculis donati, quibus ſiliquæ triunciales ſtrictiſsimæ, in ſummo utrinq; parum reflexæ, ſuccedunt: hoc in ſylvis prope Neuſtadium Harcyniæ reperitur, unde D. Furerus miſit.

IV. LEVCOIVM album odoratiſsimum folio viridi: radice eſt multifida, caule viridi, ramoſo, aliquando minimi digiti craſsitie: folijs viridibus ſplendentibus, craſsis, Keiri folijs forma reſpondentibus: floribus albis, quadrifolijs, ſuaviter admodum & quidem veſperi Heſperidum modo, olentibus, cujus nomine noſtrates, Biſem Nägelein/ id eſt, moſcum redolentes garyophyllos vocant: quibus ſiliquæ longæ, craſsiuſculæ, virides, duplicem planorum ſeminum ordinem, membrana intercurrente, continentes, quod Leucoij albi Cretici nomine primo accepimus. Hoc per aliquot annos durat, ſi hyeme in cella aſſervetur.

V. LEVCOIVM minimum Creticum: cauliculo eſt palma minore, viridi, ſtriato, leviſsimis tamen pilis aſperſis: foliolis ſubrotundis, pallide virentibus, longis pediculis donatis, aliquando binis ex oppoſito, alijs alternatim ſitis: cauliculi ſummum in duos pedicellos abit, qui floſculum oblongum, cæruleum, quadrifolium, modo unum,

unum, modo duos, ſuſtinent. Hoc ex horto nobiliſſ. Contareni, D. Leritzius attulit.

V. Levcoivm maritimum minimum: radiculam habet tenuiſsimam, oblongam, albam, ad quam foliola minima quina, ſenave, ſubrotunda & pallida: cauliculis ſeſquiuncialis, rufeſcens, quinis, ſenis, foliolis oblongis, obtuſis, hirſutie ſub canis, alternatim diſpoſitis, cingitur: floſculum unum vel alterum ſubcæruleum, cauliculus & pedicellus hirſutus ſuſtinet. Hoc in littore maris prope Terracinum reperitur.

DE HESPERIDE.

Capvt II.

I. Hesperis ſylveſtris flore parvo: caule eſt cubitali, viridi, ſtriato, nodoſo, multis alis fere palmaribus, donato & concavo: folijs quam in vulgari acutioribus, in ambitu profundius ſerratis, viridibus, ſubhirſutis & minus vulgari aſperis: floribus plurimis, ſubcæruleis, quadrifolijs parvis, ita ut hujus flos integer vix vulgaris foliolum adęquet, quib. ſiliquæ ſtrictiſſimę ſuccedunt. Hæc, circa Monſpelium in horto Dei, ad aggeres aquarum, à D. Burſero collecta fuit.

II. Hesperis ſylveſtris Hieracij folijs hirſuta: tota planta hirſuta eſt, caulem habens pedalem, anguloſum, hirſutum, pallide virentem, in ſummo in ramos aliquot alternatim diſpoſitos diviſum: folia Hieracinis inſtar laciniata & ſinuata, oblonga, anguſta, acuminata, craſſa, hirſutie aſpera, quorum ſuperiora pediculis carent: flores in calicibus hirſutis rubri, magnitudine Heſperidis vulgaris flores æquantes: quibus ſimiles ſiliquæ, ſemen continentes ſuccedunt. In ſaxoſis humidis Provinciæ, D. Burſerus legit.

DE SAPONARIA.

Capvt III.

Saponaria concava Anglica: planta eſt elegans, radicibus fuſcis, craſsis, longis, lentis, repentibus fibellis paucisſimis adhærentibus: unde caules exurgunt cubitales, rotundi, ſtriati, glabri & albi, geniculis diſtincti, in terram reclinati, & concavi: circa quos folia viridia, glabra, ſubrotunda, nervoſa, uncias duas lata, paulo longiora, rarius ex ſingulis geniculis bina, ſed ex quolibet geniculo unum tantum, nullo certo ordine vel numero enaſcitur, quod antequam expandatur, fiſtulæ inſtar caulem complectitur: flores in ſummo caulicorum, ex ſuperiorum foliorum ſinu, teneṛrimis pedicellis ſubnixi, ex caliculis oblongis nonnihil hiſpidis prodeunt, Saponarię vulgaris forma, ex quinq; folijs per oras crenatis, commiſsi, qui colore albi ſunt, levi carneo colore aſperſo, in quorum medio ſtaminula quædam exigua: ſemen non vidimus.

Hæc æſtate media floret in Anglia, quæ in Comitatu Northampton, in nemore quodam Spianie dicto, à D. Gerardo Chirurgo Londinenſi reperta, Gentiana concava nominata, & Londino à D. Liſtero, una cum figura ſuis coloribus illuſtrata, miſſa fuit.

DE LYCHNIDE.

Capvt IV.

I. Lychnis auriculæ urſi facie: hanc in Phytopinace ſub Lychnide viſcoſa Cretica exhibuimus, cujus hæc perfecta deſcriptio eſt: radice eſt alba, longa, & fibroſa, folijs ad radicem pluribus, etiam viginti numero, per terram ſparſis, incanis, lanuginoſis, Auriculæ urſi folijs forma & craſsitie ſimilibus, uncias tres, etiam quatuor longis: quæ ex longiſsimo & latiuſculo pediculo ſenſim rotundam figuram acquirunt & rarius unguem latitudine ſuperant: caulem habet ſeſquicubitalem, ramoſum, rotundum, hirſutum, firmum, in ſummo lento ſucco glutinoſum: flores ex viridi flaveſcentes, plures, quaſi in umbella congeſti, quinquefolij & bifidi: quibus caliculi parvi, ſemen minutum nigricans continentes, ſuccedunt. Hanc à Joh. Bauhino, Viſcaginis auriculæ urſi facie Candiæ, quo nomine ſemen à Caſabona Florentia acceperat, primum habui: dein Lychnides auriculæ urſi facie: & hanc poſtmodum Cluſius, Lychnidis ſylv. latifoliæ nomine, exhibuit.

II. Lychnis ſyl. minima exiguo flore: ex radicula oblonga, tenui, cauliculus rotundus, rufeſcens geniculatus, trium quatuorve unciarum, in alas minimas brachiatus exurgit, foliolis binis exiguis, acutis, ad quemlibet geniculum & alam & ex qualibet ala, pedicelli oblongi, anguſtiſſimi, rigidi, quib. floſculus purpuraſcens, ex quinque foliolis, ſingulis cordis formam referentibus, compoſitus inſidet. Hæc circa Monſpelium, in pede montis qui eſt prope Boutonet copioſe reperitur, quam Centaurium minimum appellabant. Verum ante quadriennium eandem, ſed palmum ſuperantem, & Florentiæ ad agrorum margines natam, Tunicæ peculiaris nomine, à D. Burſ. accepimus.

DE CARYOPHYLLO.
CAPVT V.

I. CARYOPHYLLVS arboreſcens Creticus: ex radice craſſa, alba, dura, & lignoſa, caules cubitum ſuperantes exurgunt, albi, rotundi, læves, geniculati, lignoſi, in alas brachiati: folia habet ad radicem plura, longa, anguſta, in acutum mucronem deſinentia, pallide virentia, in caule pauciſsima: flores, è calicibus viridibus, tenuiſsimis & acutiſsimis foliolis cinctis quinquefolij, eleganter, ſed non profunde, fimbriati, ex diluta purpura rubentes, prodeunt: ex quorum medio ſtaminula plura breviaque prominent: ſemen vero paleaceum in cauliculis continetur. Ex ſemine Cretico, in horto Montembelgardiaco velut in arbuſculam excrevit.

II. CARYOPHYLLVS ſylveſtris repens multiflorus: ex radice craſſa, lignoſa, ſubfuſca, cauliculi plurimi, etiam quandoq; ſupra triginta, trium quaturove unciarum, tenues, partim in terram reflexi, partim erecti, paucis foliolis cincti, quæ circa radicem plura, breviſsima, anguſtiſsima, dura, mucronata, viridia: quibus ſingulis flos, modo unus, ſæpe duo ſimul caliculis ad exortum junctis, quinquefolij aliorum forma, pallide rubentes inſident. In ſaxoſis circa Monſpelium provenit.

III. CARYOPHYLLVS ſylveſtris biflorus: ex radice parva, folia pauca anguſtiſsima, ut prioris, ſed multo longiora, exurgunt, & inter hæc cauliculus tenuis, plus minus palmum altus, in ſummitate in duos pediculos ſemper diſtinctus, quorum ſinguli florem magnum, Caryophylleo ſyl. vulgatiſsimo multo majorem, quinquefolium, leviter laciniatum colore pallide rubentem ſuſtinet. Circa Genevam D. Cherlerus collegit.

IV. CARYOPHYLLVS pumilus latifolius: à radice cauliculus, ſtatim in duos ramulos ſex uncias altos, tenues, rotundos diviſus prodit, cui ad radicem folia brevia, latiuſcula, in ramulis longiora, mollia & pallida, binis ſibi invicem ad geniculos reſpondentibus: cuilibet ramulo, flos unus, priore multo minor, pallide purpuraſcens, magiſq; albens ex brevi calice prodiens, inſidet: ex Auſtria D. Burſerus miſit.

V. CARYOPHYLLVS holoſtius alpinus latifolius: ad radicem tenuem, albicantem, fibroſam & repentem, cauliculi aliquot in terram reclinati, hirſuti, trium, quatuorve unciarum, folijs parvis, ſubrotundis, latis binis, ſibi invicem reſpondentibus, hirſutis, & craſsis cincti: ex alarum ſinu, pediculorum inſtar ramuli exurgunt, ſinguli florem unum, calici viridi primo incluſum, dein quinquefolium magnum & album ſuſtinent, cui capitulum oblongum, ſemen continens ſuccedit. Hic in Valeſianorum alpibus, loco Gemme dicto, & circa Fabarias reperitur.

VI. CARYOPHYLLVS holoſtius alpinus anguſtifolius purpuraſcens: & hic radicula eſt repente, cauliculo tenui, triunciali, leviter hirſuto, circa quem foliola parva, oblonga, acuminata, bina ſibi oppoſita: flores in ſummo bini, terni, prioribus minores, purpuraſcentes, ſtellæ in modum diſpoſiti, calicis foliolis viridibus alternatim velut intercedentibus: ex Pyrenæis Hiſpanicis, D. Burſerus attulit.

VII. CARYOPHYLLVS holoſtius alpinus gramineus, radiculam habet exiguam, caulem palmarem, exilem, rotundum, geniculatum, pilis leviſsimis donatum, circa medium in ramulos & hi in alios brachiatum: folia ad radicem pauca, ad geniculum bina ex oppoſito reſpondentia, atrovirentia, anguſtiſsima, unciam longa; floſculi albi quinquefolij, ex calice prodeuntes, ſinguli, ſingulis pedicellis inſident: quibus exiguum capitulum, minuto ſemine refertum, ſuccedit. In alpibus provenit: in Auſtriæ monte Taurero, D. Burſerus legit.


VIII. CARYOPHYLLVS holoſtius montanus anguſtifolius albus: & hic cauliculo eſt tenui, geniculato, rufeſcente, glabro, trium quatuorve unciarum: folijs oblongis, anguſtis, glabris cincto, floribus albis quinquefolijs, & prædicto quinto multo minoribus. In horto Dei, D. Burſerus legit.

IX. CARYOPHYLLVS holoſtius tomentoſus latifolius: ex radice tenui & repente, caulis tenuis, rotundus, geniculatus, in terram reclinatus prodit, qui ſtatim in ramulos plures palmares, ſemipalmares, etiam minores ſubdividitur; quos folia oblonga, latiuſcula, quædam ſubrotunda, ob lanuginem aſperſam mollia & alba, bina & oppoſito reſpondentia, cingunt: flos non eſt conſpectus: Hunc ex horto Piſano & quidem ſecundo, primum opera D. Wolfhardi Ocymoides tomentoſi nomine, accepimus.

X. CARYOPHYLLVS holoſtius tomentoſus anguſtifo-

guſtifolius: hic cauliculis eſt palmo minoribus, erectis, tenuibus, rotundis & parte inferna geniculatis, ſuperiore parte nudis & pene glabris, qui ſtatim in ramulos breviſſimos, ex alarum ſinu, ex adverſo ſitos, dividuntur: folia habet oblongiuſcula, anguſtiſſima, reflexa, ob tomentum mollia & ex viridi albicantia: cauliculus in tres pedicellos, binis foliolis ſuſtentatos, eoſque oblongos, ſed longitudine impares, abit, qui ſinguli calicem viridem ſuſtinent, cui flos unus, iſque albus & quinquefolius inſidet: hunc in Granada, ad radicem montis copioſe D. Albinus obſervavit.

Caryophyllus arvenſis glaber minimus.



XI. Caryophyllus arvenſis glaber minimus: ex radice capillacea rufeſcente, cauliculus unus vel alter, tenuiſſimus, geniculatus, pedalis prodit, in ſummo valde ramoſus, ramulis capillo tenuioribus, quorum ſinguli, ſingulos floſculos albos, minutiſſimos, in duos apices abeuntes ſuſtinent: folia habet pauca, longa, anguſta. Variat magnitudine, nam & ſemipalmaris eſt, pauciſſimis, capillaceis, brevioribusque foliolis. Illum ex Euganeis collibus habemus: hunc vero Monſpelio: & hoc adhuc minus ex ſylvis prope thermas Wiſbadenſes infra Moguntiam.

XII. Caryophyllus ſaxatilis ericæfolius umbellatis corymbis: ex radice tenui, contorta, lignoſa & reclinata, cauliculi plures, geniculati, rufeſcentes, ſemipalmares, attolluntur: ad quorum exortum foliola brevia, anguſta, ericæ ſimilia & ad genicula bina breviſſima & rigidiuſcula: cauliculorum ſummitatibus, veluti umbellæ ex corymbis compoſitæ inſident, unde flores candidi, ex quatuor, aliquando quinque foliolis conſtantes, prodeunt. Hic in Galliæ provincia locis ſaxoſis, in monte edito prope Vigan reperitur.

XIII. Caryophyllus ſaxatilis ericæfolius ramoſus repens: hic inſtar muſci elevati per terram repens, ex radice caulem lignoſum emittit, in ramos plures, & hos in alios ſubdiviſum, quos folia exigua ericæ foliis ſimilia cingunt: quorum ſummitatibus flores copioſi, nivei, magni, elegantiſſimo ſpectaculo inſident: ex Pyrenæis D. Burſerus attulit.

Hunc floribus rubris, ſed majoribus, foliiſque ad cauliculos longioribus & latioribus, ex Hiſpania habemus. Uterq; à Caryophyllo muſcoſo, ſive muſco florido, diverſus eſt.

XIV. Caryophyllus ſaxatilis ſiliquoſus: è ſaxorū fiſſuris in Harcyniæ promontoriis, planta perennis erumpit, foliolis ad radicem plurib. bellidis forma, ſed multo minoribus, oblongis pediculis donatis, tenuibus, pallide virentibus, inter quæ cauliculi tenues, læves, palmares, in oblongos ramulos diviſi, foliis paucis, longis, anguſtis cincti, prodeunt: ramulorum ſummis flores candidi, quadrifolii inſident, quibus ſiliquæ ſtrictiſſimæ, minutiſſimum ſemen rufeſcens continentes, ſuccedunt. Gypſophyti ſiliquoſi nomine, D. Furerus communicavit.

DE ANTIRRHINO.


CAPUT VI.

ANTIRRHINUM ſaxatile folio ſerpilli: radice eſt parva, ramis multis, reflexis, tenuibus, leviter hirſutis: foliis Serpilli vulgaris forma, ſed minoribus: floribus rubris, aliquando pallide cæruleis, pedicellis oblongiuſculis inſidentibus, forma & magnitudine una cum capitulo ſuccedente, Antirrhino arvenſi minori ſimilibus. Maſſiliæ in ſaxoſis provenit.

DE LINARIA.

CAPUT VII.

Linaria bellidis folio.



I. LINARIA latifolia Dalmatica magno flore: caulibus eſt lignoſis, rotundis, firmis, cubitum ſuperantibus, in ramos brachiatis, quos folia, præſertim inferiora, unciam lata duas longa, pediculis carentia, in apicem acutiſſimum deſinentia, nullo ordine ſervato, ambiunt: flores habet Linariæ vulgaris florib. forma ſimiles, ſed triplo imò quadruplo majores, ex luteo rufeſcentes, aureoſve, quibus vaſcula ut in aliis ſuccedunt. Hanc anno 1594. in horto Montembelgardiaco collegimus, enatam ex ſemine à Caſabona Florentia miſſo, nomine Linariæ maximæ Dalmaticæ lauri foliis: eandem quoque nomine Linariæ perennis fruticantis Creticæ accepimus.

II. LINARIA Americana parvo flore: ex radice, caules plures ſeſquicubitales, rotundi, læves, rufeſcentes, in ramos plures diviſi, exurgunt, quos folia triplo quam in priori anguſtiora, in exquiſitum apicem deſinentia, atrovirentia, alternatim nulloque ordine diſpoſita, cingunt: floribus eſt aureis, iiſque longe quam in vulgata minoribus. Hæc an. 1601. Argentinæ, in horto D. Saltzmanni crevit.

III. LINARIA latifolia triphylla: caulibus eſt viridibus, rotundis, ſtriatis, glabris, ſeſquipalmaribus, in ſummo brachiatis: foliis ut in Linaria Valentina Cluſii, terno, & adverſis inter ſe petiolis ordine adhærentibus, diſpoſitis, quolibet folio uncia latiore & duabus longiore, tenui, ex glauco vireſcente, venis ternis, ut in plantagine per longitudinem diſcurrentibus: at in caulis ſummo, modo terna, modo bina, modo ſine ordine ſita ſunt: extremo ramo veluti ſpica oblonga florum Linariæ vulgari ſimilimorum rictu flavo, calcari vero pallide cæruleo. Hanc Linariæ latifoliæ Valentinæ Cluſij nomine D. Doldius miſit, cujus in Phytopinace ſub Linaria 5. meminimus. An hæc Linaria Cretica latifolia Cluſii, in ſua hiſtoria?

IV. LINARIA capillaceo folio erecta flore odoro: hæc caulibus eſt cubitalibus, rotundis, ramoſis: foliis plurimis, capillaceis, nulloq; ordine diſpoſitis: floribus parvis ex cæruleo, alboque mixtis, cujus rictum linea flaveſcens diſtinguit, ſuavem & ſubtilem odorem ſpirantibus: quibus capitula Lino fere ſimilia, minutum ſemen in pericarpiis continentia, ſuccedunt. Planta perennis eſt, Monſpeſſuli ſponte proveniens: nonnunquam ibidem in muris reperitur: flore vario, coloribus ex albo, cæruleo & luteo mixtis.

In hortis, cultura omnibus ſui partibus major eſt, duos cubitos ſuperans, & quidẽ duplex, alteri flo-

ri flos odoratior, alteri inodorus: quæ ex radice repente & perenni mire ſe propagat.

V. Linaria arvenſis cærulea erecta: hæc radice eſt exili, capillacea, cauliculis palmaribus, foliis capillaceis, ſed rarioribus & brevioribus quam in priore: floribus parvis, violaceis, lini capitulis exiguo ſemine refertis. Hæc in agris Luſatiæ flore eſt cæruleo: at Monſpeſſuli in arvis ad montem Cetum violaceis reperitur.

VI. Linariæ aureæ affinis: caule eſt cubitali, rotundo, lignoſo, in ramulos brachiato, quorum ſummitatibus flores lutei, Senetionis majoris forma, & ſimiliter in pappum abeuntes, inſident: folia oblonga, anguſta, Kali majoris cochleato ſemine, foliis & forma & modo diſpoſitis (ſed denſiora) habet. In Aragoniæ locis deſertis D. Albinus collegit.

Linariam bellidis folio, à C. Cluſio, Lobelio & aliis ſub Linaria odorata, deſcriptam, ſed non recte icone expreſſam, cum calcaribus careat, figuram veram adponere viſum fuit.

DE LINO.

Capvt VIII.

I. Linum fruteſcens ſubflavum: fruticoſum eſt, caulibus cubitalibus, tenuibus, levibus & ramoſis: foliis anguſtis, brevibus, ſine ordine diſpoſitis: floribus in ſummis cauliculis multis & magnis, ſubflavis, quinquefoliis, totidem in medio ſtaminibus. Hoc in Granada D. Albinus legit.

II. Linum ſylveſtre cæruleum folio acuto: caule eſt pedali, rotundo, lignoſo, ſtatim ad exortum in ramos palmares diviſo, quos folia atrovirentia, baſi latiore alternatim cingunt, & in exquiſitiſſimum, & veluti aculeatum mucronem deſinunt: ramorum ſummitatibus, cauliculi multi quaſi in umbella diſpoſiti, caules aliquot apicibus donatos ſuſtinent, è quibus flores magni, cærulei, quinquefolii, in medio ſtaminibus donati, prodeunt, quibus vaſcula ſubrotunda ſuccedunt. Hoc in ſaxoſis Provinciæ, non longe Maſſilia provenit.

III. Linum minimum ſtellatum: tota plantula duarum, rarius trium unciarum eſt, radicula capilli inſtar tenui, albicante, cauliculo uno vel altero tenuiſſimo, foliolis brevibus, in exquiſitiſſimum parvumque apicem deſinentibus: inter quæ floſculi parvi, pallide virentes, ſtellati, ex quinque radiolis, exiguum circulum veluti umbonem cingentibus, compoſiti. Hoc Monſpeſſuli in Gramuntio & Boutoneto provenit, & ab aliis lingua avis minor, ab aliis Paſſerina minor ſaxatilis, dicebatur.

DE HYSSOPO, HYSSOPI FOLIA, SIVE Gratiola minore, & Thymo.

Capvt XI.

Hyſſopus latifolius: caulibus eſt lignoſis, rufeſcentibus, ſtriatis: foliis triplo quam in vulgari latioribus, ſtriatis: foliis triplo quam in vulgari latioribus, obtuſis, in reliquis cum vulgato conveniens. Londino D. Cargillus miſit.

2. Addidit & alium, à vulgato ſolum foliorum colore diverſum, qui in hoc atrovirens, in illo vero pallide luteus.

3. Sic & tertium hirſutum, cujus caules & folia, molli lanugine pubeſcunt.

Hyſſopifolia ſive Gratiola minor.



Hyssopifolia ſive Gratiola minor: ex radice modo craſſiore, modo tenuiore, ac fibroſa albida, caulis exurgit cubitalis, in plures ramulos diviſus, ſubrufus, rotundus, ſtriatus, quem folia Polygoni maſculæ æmula cingunt, pallide virentia, alternatim diſpoſita, & pediculis carentia: ex quorum alis flores ſinguli, oblongis cauliculis incluſi, eleganter cærulei quadrifolii: hos ſequuntur vaſcula oblonga, ſemina minuta ſubfuſca continentia. Hæc omnis odoris expers eſt, & pene inſipida, licet aliqui nitroſum, alii ſubdulcem ſaporem in ea notarint.

Variat foliis: altera eſt latioribus, quæ altius exurgit: altera anguſtioribus & oblongis, quæ vix palmaris, Iunio menſe florent. Florib. item; nam ex Hiſpania habemus, quæ flores habet oblongos, forma Gratiolæ vulgari ſimiles, qui ſaturatioris coloris cærulei ſunt. Locis humidis & uliginoſis naſcitur, quamprimum in paludibus Patavinis & ad portam S. Iuſtinæ & quidem latioribus foliis, legimus: dein circa Monſpelium in rivulis, ubi Anagallidem aquaticam vocabant: tum in Alſatia non longe Mülhuſio, item locis udis: quæ vero foliis anguſtioribus eſt, Mõſpeſſuli, ad lucum Gramuntium provenit. Hanc videtur notaſſe Cordus in obſerv. Graſz Poley/ & Geſn. libel. de coll. ſtirp. Gratiolæ minoris nomine. Camerarius, qui in Franconia obſervavit: Hyſſopoidem nominavit, & in Haſſia, Halimum aquaticum vocari monet: in Phytopinace ſub Hyſſopifolia Ioh. Bauhini, & in Matthiolo emaculato ſub Gratiola minore, figura addita (quam hactenus nullus exhibuit) propoſuimus.

Thymum inodorum: ſuffrutex eſt, ob lævem lanuginem, qua pubeſcit, incanus, caule lignoſo, cortice incano, rugoſo, veſtito, qui in plures ramos palmo minores, recurvos, hique in alios & velut in orbem diſpoſitos, dividitur: quos per intervalla folia breviſſima, anguſtiſſima, plura ſimul iuncta, inodora & pene inſipida, ſed aſtringendi vi prædita, cingunt: cauliculorum ſummis flores purpurei, forma & diſpoſitione Thymi vulgaris floribus ſimiles, inſident. Hoc in regno Valentiæ, locis arenoſis in litore ad Alicanta, copioſe provenit, D. Albino referente.

DE SERPILLO ET POLIO.


Caput X.

Serpillum latifolium hirſutum: tota planta ob mollem lanuginem, qua pubeſcit, præſertim caulibus, incana eſt: cauliculis donatur frequentibus, tenuibus, longis, recurvis: qui foliis ſubrotundis, pediculis oblongis, binis ex adverſo naſcentibus, cinguntur: cauliculorum ſummis capitula floſculorum purpuraſcentium, ut in vulgari, inſident. Hoc ſæpius locis aridioribus apud nos reperitur.

Polium latifolium incanum Creticum: & hęc planta tota, tomento albo, molli, tecta eſt, habens caules pedales, rotũdos, in ramos palmares, hoſq; in breviores ſubdiviſos, quos folia ſubrotunda crenata, inſtar Alſines hederulę folio, vel Chamedryos, craſſa, rugoſa, bina ex adverſo naſcentia, inferne candida, ſuperne ex viridi flaveſcentia, quæ maſticata pene inſipida (in ſicca planta) & non ſecus ac ſi tomentum dentibus contereretur ſenſum præbent: flores non vidimus. Hoc ex Creta ab Honorio Belli, nomine Polii platiphylli Cydonienſis, accepimus.

DE

Ocimum latifolium maculatum.



DE PVLEGIO ET ORIGANO.

CAPVT XI.

PULEGIUM foliis nummulariæ: ex horto Patavino D. Heyl ante undecim annos attulit, hujus ramum tenuem, palmarem, quaſi geniculatum, quem folia & ſingulis geniculis bina, tenuia, inſtar Nummulariæ rotunda, ſed ſextuplo minora, pedicellis donata, & ex adverſo ſibi reſpondentia, cingunt, & floribus ex albo cæruleis, caulem verticillatim ambientibus, ſubjiciuntur. Hoc odore vulgari multo eſt gratiore.

ORIGANUM ſylveſtre humile: ex radice lignoſa, rufeſcente, fibroſa, cauliculus communiter unus, rotundus, rufus & aſper, unciarum ſex vel ſeptem, exurgit: qui in ſummo in ramulos plures dividuntur, hique flores, umbellæ forma ex cæruleo purpureoque mixtos, ſuſtinent: folia habet parva oblonga, ſubhirſuta, compacta & inordinate diſpoſita, potiſſimum cauliculi partem ſummam ambientia, vulgaris Origani odore. Hoc circa Aureliam Gallorum copioſe reperitur.

OCIMUM latifolium maculatum, ſub latifolio à Cæſalpino, Baſilici Indici vel potius Hiſpanici nomine, à Camerario exhibitum: cum ejus figuram hactenus apud Herbarios non viderim, non abs re fore judicavi, ſi his adderetur.

DE MENTHA ET CALAMENTHA.

CAPVT XII.

I. MENTHA rotundifolia minor, ſeu flore globoſo: caule eſt pedali, anguloſo, rufeſcente, hirſuto, aliquando incana lanugine cincto: quem folia ex rotunditate oblongata, mollia, hirſuta, per marginem crenata, ſubtus incana, ſuperne atrovirentia, bina ſemper ſibi mutuo oppoſita, ambiunt: ex foliorum alis, nonnunquam ramuli prodeunt, quibus flores, veluti in capitulum globoſum collecti, purpuraſcentes inſident: tota planta gravis odoris eſt. In ſcrobibus humentibus & riguis, ſecus foſſas aquarum reperitur.

II. MENTHA radice geniculata: ex radice modice craſſa, geniculata, fibris diſtincta, caulis exurgit cubitalis, quadratus, tactu aliquantum, aſper, quem folia oblonga, Menthæ ſpicatæ ſimilia, parique modo diſpoſita, mollia, nigricantia, nonnihil rugoſa, in ambitu ſerrata, ambiunt: flores habet in ſpica oblonga, galericulatos, ut in Mentha Cattaria, dilute purpuraſcentes: quibus vaſcula ſuccedunt, ſemen rotundum, quod tritum aromatici odoris eſt, ut & tota planta continens. Hanc & Menthæ tuberoſæ & Nepetæ anguſtifoliæ odoratæ nomine, accepimus.

Mentha Cattaria minor.



III. Mentha Cattaria minor: caulem habet cubitalem,quadrangulum, geniculatū, in multos ramos, & hos in alios, diviſum: quos folia oblonga acuminata, in profundas crenas veluti lacinias diviſa, odore quam in vulgari vehemētiore quidem,ſed ſuaviore,ramulorum extremis flores pallidi, vulgaris forma inſident, quibus calices exigui, ſemen nigrum ſubrotundum cōtinentes, ſuccedunt: quod Iunio & Iulio,in horto floruit, ſemine Patavio ex horto Bembiano, Nepetellæ nomine miſſo. Hanc à Cattaria tenuifolia Cluſii, quæ folia habet anguſta,leviterque crenata,totaq; incana eſt,diverſam facimus, utriuſque figuram in Theatro exhibituri.

IV.Mentha Cattaria minor alpina: hæc caule eſt pedali,anguloſo,rufeſcente & ramoſo: foliis priore quadruplo minoribus,Nepetę vulgari forma reſpondentibus, quaſi triangulis, ſub canis, ſerratis,floribus pallidis,galericulatis,veluti in ſpica diſpoſitis & prioribus ſimilibus. Hæc in montoſis circa Neapolim Italiæ provenit,unde ſemen Nepetæ alpinæ nomine, ab Imperato accepimus.

Calamenta vulgaris flore exiguo:caules habet pedales,anguloſos,lanugine aſperſos, & veluti geniculatos,unde folia bina,ſubrotunda, atrovirentia, hirſuta, ſibi mutuo oppoſita prodeunt, ex quorum alis, majore caulis parte, pedicelli gemini,hirſuti efferuntur, floſculos minutos, vulgari forma ſimiles & colore nonnihil purpuraſcentes, ſuſtinentes: quibus ſemen exiguum nigricans ſuccedit. Hæc in Sabaudia inter monaſterium & Ayme,locis acclivibus,Iulio florens,collecta.

DE MARRVBIO.
Capvt XIII.

I. Marrubium paluſtre hirſutum tenuius laciniatum: caulem habet cubitalem, quadrangulum,leviter hirſutum,quem folia dura, hirſuta incana & aſpera, Scabioſæ montanę calidarum regionum modo,ad coſtam mediam,in plures oblongas,anguſtas,acuminatas,& crenatas lacinias diviſa, ambiunt: flores parvi,albicantes,ex calicibus aſperiuſculis prodeuntes, caulem verticillatim, ut in Marrubio paluſtri vulgari glabro, cingunt. Hoc locis humidioribus in Auſtria reperitur, unde Sideritidis 2.Matthioli nomine,accepimus.

II. Marrubium album villoſum: cauliculos edit pedales,lignoſos,rotundos, albos, villoſos, in ramulos diviſos:folia ſunt ſubrotunda, parva,craſſa,per ambitum crenata,ob tomentum album inferius adpoſitum, Gnaphalii inſtar mollia ſuperius rugoſa & nigricantia:floſculi, ut in vulgari,caulem verticillatim ambiunt. Hoc in agris Lutetianis collegimus.

III.Marrubium album criſpum: & hoc cauliculis eſt lignoſis, rotundis, albis,ſed foliis minoribus,criſpis,crenatis, utraque parte cinereis, nec ita tomentoſis: floſculi ſubcandidi in pungentibus conceptaculis caulem per intervalla verticillatim ambiunt.Hoc à D.Neudorffero accepimus.

DE LAMIO.
Capvt XIV.

Lamium peregrinum Scutellaria dictū:radice eſt urticę ſimili,flaveſcente,obliqua & fibroſa,

broſa, à qua primo vere exurgit caulis ſingularis, rectus, quadratus, geniculat⁹, hirſutus, & cubitalis, quem folia ambiunt, per genicula, bina, oblonga, hirſutie levi incana & mollia, profunde inciſa, obſcure virentia, petiolis oblongis, hirſutis, & mollib. donata: ad quorum exortū, circa caulis medium, utrinq; ramuli palmares prodeunt: in quorum, ut & caulis ſummo, folia anguſta, parva, acuminata, non ſerrata, florib. ſubjiciuntur: flores in oblonga ſpica, ut in Horminio luteo diſpoſiti, purpurei ſunt, rarius albi, oblongi, Lamii modo galericulati, erecti, lōga cervice donati, aliquando bini, aliquando etiam ſimplices, ex uno pericarpio, galeam militarem imitante, producuntur: florib. delapſis, ſemina quatuor rotunda, dura, verrucoſa, obſervantur. Hoc in Calabria, potiſſ. montoſis copioſe provenire D. Vorſtius ſignificavit: in Campoclarenſium collib. & Æquicolorum montib. ſylvoſis, locis humentib. & ſaxoſis D. Columna notavit. Ex horto Patavino Scutellariæ nomine primo habuimus, & in Phytopin. ſub Teucrio ſimili Scutellaria (quia tunc ſummitas tantum fuerat conſpecta) deſcripſimus: & quia vulgo in Calabria, Scutellariam dici, D. Vorſtius monuerat, qui tn. ad Horminum aliquod ſylv. referendum putabat. At poſtmodū doctiſſ. Columna, qui medium inter Horminum & Lamium cenſuit, à ſingulari & privata fruct⁹ ſive pericarpii forma, militaris galeę iconem exprimente, Caſſidam appellavit: quia hujus fructus rotundi ſunt & compreſſi, hirſutie craſſa, aſperginoſa, viſcoſa & odora, manus inficiente, dum virent, obſiti: quorum pars anterior in acutum producitur, fiſſuram habens oris ſpecie, & deſuper veluti in fronte limbū elevatum ſui proportione magnū, elatū veluti diadema, aut criſta obliqua, qua ornari videtur, ut in militum galeis.

DE SIDERITIDE.

CAPVT XV.

I. SIDERITIS foliis oblongis glabris caules habet quadrangulos, cubitales, velut geniculatos, in quorum ſummitate rariſſimi pili conſpiciuntur: folia tenuia, pallide virentia, penitus glabra, bina ſemper ex adverſo naſcentia, quorum inferiora, tres uncias longa, unam lata, minimeq; ſerrata ſunt: flores, forma quidem Sideritidi vulgatiſſimæ florib. reſpondent, ſed longiores & majores, galeati & albi, è calicib. aſperiuſculis prodeuntes, ad foliorum exortum, ab imo fere ad ſummum caulem verticillatim ambiunt: quibus ſemen parvum, nigrum, inæquale, in vaſculis plantaginis, ſuccedit. Hanc Heidelberga Sprengerus ſenior, ex horto ſuo miſit.

II. SIDERITIS alſine trixaginis folio: hæc radicem habet parvam, fibris capillatam: caulem pedalem, quadrangulum, ſubhirſutum, qui mox ad exortum in ramos diſpergitur, hiq; in alios, in terram reclinatos, quemadmodum in Alſine trixaginis folio, qua tn. multo major eſt: folia habet rara, dictæ Alſines forma, per ambitum ſerrata, ſed majora: ad foliorum exortum, flores ſubcærulei, oblongi, è calicibus aſperiuſculis prodeunt, quibus ſemen parvum ſubrotundum ſuccedit. Hæc circa Argentinam reperitur.

DE EVPHRASIA.

CAPVT XVI.

I. EUPHRASIA lutea radice ſquamata: radice eſt velut bulboſa, alba, ex quatuor craſſiuſculis ſquamis coagmentata, caule pedali, aliquandò palmari, lævi, cavo, ramoſo; ramulis ex alarum cavis prodeuntibus: quem folia bina, petiolis carentia, baſi ſua ſitu adverſo cingunt, Alſine trixaginis foliis forma ſimilia, ſed acutiora: flores lutei, Euphraſię florib. reſpondentes: quibus ſuccedit ſemen nigrum, rotundū, in apicē exiguum deſinens, quod geminum parvo petiolo inſidet. Hæc montoſis aſperis & humidis gaudet: hancq; primum an. 1606. ex Bienenſium Helvetior. alpib. habuimus: dein, non longe ab Einſidlen: tum ex Pyrenæis: tandem D. Burſerus ex ſuperiore Auſtria, ex Blanckenſtein prope oppidum Hallſtadt natam, transmiſit.


II. EUPHRASIA purpurea minor: radicem habet lignoſam, parvam, nigricantem, in tenues fibras diviſam: caulem palmarem (altiorem non vidimus, ſed minorem duarum triumve unciarum) quadratum, rubentem, leviter hirſutum, aliquando ſimplicem, aliquando ſtatim ad exortum in duos, rarius plures, parvos ramulos diviſum, quē folia pauca, craſſa, hirſuta, rotunda fere & bina, in crenas profundas, inferiora quidem quam minora, in ternas, ſuperiora v. in quinas ſenaſve diviſa, ſua baſi cingunt: flores è folior. ſinu, aliquando à medio caule, aliquando tanquā ex ſpica comave, ex utriculis, velut oblongo calice, prodeunt bini, galericulati, purpuraſcentes: (cādidos aliqui notarunt) quib. ſemen oblongū, anguloſum, candicans, in utriculis ſuccedit. Hęc

in pratis collium Italiæ frequens eſt, ita ut quibuſdam locis, tapetem purpureum humum ornare videatur: hæc in via Romana, etiam Romæ in monte Teſtaceo provenit: paſſim etiam in Caſtilia, maxime circa Eſcurial, reperitur. Amara eſt, & monente doctiſſimo Columna à pharmacopæis pro Euphraſia altera Matthioli uſurpatur. Hanc cum primum collegiſſemus, Brunellam Italicam nominavimus, hocq; nomine ante viginti quatuor annos in Phytopinace deſcripſimus: Ulyſſes Aldroand. Euphraſiæ ſpeciem, oſtendenti nominavit: & Columna, Eufragium tertiam ſive mediam vocat.

DE MELAMPYRO.

CAPUT XVII.

Scrophularia flore luteo.



MELAMPYRUM luteum linariæ folio: radice eſt candida, fibroſa, caule pedali, rotundo, atrorubente, in ramos plures palmo minores, matremque ſupeſantes, non tamen æquali & contrario ſitu poſitos, diviſo: folia ſunt oblonga, linariæ foliis anguſtiora, ex quorũ ſinu folia alia breviora & anguſtiora prodeunt: in caulis ſummo, ſpica oblonga, ex pinnatis criſtatiſve & ob crenas exaſperatis ac ſubrotundis foliis compoſita, unde flores pallide lutei, oblongi, concavi, hiantes, antrorſum exporrecti, prodeunt: ſemen in ſiliquis foliaceis oblongum, nigricans continetur. In ſylvis noſtris montoſis, & in Muteto monte, Majo Iunioq; florens reperitur. Linopyron forte dici poſſet.

DE SCROPHULARIA.

CAPUT XVIII.

I. SCROPHULARIA flore luteo: ex radice craſſa, nigra, fibroſa ſcrophylis carere, caules plures exurgunt cubitales & ſeſquicubitales, quadranguli, ſubrubentes, leviter hirſuti, mollive lanugine pubeſcentes & cani: folia habet ad radicem per terram ſparſa, uncias quinque vel ſex longa, ſimiliterque lata, ſubrotunda, ob pilos breviſſimos aſperſos, mollia, longiſſimis pediculis donata, & profunde crenata: at quæ caulem cingunt minora ſunt, binis ſemper ex oppoſito reſpondentibus: ex foliorum ſinibus, ab imo fere ad ſummum, utrinque prodit pediculus unus, uncias tres longus, lævis & nudus, qui in alios breviores ſubdividitur, uno alterove brevi folio diviſioni ſubjecto: his, quaſi corymbi plures inſident, ex quibus ſingulis flos orbiculatus, luteus, in breves lacinias diviſus, una cum ſtaminibus aliquot oblongis prodit: capitula ſubrotunda, Scrophulariæ vulgaris majora acuminata ſuccedunt, quorum acumini filamentum capreoli inſtar inſidet, & hic ſemina minuta nigra includuntur, Majo & Iunio floruit, ſemen Autumno maturuit. Hanc à D. Doldio primum accepimus, & velut indictã cenſentes, breviter in Phytopinace, & Matthiolo, figura addita, deſcripſimus: nunc vero plenius, cum eam annis aliquot in horto coluerimus: quam poſtmodum doctiſſim. Columna Scrophulariæ montanæ maximæ nomine deſcripſit, & in valle Campoclarenſium atque etiam ſupra Mateſium umbroſis Septentrionalibus nivoſis invenit, & à C. Cluſio in Pannonicis, pro Lamio Pannonico deſcriptum cenſet: ſane, notæ aliquot à Cluſio Lamio ſuo Pannonico 2. exotico tributæ, noſtræ conveniunt: non deſunt tamen, quæ in noſtra obſervare non eſt (ut nec figura cum noſtra convenit

niſi forte cultura, varietatem hanc cauſarit, quamvis & ipſe ſolum in horto obſervarit.

II. Scrophularia foliis laciniatis: hæc caule eſt craſſo, ſtriato, ſubrubente, & lævi: foliis atrovirentibus, lævibus, tenuibus, longis pediculis donatis, inferiorib. palmaribus, inſtar foliorum Raphani, in lacinias quinq; oblongas crenatas diviſis, ex quorum finibus folia minora, etiam laciniata prodeunt: at folia in caulis ſummitate non vidimus: flore eſt magno, elegantiſſimo, croceo inferiore parte galeræ, intrinſecus rubro: plura non licet, quia ſolum ramum, nomine Scrophulariæ Hiſpanicæ non ſcriptæ, à D. Gillenio Caſſellis accepimus: An forte Scrophularia Indica, cujus capitula quadruplo majore eſſe, quam in vulgari, in Phytopinace monuimus.

DE PSEVDOSTAHYDE.

CAPVT XIX.

I. PSeudostachys Cretica: è radice lignoſa, caules quadrati, cubitales, tomento albo veſtiti exeunt: folia cinericea, molliter hirſuta, oblonga, quæ ad radicem una cum pediculo oblongo palmum ſuperant, latitudine unciam non æquantia, pene inodora, vel ſaltem odore aliis ſuaviore: at quæ floribus ſubjiciuntur & caulem ambiunt, brevia ſunt & anguſta, pediculis carentia, è ſingulis articulis bina ſibi mutuo oppoſita, duriuſcula: flores purpurei, ex verticillis aculeatis caulem cingentibus, prodeunt: ſemen rotundum eſt & nigricans. Hæc pro Marrubio Cretico ſata fuit.

II. Pseudostahys alpina: à radice dura, ruſeſcente, in fibras craſſas & longas diviſa, folia plura, hirſuta prodeunt, Hormino ſimilia, ſed tenuiora, uncias tres lata, quatuor longa, longis pediculis, molli lanugine albicantibus, donata, per ambitum crenata, nonnihil odorem gravem ſpirantia, inter quæ caules ſeſquicubitales, quadrãguli, cannulati, geniculis diſtincti & hirſuti, efferuntur, qui foliis rugoſis, aſperis, prioribus longioribus circumdantur: ad quorum exortum, ſæpe utrinque ramulus unus ſemipalmaris, etiam palmaris egreditur: flores circa ſumma genicula verticillati, galericulati, ex albo rubentes, ex utriculis aſperiuſculis, in quibus ſemen rotundum nigrum continetur, prodeunt. Hanc Iulio menſe florentem in altiſſimo monte Waſſerfall dicto, aliquoties obſervavimus.

Eandem, cubitos duos ſuperantem, foliis multo majorib. minime gravi odore moleſtam (quæ culturæ adſcribimus) Marrubii nomine, ex horto Friderici Meyeri Argentina accepimus.

DE SALVIA.

CAPVT XX.

I. SAlvia folio ſerrato: hæc à vulgari foliis potiſſimum differt, quæ in hac latiora, rotundiora, tenuiora, manifeſtis per marginem ſerris donata, & ſuaviori odore prædita: quædam etiam uncias quatuor longa, tres vero lata: in reliquis cum vulgari convenit: hanc D. Cargillus ex Anglia miſit.

II. Salvia folio ſubrotundo: hæc caule eſt etiam quadrato, villoſo, foliis rotundis, ad Violariæ, vel Ariſtolochiæ rotundæ folia accedentibus, at in acumen finientibus, ſcabris, vulgari magis candicantib. & tenuibus: quam Schmalcaldio à pharmacopæo accepimus.

III. Salvia lanuginoſa anguſtifolia: caule eſt rotundo, craſſo, lignoſo, ob candidam lanuginem, molli, cubitali, ramoſo: foliis candidis, anguſtis, brevibus, ſemunciam latis, duas longis, denſis & ſcabris, odore Tanaceti: floribus in caulis ſummo quaſi in ſpica, Lamii floribus ſimilibus, purpuraſcentibus, è quorum medio ſtamina oblonga efferuntur: hanc D. Neudorfferus communicavit.

DE SCORODOTI.

CAPVT XXI.

SCorodotis Cretica: radicem habet magnã perennem, caulẽ quadrangulum, ſtriatum, villoſum: folia per terram in orbem ſparſa, alba ſunt, tomentoſa, ſubrotunda, rugoſa, craſſa, Mentaſtro ſimilia, per ambitum ſerrata, flores verticillati, pallidi, Stachydis forma, quibus vaſcula, ſemen nigrum, rotundum, includentia, ſuccedunt. Hanc ab Honorio Belli ex Creta, unà cum ſeminibus Scorodoniæ Creticæ nomine accepimus, & ſub Stachyde Cretica in Phytopinace deſcripſimus: ſed cum in horto ex ſemine enatam diligentius perpendiſſemus, & in virente, ut in Scordio, Allii odorem notaſſemus,


P ad

ad Scordotim Plinii accedere cenſuimus : cujus nomine in Creta, apud quos ubiq; inter ſaxa, ſecus vias, & ad agrorum margines provenit, Seplaſiarij pro Scordio promiſcue utuntur, monente Bello, & Pona in ſuo Baldo referente.

DE HORMINO.

CAPVT XXII.

Horminum Syriacum.



I. HORMINUM Syriacum : planta eſt Sclareæ forma, caulibus cubitum ſuperantibus, quadrangulis, leviſſime hirſutis, in alas diviſis : foliis inferioribus palmum longis, latis, ſubaſperis, ſinuoſis, ſuperioribus anguſtis, oblongis, lævioribus ; flores albi ſunt, galericulati, florum Sclareæ forma : ſemen vaſculis incluſum, parvum eſt & compreſſum, rubris coſtis donatum, cinereū, nigris lineis ſine ordine conſperſum, quod ſub lingua ut Ocymi ſemen lenteſcit, & inodorum eſt. At planta, quæ facile ex ſemine naſcitur, cum flores producit, odore quam Colis Iovis gratiore eſt, & Ocymum nonnihil æmulatur. Hujus ſemen Biſarmar nomine D. Bernhardus Paludanus, cum Patavium ex Syria anno 1578. rediiſſet, communicavit. Biſennas Camerarius in ſuo horto nominavit : at ſunt qui Aman quoque vocitent.

II. HORMINUM anguſtifolium laciniatum : caule eſt quadrato, pedali, hirſuto, rarius ramoſo : foliis paucis, nonnihil hirſutis, pollicem latis, uncias tres longis, aliquando ſinuoſis, aliquando, potiſſimum inferioribus, in profundas lacinias diviſis : floribus albis, parvis, verticillatim caulem ambientibus, ſpicam oblongam & inflexam efformantibus quibus decidentib. ſemen nigrum ſuccedit. Hoc Monſpeſſuli, foliis Scolopendriæ modo diviſis, legimus : at Helmſtadio, Hormini Cretici albi nomine, D. Sigfridus miſit.

III. HORMINUM minus album Betonicæ facie : ex radice lignoſa, fibroſa, nigricante, cauliculus unus, aliquando geminus, palmo minor, rotundus, villoſus oritur : foliis eſt paucis, ad radicem rotundis, craſſis, lanuginoſis, crenatis & longis pediculis donatis : in caulis medio bina, Betonicæ foliis æmula, ſed craſſiora & breviora, baſi caulem ambientia, & capitulo duo minima ſubijciuntur : flores ſunt albi, Betonicę forma velut in ſpica congeſti : In montibus Pyrænæis Hiſpaniam verſus, D. Burſerus legit.

DE VERBASCO.

CAPVT XXIII.

VERBASCUM *foliis rotundis flore blattariæ* : caulibus eſt cubitalibus, viridibus, rotundis, ſtriatis, leviter villoſis, nec ramoſis : foliis inferioribus oblongis, reliquis omnibus ſubrotundis, parvis, caulem baſi ſua alternatim amplexantibus, inferne incanis, ſuperne nigricantibus, ad quorum fere ſingulorum exortum, duo minora adjiciuntur, ex quorum ſinu pediculi ; unus, duo, tres, rarius quatuor, prodeunt, quibus ſingulis, flos unicus, luteus, parvus, ex quinque foliis compoſitus inſidet, cujus medio, ſtamina aliquot purpurea, quaſi ex caliculo, ut in Blattaria, emergentia inſident : huic vaſculum, ſemen minutum, rotundum continens ſuccedit. Hoc in horto Ioh. Haintzmanni Pharmacopæi noſtri defuncti crevit.

DE ÆTHIOPIDE.

CAPVT XXIV.

ÆTHIOPIS laciniato folio: hæc foliis eſt pedem longis, uncias quinq; vel ſex latis, in acumen deſinentibus, mollibus, alba lanugine pubeſcentibus, in multas lacinias profundas, acutas, eaſq; crenatas diviſis, per terram ſparſis: caule quadrangulo, lanuginoſo, in ramulos diſtributo: quem folia parva baſi ſua complectuntur: flores candidi, per intervalla ordine digeſti, Lamij floribus forma & magnitudine ſimiles: ſemen rotundum, nigrum, geminum, in pericarpio continetur: ante plures annos in horto coluimus.

DE SANICVLA MONTANA.

CAPVT XXV.

I. SANICULA montana minor: radice eſt craſſiuſcula, multis fibris capillaribus donata, & à lateribus propagines agente, foliis per terram ſparſis ex rotunditate oblongis per ambitum inciſis, aliquantulum hirſutis: inter quæ cauliculi (ſæpius unus) ſemipalmares, etiam minores, rarius altiores, nullis, vel certe paucis pilis cincti, in ſummitate in exiguos ramulos diviſi: ſingulis ramis floſculi albi, quinquefolii, punctati, ſtaminibus in medio inſident: quibus capitulum, exiguo nigroque ſemine plenum, ſuccedit. Variat: nam vel folia magna, ſubrotunda, vel parva & oblonga exiſtunt: in Helvetiorum alpibus provenit, An apud Cluſium, Saniculæ montanæ alterius ſpeciei ſecunda.

Iii SANICULA alpina minima piloſa: plantula eſt duarum circiter unciarum, radiculam habens exiguam, ramulos unciales per terram ſparſos, foliola brevia, anguſta, incana, nonnihil piloſa, plura, ſtellæ in modum diſpoſita: floſculi ſunt oblongi, lutei, pro ratione plantæ magni, qui ſinguli ſingulis pedicellis, minutiſſimis, è fimbriato obtuſiore calice prodeuntes inſident. Hæc in ſummitate Ventoſi montis & Pyrenæis reperitur.

DE DIGITALI.

CAPVT XXVI.

DIGITALIS anguſtifolia luteo parvo flore: huic folia ſunt anguſta, unciam lata, binas ternaſve longa, utraque parte virore ſplendentia: caulem habet ſimplicem, cubitalem, rectum, rotundum, lævem, à medio ſurſum verſus floribus compluribus ornatum, qui ab una caulis parte ſupra ſe invicem diſpoſiti, deorſum pendent, lutei, oblongi, concavi, forma Campanulam, vel Dactyliothecam, referentes, ore diviſo, per margines hirſuto, ſtaminibus intus luteis: quos vaſcula rotunda, in pilum deſinentia, ſemen exiguum continentia, ſuccedunt: hæc in monte Baldo provenit, & an ad Ephemerum Dioſcoridis referri poſſit, conſiderandum.

LIBER SEPTIMVS.

DE LYSIMACHIA.

CAPVT I.

I. LYſIMACHIA hirſuta ſiliquoſa parvo flore: hæc duplex eſt, major & minor. Major caule eſt bicubitali, rotundo, hirſuto, concavo, in ramos brachiato: foliis oblongis, anguſtis, leviter crenatis, hirſutis, lanugine incanis & mollibus: in ſummis virgis, ſiliquæ ſtrictiſſimæ & longæ, quarum extremitatibus flores purpurei, parvi & quadrifolij inſident: at in ipſis ſiliquis, ſemina exigua, ſubruſa, candida lanugine implicita, continentur. Apud nos in arenoſis ad Wieſam, æſtate floret.

II. Minor, ex radice tenui, fibroſa, caulem unum vel alterum, pedalem, lanuginoſum protrudit, ſolaq; caulis, foliorum & ſiliquarum brevitate, à priore differt: quam & in Italia legimus.

III. LYSIMACHIA Chamænerion dicta alpina: ex radice fibroſa, cauliculi rotundi, ſuperne albicātes, palmares, nonnunquam pedales exurgunt, foliis duplicibus cincti: aliis Roriſmarini forma, ſed brevioribus & anguſtioribus, nullo ordine diſpoſitis: aliis breviſſimis, iisq; vel prædictis interjectis, vel ex eorum ſinu prodeuntibus: cauliculorum ſummis, flores, longis pedicellis ſubcæruleis, vel candicantibus inſident, elegantes, purpuro cærulei, vel albo cærulei, quadrifolii, ſatis magni, quibus foliola quatuor brevia & viridia, ſubjiciuntur, & ex eorum medio ſtamina aliquot exurgunt: ſiliquæ longæ, anguſtæ, ſemen minutum cum lanugine continentes, ſuccedunt. In alpibus Helveticorum provenit.

DE VERONICA.

CAPVT II.

I. VERONICA alpina bellidis folio hirſuta: radice eſt per terram tranſverſim repente, fibris oblongis nigricantibus donata: cauliculo ſemipalmari, vel paulo altiore, tenui, hirſuto, duro, flexili, reclinato: cujus folia ad radicem plura, Bellidis cæruleæ foliis forma reſpondent, parva, ſubrotunda, atrovirentia, hirſuta & craſſa, in cauliculo pauca, binis ex oppoſito ſitis: cauliculorum ſummitatibus floſculi cærulei, quaſi in umbella, ex parvis hirſutis caliculis prodeuntes, quaternis, quinisve foliolis & ſtaminulis binis cum ſtylo compoſiti, inſident: ſemen vero in vaſculis brevibus compreſſis, ex medio veluti umbone ſtylo prodeunte, continetur: Hanc in Helvetiorum alpibus reperimus.

Eandem, ſed minorem, ſine nomine, F. Greg. de Regio Capuccinus, ex montibus Tyrolenſibus, ut & D. Burſerus majorem, ex Pyrenæis, miſit.

DE TEVCRIO.

CAPVT III.

TEUCRIUM alpinum inodorum magno flore: radice alba, oblonga & capillacea, per terræ ſuperficiem repit: cauliculos aliquot habet, lignoſos, ruſeſcentes, hirſutos, nonnunquam in alas diviſos, ſemipalmares & in terram reclinatos, foliis ſubrotundis, parvis, quorum maximum, ne minimi digiti unguem adæquat, hirſutis, rugoſis, & crenatis; foliis ſalviæ ſylveſtris ſuperioribus forma reſpondentibus, cinctos: in cauliculorum ſummitatibus, flores quaſi in ſpicam congeſti, qui magni, purpuro cærulei, galericulati: ſemen non vidimus. Ex monte majore S. Bernhardi, & Auguſta vale. Helvetiorum, D. Burſerus attulit.

Chamædrys ſpinoſa.



DE CHAMÆDRY.

CAPVT IV.

I. CHAMÆDRYS ſpinoſa: planta eſt palmaris & ſeſqui palmaris, rariſſime cubitalis, molli lanugine incana & hirſuta: cauliculis quadratis, geniculatis, virgultis hinc inde ſparſis: foliis oblongis, ſubrotundis, aliquibus laciniatis, at pleriſq; leviter ſerratis, ſummis tamen integris: flores ex caliculis lanuginoſis, Chamædryos forma, ex flavo rufeſcentes, ex foliorum alis prodeunt, unde & aculei bini, aliquando plures, modo breviors, modo longiores, exurgunt: aliquando ex geniculis unum virgultum prodit, cujus ſummitati ſpina ſuptiliſſima inſidet: ſemen rotundum, ſubnigrum, caliculis incluſum, floribus ſuccedit. Patavio ex horto Bembiano accepimus, in Phytopinace & Matthiolo deſcripſimus.

II. CHAMÆDRYS Auſtriaca foliis tenuiſſime laciniatis: caule eſt lignoſo, rotundo, hiſpito, pedali, in ramos brachiato, foliis nonnihil piloſis, & rigidiuſculis, in anguſtas lacinias diviſis: floribus ſubcæruleis, in ſpica oblonga diſpoſitis; quos capitula ſubrotunda, bifida, ſeminum minutiſſimorum conceptacula ſequuntur. Ex Auſtria D. Agerius attulit.

III. CHAMÆDRYS Hiſpanica, foliis tenuiſſime diviſis: hæc caule eſt priore multo teneriore, rotundo, leviter piloſo, geniculis pluribus diſtincto: foliis brevioribus anguſtiuſque diviſis, & ad ſingula caulis genicula, junctis; at cauliculus in tenuiſſimorum & parvorum foliorum quaſi ceſpitem abſumitur, & ad ſummum geniculum, in duos pedicellos triunciales, foliis nudos, dividitur: quibus floſculi parvi, ſtylo oblongo donati, inſident: plura non licet: ex Hiſpania D. Albinus attulit.

IV. CHAMÆDRYS alpina minima hirſuta: ex radicula capillacea, ramulus tenuiſſimus (modo bini ternive) duarum triumve ad ſummum unciarum, prodit: foliola ad radicem exigua, ſubrotunda, hirſuta, crenata & craſſiuſcula, in ramulis nulla, qui in pedicellos abſumuntur, hiq; ſinguli floſculum cæruleum ſuſtinent: ex cujus medio ſtylus muſcæ proboſcidi fere ſimilis, prominet: vaſcula exigua plana & compreſſa, ut in Chamædry ſylveſtri, floribus ſuccedunt. In jugis alpium Helveticarum & Tyrolenſium, ut & Baldi ſummitatibus reperitur.

V. CHAMÆDRYS ſpuria minor anguſtifolia: hæc radice eſt nigricante, lignoſa & fibroſa: ramulis plurimis in terram reflexis, palmaribus, rotundis, rufeſcentibus, nonnihil piloſis, rigidis, duris, & in ramulos plures ſubdiviſis: foliis ad radicem nonnunquam oblongis, latiuſculis, obtuſis, minime crenatis: reliquis vero ad cauliculos brevibus, anguſtis, crenatis & in apicem deſinentibus: flores habet copioſos, in ſpica oblonga diſpoſitos modo pallide cæruleos, quadrifolios, ſtaminulis & ſtylo donatos: quibus ut ſylveſtri, ſemen minutum in parvis thecis ſuccedit.

Æſtate floret in agris noſtris ſicciorIbus & incultis, copioſe circa Balneum Bruglingen occurrit.

DE ALSINE.

CAPVT V.

I. ALSINE paluſtris minor ſerpillifolia: radiculam habet parvam, capillarem, cauliculum nodoſum reflexum: à quo fibræ exiguæ ut in Serpillo prodeuntes, terræ figuntur: hic in cauliculos plures, oblongos, repentes, diviſus, foliis ſerpilli forma, ſed multo minoribus, & quidem binis contrario ſitu veſtiuntur: foliorum aliis parvi floſculi inſident, quibus vaſculum utrinque unum eo quo in Glauce modo, ſemen minutum continens, ſuccedit. Hæc locis paluſtribus provenit.

II. ALSINE paluſtris minor folio oblongo: & hæc radice eſt tenui, oblonga, capillaceis fibris prædita, cauliculis frequentibus, tenuibus, humi fuſis, & ſubinde ad internodia fibris ſeſe firmantibus: foliis oblongis, anguſtis, pallidis, binis ex adverſo naſcentibus: floſculis parvis, racemi modo junctis & tenuiſſimis pedicellis inſidentibus, quibus ſemen minutum ſuccedit. Hanc Portulacæ aquaticæ nomine, D. Sigfridus Helmſtadio miſit.

III. ALSINE alpina glabra: ex radice albida, oblonga, fibris capillata, cauliculi plures, iiq; palmares, tenues, læves, rotundi & geniculati, in ramulos aliquot, hique in alios diviſi, prodeunt: qui foliis pallide virentibus, Lini forma, ſed brevioribus & acutis, binis ex adverſo ſitis, cinguntur: flores plures albi, ſtaminibus aliquot donati, pedicellis inſidentes, ex caliculis prodeunt, capitulis minuto ſemine refertis, ſuccedentibus. Hæc locis ſaxoſis humidis gaudet, quod copioſe circa balneum Sultzbergenſe in Marchionatu ſuperiore obſervavimus: verum ex Rhetorum alpibus monte Spliegel, radice lignoſiore, totaq; planta omnibus partibus minore & ſemipalmari, habemus.

IV. ALSINE alpina junceo folio: planta eſt ad palmi altitudinē accedens, cujus cauliculus ſtatim à radice in duos, hiq; in alios ramulos breviores dividuntur, inter quos unus vel alter ſemipalmaris, exurgit, in ſummitate florum unū ſuſtinens vel is uno alterove pediculo donatur, & cuilibet unus, iſq; albus, quinq; folius, ſatis magnus, ex calice prodiens, inſidet: foliis eſt capillaceis, viridib. rigidis & inordinate diſpoſitis. Hæc Iulio florens in Helveticis & Genevenſium montibus reperitur.

V. ALSINE minor Androſaces alterius Matthioli facie: radiculam habet oblongam, tenuem, ruſeſcentem, circa quam foliola multa per terram ſparſa, parva, oblonga, oris crenatis, inter quæ cauliculi plures, nudi, nonnihil piloſi, inæquales, duas, tres, etiā quatuor uncias alti, ſummo faſtigio quaſi umbella, ex octo, decem, duodecim pedicellis compoſita, inſidet: quorum ſinguli floſculum parvum album ex pericarpio prodeuntem, ſuſtinet. In arenoſis provenit; prope pagum Marckerſen quarto ab urbe Herbipoli miliari, D. Burſerus, collegit.

VI. ALSINE verna Androſaces capitulis: plantula eſt ſubhirſuta unciarum trium, ad cujus radiculam ſimplicem & brevem, foliola Burſæ paſtoris minimæ loculo oblongo, dictæ, ſimilima, orbiculatim per terram ſparſa ſunt: ramulos habet tenuiſſimos, biunciales, nudos, reflexos, circa quorum medium quaſi corolla quinq; minutiſſimorum foliolorum, unde pedicelli quaterni, aut plures emergunt, & ſinguli caliculum exiguum, quinq; apicib. donatum, è cujus meditullio floſculus parvus albus emergit: hæc planitiei Northuſanæ alumna, D. Furero monente.

VII. ALSINE alpina minima glabra: plantula eſt floſculis elegantiſſimis placens, ex cujus radice ruſeſcente, in fibras oblongas abeunte cauliculi plures in terram reclinati, foliolis multis prioribus ſimilibus, ſed glabris veſtiti, prodeunt, ex quibus pedicelli unciales, rarius triunciales, nudi efferuntur, qui in ſummo in duos, tres, & plures petiolos dividuntur, & ſinguli floſculum elegantem, ſtellatum, quadrifolium, punctulis inſignitum, album vel etiam purpuraſcentem, ex caliculo emergentem, ſuſtinent. In Helvetiorum montibus, ut monte Fracto & ad Thermas Fabarias, æſtate florens, reperitur.

VIII. ALSINE nodoſa Germanica: ad radicem fibroſam, albam, folia plura, oblongiuſcula, pilo tenuiora & viridia, aliquando velut ceſpitem conſtituentia: cauliculi tenuiſſimi ſunt, glabri, modo erecti, modo reclinati: aliquando palmares, nonnunquam vix duarum, triumve unciarum, geniculati, vel nodoſi: ad quemlibet nodū, foliola exigua, unde & ramuli prodeunt, in quorum ſummitatibus floſculi plures, albi, quinque-

quefolii, ab aliis quinq; foliolis viridibus ſuſtentati, ſinguli ſingulis pedicellis inſident. Hæc cum in arenoſis proveniat, ab aliquibus Arenaria vocatur, quo nomine etiam ex Scotia, D. Cargillus: ex Luſatia, ſine nomine, D. Francus miſit.

IX. Alsine Spergulæ facie, ſive Spergula minor ſubcæruleo floſculo: radice nititur oblonga, ſimplici, parum capillata & albicante: cauliculis eſt multis, uncias tres quatuorve longis, in terram reflexis, geniculatis: geniculis ſingulis, bina foliola brevia, incana, lata baſi undiq; cingentia, adponuntur: ex quorum ſinu folia alia oblonga, anguſta, viridia, incerto numero prodeunt, ut & pedicelli, quibus ſingulis, ſinguli flores ſubcærulei, vel purpurocærulei, aliquando ſtriati, inſident: quibus, ut in Spergula, vaſcula orbiculata minutum ſemen continentia, ſuccedunt. Apud nos ad ſemitas reperitur, maxime inter novam domum & arcem Otlingen.

DE ANAGALLIDE.

Capvt VI.

Anagallis aquatica auguſtifolia ſcutellata: radicem habet rufam, per terram repētem & fibroſam: caules cubitales, ſtriatos, læves, geniculatos: folia ad ſingula genicula ſemper bina, pediculis carentia, ſitu adverſo ſita, anguſtiſſima, acuminata, duas treſve uncias lata: ex foliorum pene omnium ſinu, pediculi prodeunt palmares, etiam breviores, ſurſum ſpectātes & capreolorum modo ſe intorquentes, quibus utrinq; pedicelli, alii abſq; ordine adpoſiti, qui floſculos parvos Aſine forma trifolios ex albo purpuraſcentes ſuſtinent: his thecæ ſive ſcutellæ geminæ, ex quarum medio filamentum prodit, ſemen continentes, ſuccedunt. In locis paludoſis & foſſulis Helvetiæ, Luſatiæ: ſic circa Francofurtum ad Oderam, Viennam quoque reperitur.

DE ECHIO.

Capvt VII.

I. Echium Hiſpanicum flore calcari donato: radicem habet lignoſam, fibroſam, cortice ad rufum vergente tectam, à qua cauliculi plures, alii palmares, alii breviores, rotūdi, nonnihil villoſi humum verſus reclinati prodeunt, qui foliis rarioribus, brevibus Veronicæ alpinæ ſimilib. craſſiuſculis & aſperiuſculis cinguntur: flores in cauliculorum ſummis cærulei, oblongi, cavi, calcare ut Linaria donati, ex hirſuto breviq; calice prodeuntes, ex uno folio compoſiti, at in ſummitate in lacinias quaternas diviſi, quibus delapſis in conceptaculis ſemen oblongiuſculum, durum, rugoſum, ut in Echio vulgari, ſuccedit. Hoc in Granadæ montibus, D. Albinus collegit.

II. Echium Scorpioides minus floſculis luteis: hoc cauliculis eſt tenuibus, reflexis, hirſutis & ſemipalmaribus, foliis paucis & quidem inferioribus oblongis longoque pediculo donatis, piloſis: cauliculorum faſtigia, una cum florum rudimentis, caudæ ſcorpionum inſtar recurvantur, hiſque ſenſim ſeſe explicantibus, floſculi exigui, lutei, aureive, quinque folii, ſeſe offerunt. Monſpelii in muris humidis horti Dei, D. Burſerus legit.


DE CYNOGLOSSO.

Capvt VIII.


Cynoglossum ſempervirens: caulem habet inæqualem, ſtriatum, levi hirſutie aſperum, cavum, cubitoq; altiorem: folia, quæ non incana, ſed ſemper atrovirentia, acuminata, palmum longa, unciam vel ſeſquiunciam lata, parte ſuperna lævia, inferiore aſpera, nervo ſatis craſſo, per longitudinem æqualiter delato, baſi caulem ambiunt: & ex eorum alis, rami palmares, & longiores exurgunt, quorum ſummum faſtigium, Heliotropii majoris inſtar reflectitur & ſuſtinet flores, forma vulgaris ſimiles, ſed minores & rubentes, ſtaminulis donatos: quibus lappulæ vulgaris ſimiles, ſemen, ex quo deciduo ſe propagat, continentes, ſuccedunt. Tota planta canitie ſive albedine & odore gravi (quæ in vulgari) deſtituitur: Aprili & Majo floret: in montibus umbroſis Alſatiæ Lotharingiam verſus, ut circa Rapperſvvilam & circa Maſmunſter frater p.m. Ioh. Bauhinus reperit, in hortum Montembelgardiacum ante annos 26. transtulit.

DE

Conſolida media alpina.



Bellis alpina major rigido folio.



DE CONSOLIDA MEDIA.

CAPUT X.

CONSOLIDA media alpina: radice eſt fibroſa, caule pedali, quadrato, ſtriato, leviter hirſuto, inani, foliis paucis, oblongis, longoq; pediculo donatis, anguſtis, craſſis, aſperis, per ambitum crenatis, binis caulem ambientibus, & ex adverſo reſpondentibus: flores cærulei veluti in ſpica, caulis ſummo inſident: in Baldo monte Italiæ repe-ritur.

DE BELLIDE.


CAPUT XI.

I. BELLIS alpina major rigido folio: ex radice nigra, repẽte, ab una parte fibras ſpargẽte, & lignoſa, caulis rotundus, ſtriatus, cubito altior exurgit, circa quẽ folia pediculis carentia, quinq; vel ſex uncias longa, vix unciam lata, rigida, partim obtuſa, partim ex rotunditate acuminata, per circumferentiam profunde crenata, nulloq; ordine diſpoſita: in caulis ſummo flos unicus, Bellidis vulgaris majoris flore major, medio luteus, foliis albis diſcum cingentibus, cui ſemen oblongum, ut in vulgari, ſuccedit: in monte Baldo provenit.

II. BELLIS alpina minor: è radice cauliculus unus, vel alter levis, ſemipalmaris incurv⁹ prodit, quẽ cingunt folia rigidiuſcula, anguſta, brevia,

per

Bellis montana major folio acuto.



per ambitum profundis & aſperiuſculis crenis donata: cauliculo ſummo, flos unicus, magnus, diſco luteo, aliquando purpuraſcēte, foliis albis multis cincto, inſidet. In alpibus Helvetiorum provenit, ut in Valeſia ſupra Gemme, & ſupra Thermas Fabarias: aliquando tota plantula, vix uncias duas, ſuperat.

III. Bellis montana major folio acuto: hæc cauliculo eſt Bellide prima breviore, foliis brevioribus, duplo triplove anguſtioribus, levius crenatis, nec rigidis, in acumen exquiſitum deſinentibus, flore primæ ſimili, ſed minore: in montibus Euganeis collecta.

IV. Bellis montana folio obtuſo crenato, radicem habet lignoſam, fibroſam, caulem unum, tenuem lævem & pedalem, folia anguſta, longiſſimis pediculis donata, per marginem crenata, obtuſa, in tres apices deſinentia: in caulis ſummo flos unicus, parvus, diſco luteo & foliolis albis eum cingentibus. Monſpeſſuli verſus Vigan.

V. Bellis maritima foliis Agerati: plantula eſt palmo minor, ad cujus radicem parvam, albam, cauliculus pilis leviſſimis aſperſus, in binos ternoſve tenuiſſimos ramulos dividitur, quorum unus ſex, alii tres uncias non excedunt; ad quorum partem inferiorem pauca & parva foliola, Agerati foliorum inſtar, per margines crenata, ſuperiore & majore caulicorum parte foliis carente; ſingulis unicum florem, qui parvus, diſco viridi, foliolis albis ultra viginti cincto, ſuſtinentibus. Hæc copioſe in inſulis Stechadibus in arenoſis provenit, unde D. Burſerus attulit.

Bellis ſpinoſa duplex eſt: alia folio Agerati, quam Lobelius in parte ſecunda adverſariorum deſcripſit: alia forma Bellidis cæruleæ, cujus deſcriptionem ſubjiciemus.

VI. Bellis ſpinoſa flore globoſo: hæc tota fere facie Bellidem cæruleam, Globulariam dictam refert, cujus ad radicem folia plura ſunt, parva, rigida, crenata, & cuilibet crenæ aculeus inſidet: cauliculo eſt palmari atrovirente, quem folia oblonga, anguſta, non crenata, ſed in aculeum abeuntia, inordinate baſi ſua veſtiunt, cujus ſummitati capitulum rotundum, cæruleum, Globulariæ capitulo majus, multis floſculis ut in ſuccisa hirſutum: hanc copioſe, pluribus ſimul ceſpicem conſtituentibus, in Granadæ montibus, D. Albinus obſervavit.

VII. Bellis hortenſis pediculo folioſo: hæc à communi hortenſi in eo tantum differt, quod pediculus, qui leviter hirſutus, foliolis oblongis, ſubrotundis, duobus, aut tribus longe diſtantibus, cingatur, & flori folia quina ſubjiciantur: in hortis reperitur.

Gnaphalium roſeum.



Gnaphalium roſeum hortenſe.



DE GNAPHALIO.
CAPUT XII.

I. GNAPHALIUM roſeum: plantula eſt exigua, tomentoſa, incana, vix unciam ſuperans: radicula ſimplici, capillacea, rufeſcente, cauliculo ſemunciali, parvis tomentoſis & conglobatis foliis donato, floſculo roſeo, diſco flaveſcente. Monſpeſſuli ad pedem montis Cetis & Maſſiliæ in ſaxoſis reperitur.

II. GNAPHALIUM roſeum hortenſe: ex ſemine minuto, in horto provenit planta tota incana, tomento molli, radice tenui, capillacea, quatuor unciarum, ex qua aliquando plures, quandoque pauciores ramuli triunciales, reclinati, foliis ſubrotundis cincti, quorum ſummitatibus flos roſæ modo expanſus, diſco luteo, etiam aureo, foliolis ut in ramulis undique ſuſtentatus, eleganti ſpectaculo inſidet.

Helichryſon Orientale.



Helichryſo ſyl. ſimilis.



DE HELICHRYSO.

CAPVT XIII.

HELICHRYSON Orientale: caule eſt rotundo, lanuginoſo, pedali, foliis oblongis, anguſtis, lanuginoſis & ob tomentum craſſis & incanis, iiſque ad radicem oblongam, nigricante cortice tectam, pluribus: caulis in ſummo in plures pediculos unciales, incanos divitur: quibus ſingulis flos rotundus, rarius oblongus, quaſi ex plurimis ſquamis compoſitus, quintuplo quam in vulgari, quæ Stæchcs citrina dicitur, major, flavus & ſplendens. An hæc Chryſocome Dioſcoridis l.4.c.55.& Plin. lib.21.c.5. Chryſites, noſtro enim corymbi auri fulgore ſplendent: quod Comæ aureæ primum, dein ex Creta ab Honorio Belli, Elichryſi Orientalis nomine, accepimus. Simile, ſed caule cubitali, foliiſque latioribus, minuſq; lanuginoſis, umbella multo latioribus, floribuſque minoribus & pallidioribus, Helichryſi Cretici appellatione, ex horto nobiliſſ. Contareni habemus.

HELICHRYSO ſylveſtri flore oblongo ſimilis: caule eſt ſeſquipalmari, rotundo, lanugine candidiſſima veſtito, in ramulos aliquot inæquales, palmo breviores brachiato: foliis Stæchadi citrinæ alterius inodoræ ſimilibus, latioribus tamen, aliquibus leviter ſinuatis, ſeſquiuncialibus, inferne incanis & tomentoſis, ſuperne virentibus: ramuli in pediculos tenues, nudos, uncias quatuor longos, abeunt; quorum ſummitatibus capitulum unicum, ſquamoſum, cum flore inſidet, qui in pappum brevem, ut in Elichryſo ſylveſtri anguſtifolio, abit. In montibus Italiæ prope Terraimum, provenit.

DE CONYZA.

CAPUT XIV.

I. CONYZA cærulea alpina major; hæc ex radice lignoſa, rufeſcente, caulem craſſum, pilis aſperum, palmarem, mox in ternos ramulos, & horum aliqui in pediculos diviſum, protrudit: circa quem folia pauca, hirſuta & aſpera, craſſa, uncias tres, quatuorve longa, uncia anguſtiora, nervis aliquot diſtincta: ſingulis pediculis flos unicus, cæruleus, Conyzæ cæruleæ vulgari ſimilis, & ſimiliter in pappum evaneſcens: hæc in monte S. Bernhardi provenit.

II. CONYZA cærulea alpina minor: plantula eſt ſemipalmaris, aliquando minor, lævis, rarus, nonnihil piloſa, radice nigricante, fibroſa, cauliculo rotundo, tenui, unicum florem cæruleum, illius quidem flori forma ſimilem, ſed triplo minorem, multis apicibus donatum, & in pappum abeuntem, ſuſtinente; foliola habet ad radicem plura, anguſta, triuncialia, pediculis donata, pallide virentia; at quæ caulem baſi ſua cingunt, breviora ſunt: hæc in monte Gotthardo reperitur.

III. CONYZA aquatica Aſteris flore aureo: caule eſt cubitali, rotundo, hirſuto, geniculato, in plures ramos brachiato, qui foliis tres, quatuorve uncias longis, ſemunciam latis, villoſis, per marginem & hiſpidis, & crenis rigidioribus exaſperatis, cingitur: flores magni Aſteris forma, aurei, ſinguli ſingulis pediculis inſidentes: diſcum enim aureum folia plurima, & anguſtiſſima aurei coloris cingunt, at aliorum more in pappum avolant. Hanc in Valeſia prope Sedunum ad aquas, D. Burſerus legit: non tamen Conyza paluſtris ſerratifolia, quam alii conſolidam paluſtrem vocant, cenſenda eſt.

DE ASTERE.

CAPUT XV.

ASTER hirſutus Auſtriacus cæruleus magno flore: caule eſt rotundo, hirſutie aſpero, pedali, in unum alterumve ramum brachiato, foliis latis, ſubrotundis, per marginem nonnihil exaſperatis & in apicem rigidiorem deſinentibus, rigidis, craſſis, hirſutie levi exaſperatis & ſcabris, cincto: cujus ſummo flos magnus inſidet, ejuſq; orbem pallidum, folia multa, tenuia, oblonga, pallide cærulea, ambiunt, qui maturus ſimiliter in pappum abit: Hic licet in Auſtria circa Cremſam reperiatur, attamen cum Aſtere montano cæruleo magno flore, qui etiam in Auſtriacarum alpium jugis (imo & Helvetiarum, ut in Iura) oritur, confundi non debet.

Verbena nodiflora.



DE VERBENA.

CAPVT XVI.

VERBENA nodiflora: ex radice tenui, fibris capillata, caulis tenuis, quadratus, geniculatus, glaber, in terram reflexus & ſeſquipalmaris, prodit, quem folia, ad geniculum bina, adverſo ſitu, ungue non multum longiora, per extremum crenata & acuminata, cingunt: ex quolibet penegeniculo, & ramulus foliis aliquot cinctus, & pedicellus nudus, duas treſve uncias longus, exurgit: hicque capitulum ſubrotundum ſquamatum ſuſtinet, unde floſculi Verbenæ vulgari ſimiles exeunt, ſemenque parvum, ut in vulgari, ſuccedit. Hanc Neapoli unà cum ſemine, ab Imperato accepimus.

DE SCABIOSA.

CAPVT XVII.

I. SCABIOSA peregrina ſubra: ex radice annua, caulis bicubitalis, ramoſus, parte inferiore leviter hirſutus exurgit: folia tenuia, ad radicem Rapæ forma laciniata, ſubrotunda, longis pediculis ſubhirſutis donata, & per ambitum ſerrata, ad ramulos ſuperiores, oblonga, anguſta & integra: pediculis pedalibus & palmaribus lævibus & majore parte nudis, & quidem ſingulis flos unicus atrorubens, Scabioſæ globulariæ majoris forma, oblongis filamentis puncto albo notatis, donatus, ſuavis odoris, inſidet: huic capitulum oblongum, rufum, oblongis filamentis, ut in Caryophyllata vulgari exaſperatum, & ſemen ſtellatum ſuccedit. Hæc ex ſemine Scabioſæ Hiſpanicæ rubræ nomine miſſo (ut in Phytopinace monuimus) æſtate in horto floruit: & à Cluſio Scabioſa Indica nominatur.

Hanc, ſed foliis in tenuiores lacinias diſſectis, floreque minore & nigro, ex horto Patavino, D. Peckius, nomine Scabioſæ nigræ odore Zibethi, attulit.

II. SCABIOSA folio Sinapi ſylveſtris: caule eſt cubitali, ſtriato, in ramos palmo longiores brachiato, qui ex foliorum alis, ubi pili pauciſſimi, prodeunt: foliis glabris, forma Sinapi ſylveſtris modo, ad nervum uſque laciniatis, & ſparſim crenatis, inferiorib. ſubrotundis: flores rubentes, mediæ magnitudinis, & ſinguli cauliculorum ſummis inſident. Neapoli ex horto Imperati habemus.

III. SCA-

Scabioſa prolifera.




III. Scabiosa prolifera foliis Gingidij: Scabioſa prolifera duplex eſt: altera foliis in latiores lacinias diviſis à Lobelio & Cluſio propoſita, cujus figura addita, de qua ſermo non eſt. Altera foliis eſt tenuius inciſis, ad modum foliorum Gingidii, quod Viſnaga dicitur: quæ caule eſt cubitali, viridi, ſtriato, geniculato, folia utrinq; ad geniculum triuncialia, ex quorum alis ramuli aliquot trium quatuorve unc[illegible]m, exurgunt: at major caulis pars, nudus & nonnih[illegible]l aſper eſt, cujus ſummo, flos purpurocæruleus, [illegible]ſidet, & ad hujus latera plures cauliculi modo unciales, modo palmares & glabri, minores quidem in orbem funduntur, at majores florem ſuperantes eriguntur, ſingulis floſculum ejuſdem coloris, ex filamentis compoſitum, ſuſtinentibus; quibus folia fœniculacea ſubjiciuntur: ſemina aliorum modo ſuccedunt. Utramque D. D[illegible] Norinberga miſit: illa tamē, Patavij inter dumeta, circa Thermas D. Virginis, etiam obſervata.

IV. Scabiosa montana dentis leonis folio: caule eſt ſeſquipedali, viridi, rotundo, ſtriato, levi & cavo, ſuperiore parte nudo: foliis latiore baſi caulem amplexantib. paucis, lævibus, craſſis, inferioribus obtuſis, & parum crenatis: ſuperioribus ad modum foliorum dentis leonis, in binas ternaſve lacinias diviſis & acuminatis, per oras crenatis, uncias ſex longis, & duas circa folii medium latis, per quod nervus excurrit: caulis ſummum, quem duo folia, fere ut in Dipſaco complectuntur, flores aliquot ſubcærulei, pedicellis hirſutis, inæqualibus inſidentes, exornant. Hæc Monſpeſſuli, in monte Calcaris reperitur.

V. Scabiosa ſtellata minima: plantula eſt, trium quatuorve unciarum, levi hirſutie caneſcens, radicula ſimplici, cauliculo ut & foliis biuncialibus, anguſtis, in parvas & profundas lacinias diviſis: cauliculi ſummo, capitulum rotundum, ex cauliculis paleaceis compoſitum, inſidet, flores ſubcæruleos, parvos continens, quibus exiccatis in cauliculorum medio ſtella parva conſpicitur, à qua filamenta capillacea, oblonga, rufa, quinque numero extra cauliculum producuntur. Hanc in Provincia locis incultis obſervavimus, & à Scabioſa minore Hiſpanica Cluſij, quam in litore Veneto notavimus, diverſam facimus.

VI. Sca-

Scabioſa argentea anguſtifolia.



VI. Scabiosa argentea anguſtifolia: ex radice lignoſa, caules bini, terni, ſeſquipalmares, rotundi, incani, parum reflexi, exurgunt: circa radicem folia quatuor aut quinque unciarum longa, anguſta, graminea, albicantia, & argenti colorem referentia, inordinate diſpoſita, in ſuperna caulis parte nulla: caulis unicum diſcum orbiculatum planum, molli lanugine incanum ſuſtinet, qui plures flores cæruleos, vel pallidos, aliarum forma continet: quibus cauliculi membranacei, etiam ſtellati cum ſtaminib. ſed quam in priore brevioribus, ſemen continentes, ſuccedunt. In monte Sumano prope Vicentiam provenit.

DE IACEA.

Capvt. XVIII.

I. Iacea nigra anguſtifolia, vel Lithoſpermi arvenſis foliis radice eſt nigricante, in fibras aliquot diviſa, caule pedali, rarius cubitali, rotundo, aſpero, in alas inæquales diviſo: quem folia incana, anguſta, brevia, rigidiuſcula & aſpera, Anchuſæ ſive Lithoſpermi arvenſis ſimilia, alternatim ſua baſi cingunt: cauliculorum ſummis capitulum ſquamatum, & nonnihil aſperum, aliarum Iacearum forma, ſed minus, inſidet, ex quo flos multis exiguis, oblongis foliolis, pallide rubentibus, vel ex purpura candicantibus, prodit, cui ſemen exiguum, nigrum ſuccedit. Hanc paſſim Monſpeſſuli & Patavii obſervavimus.

2. Huic & altera ſimilis, ſed caule molli tomento veſtito, & foliis incanis, mollibus & longioribus.

II. Iacea integrifolia humilis: hæc cauliculis eſt pedalibus, rotundis, alba lanugine hiſpidis & terram verſus reflexis: foliis unciam latis, duas longis, nec laciniatis, nec crenatis, ſed integris, lanugine, præſertim per marginem, pubeſcentibus & ſubaſperis, baſi ſua cauliculum ambientibus; in cujus ſummo, capitulum ex multis ſquamis imbricatim diſpoſitis, conſtans: ex quo flos Iaceæ vulgari ſimilis, ſubpurpuraſcens, ex foliolis oblongis, in filamenta aliquot diviſis, compoſitus, prodit. In Auſtria ad S. Hippolytum provenit, unde Iaceæ Auſtriacæ repentis nomine, D. Burſerus miſit.

III. Iacea capite longis aculeis ſpinoſo: tota planta ſubincana, brevibus & rigidulis pilis hirſuta: radicem habet fibris craſſioribus implexam, fragilem, candidam, ſed membrana ſubfuſca tectam: caulem cubito altiorem, rotundum, incanum, aſperum, in ramulos inæquales diviſum: folia prima & tenella, pilis denſioribus albidioribus, mollioribusq; ſtipantur, reliqua vero oblonga, uncias duas lata, craſſa, rigida, per ambitum profundius crenata, nonnunquam ad pediculum laciniata, per quæ fibræ craſſiores albæ tranſcurrunt: caulis ſummitati, capitulum ſquamoſum ex pluribus ſquamis, etiam triginta numero compoſitum, & in conum pini æmulum compactum, inſidet, quarum apices in ſpinas oblongas, rectas, ſubflavas & rigidas deſinunt, & ſquamarum ora, firmis pilis albentibus, tanquã ſetis undiq; circumdata ſunt: inter quas flos multis foliis oblongis, laciniatis & candicantibus emergit, cui ſemen Cnico ſimile, ſed

vulga-


vulgari majus, ſuccedit. Hæc à Iacea montana echinato capite Cluſii diverſa eſt, & à D. Doldio miſſa fuit.

IV. Iacea laciniato Sonchi folio, ſive Iacea latifolia purpurea capitulo ſpinoſo: radice eſt recta, fragili, fibroſa, membrana ſubfuſca tecta, & ſi plures caules protrudat, brachiata, ſapore ſubauſteriuſculo, ex inſipido ad amariuſculum tendente: caulis ut plurimum rectus, hirſutus, brevibus, denſiſque villis ſeu lanugine, potiſſimum parte inferiore, refertus, qui ob capitulorum gravitatem, humum verſus reflectitur, & in ſummo in aliquot ramulos dividitur. Folia primum prodeuntia variant, ſunt enim rotunda, oblongo pediculo donata, dein magis magiſque ſinuata, tandem vero in lacinias (quæ ad exortum inferiorum minora ſunt) inæquales dividuntur: ſunt etiam rigida & dura, adeo ut complicata cum quodam pene crepitu frangantur, breviſſima & duriuſcula lanugine, potiſſimum ſuperiora & ad exortum, tecta. Cauliculorum ſummis capitula ſpinoſa, ex ſquamis compacta, initio viridia, mox ad apicem purpuraſcentia, inſident: ex ſquamis ſpinæ ſeptem pulchro ordine, ſtellam dimidiatam referentes, exeunt, quarum media cæteris latior & longior, in minuto capitulo rubens, paulo poſt vero pallens. Flos ex capitulo tarde prorumpit, qui elegantis purpuræ & inodorus, cujus filiola fiſtulæ ſunt oblongæ, ſuperius amplo & laciniato rictu præditæ, inferius anguſtæ, quæ ad exortum coloris albi, ſed paulatim verſus faſtigium in rubrum ſeſe mutante; omnes autem ſtamina clavata ſuſtinent, clava ex purpureo ſeu violaceo prorſus nigricante, in ſummo alba puncta habente, & ſtaminum pediculis, ubi ex fiſtula prorumpunt albis exiſtentibus. Semen, Cyani ſemen refert, oblongum, anguſtum, & cinereum eſt. Hanc Centaurii marini nomine, D. Doldius miſit.

Eandem ſed palmo minorem, foliis parvis, rigidis, parum laciniatis, & per marginem crenis rigidis exaſperatis, Cyani marini nomine, à D. Neudorffero ex Italia habemus.

V. Iacea montana incana aſpera capitulis hiſpidis: radice eſt lignoſa, in longas fibras diviſa & ruſeſcente; cauliculo palmari, rotundo, lanuginoſo: foliis aſperis, ad radicem pluribus, incanis hiſpidis, parum laciniatis, anguſtis, uncias quatuor longis, reliquis vero, in profundas

Iacea montana candidiſſima.



& rigidas crenas diviſis, baſique ſua caulem amplexantibus; qui aliquando in ramulos dividitur, quorum ſinguli capitulum parvum, ex ſquamis hiſpidis compoſitum, ſuſtinent, earum enim cuſpides exterius reflexæ, in tenuiſſima filamenta deſinunt: flores vulgari ſimiles, ſed multo minores. Monſpeſſuli in monte Calcaris provenit.

VI. Iacea montana incana laciniata capitulo hiſpido: ex radice caulis palmo major, rotundus, molli lanugine caneſcens, exurgit, circa quem folia pediculis oblongis incanis donata, laciniata & ſubrotunda, tactuque mollia: capitulum parvum & priori ſimile, eodemque in loco proveniens.

VII. Iacea montana cãdidiſſima Stæbe foliis: hæc ex radice craſſa lignoſa, caulem profert palmarem, nonnunquã cubitalem, angulosum, ſtriatũ, molli & incana lanugine veſtitũ: folia habet ad radicem multa per terram ſparſa, palmaria

lata,

lata, Stæbes inſtar laciniata, molli lanugine incana & ſuperiora molli tomento, quaſi farina aſperſa, mollia & alba ſunt: cauliculis ſummis flores ſinguli Iaceæ vulgari ſimiles inſident, qui ex capitulis ſquarroſis prodeunt: in montibus prope Capuam provenit.

VIII. Iacea tomentoſa capitulo ſpinoſo: tota planta, quaſi farina aſperſa floret, albeſcit, & à radice, caulis pede minor, ſtatim in alas plures diviſus, exurgit: folia habet brevia, anguſta, in petiola tria, quina, ſeptena, ſubrotunda diviſa: cauliculis, capitula parva, ex ſquamis multis in aculeos acutos & ruſeſcentes abeuntibus, compoſita: flos non fuit conſpectus: in Murena Hiſpaniæ, D. Albinus legit.

IX. Iacea Babylonica: ex horto clariſſ. Contareni, hoc nomine folium accepimus, quod primo intuitu Acanthium aliquod referre videtur: hoc longitudine cubitum æquat: in medio, latitudine palmum ſuperat, nonnihil incanum, tactu aſperum, cujus tota circumferentia veluti minimis aculeis exaſperatur: ad exortum lacinias acutas trium quatuorve unciarum longas, obtinet: hinc ex rotunditate ſenſim anguſtatur & in apicem abit, cujus ſummo breviſſimus aculeus inſidet: per ipſius medium, coſta elevata, nonnihil hiſpida fertur, à qua plures nervi in latera excurrunt. Plura non licet.

TRAGOPOGON.
CAPVT XIX.

I. Tragopogon folio ſinuato: radice eſt oblonga, lacteo ſucco manante, caule gracili, ſtriato, pedalis altitudinis, raris foliis alternatim ſepto, quæ oblonga: non multum palmo breviora, at anguſta, ſinibus brevioribus, & quaſi ſerratis exaſperata, pallideque virentia: caulis ſummo flos inſidet pallide luteus, magnus, Tragopogo vulgari ſimilis, ex calice magno apicibus acutis donato prodiens, quo marcido, ſemen oblongum, in materia villoſa alba latitans, ſuccedit: Monſpeſſuli legimus.

II. Tragopogon tenuiſſime laciniatum: radice eſt oblonga, craſſiuſcula, fibris carente, ruſeſcente & lacte turgente: ad quam folia plura oblonga, anguſtiſſima, acuminata, & in plures anguſtiſſimas lacinias diviſa: caule eſt cubito non multum breviore rotundo, lævi, ſtriato, nonnihil folioſo, in alatos brachiato: ſingulis flos unus, magnus & pallidus inſidet, cui ſemen oblongũ, ſcabrum, criſta piloſa in ſummo præditum, & calici oblongo incluſum, ſuccedit. Et hoc Monſpeſſuli obſervavimus.

PERFOLIATA.
CAPVT XX.

I. Perfoliata alpina latifolia minor: radice eſt unica, ruſeſcente, pauciſſimis fibris capillata: cujus caulis gracilis, teres, glaber, cavus, cubito altior, in ramulos, quaſi in umbella diſpoſitos diſtribuitur, quem folia glabra, venoſa, ſeſquiunciam lata, Vaccariæ foliis ſimilia baſi lata medium amplectuntur: in cauliculorum faſtigiis umbellæ, una cum foliolis exiguis, floſculis tenuibus ſubluteis, quibus ſemen oblongiuſculum, nigricans, anguloſum, ſuccedit. Hæc in Helvetiorum alpibus reperitur.

II. Perfoliata alpina anguſtifolia major, ſive folio anguloſo: radicem habet unicam, oblongam, rotundam, craſſam, nigricante cortice tectam, minime capillatam, ex qua prodeunt folia plura, pallide virentia, glabra, pedem longa, unciam vel ſeſquiunciam lata, longis pediculis donata: at folia caulem amplectentia anguloſa ſunt & acuminata, rarius bina, hederæ modo anguloſa ex oppoſito ſita: caulis rotundus eſt, teres, glaber, cavus, ſeſquicubitalis, quaſi foliorum baſin penetrans: cujus ſummo quina folia, lata, in orbem diſpoſita inſident, eo modo quo in Tithymalo, unde pediculi ſeni, ſepteni, longitudine impares prodeunt, quibus una cum foliis parnis, rotundis, flores parvi ex luteo ruſeſcentes inſident: Semen non vidimus: in Pyrenæis, non longe Narbona, D. Burſerus legit.

III. Perfoliata alpina anguſtifolia media: hæc à præcedenti ſola magnitudine & foliorum anguſtia differt, quæ pro Perfoliata longifolia Dalechampii, in hiſtoria Lugdunenſi picta videtur, & ex monte Gotthardo habemus.

IV. Perfoliata alpina anguſtifolia minor: hæc radice eſt ruſeſcente, ad quam folia multa, atrovirentia, graminea, ſemipalmaria: caulem habet unum, aliquando geminum, pedalem, rotundum, glabrum, quem folia pauca acuminata, baſi ſua latiore ambiunt, in cujus ſummitate veluti umbella, ut in vulgari Perfoliata, ex qua ramuli emergunt, flores ruſeſcentes, cum ſeminibus ſuſtinentes. Hanc ex Sumano monte, & Valeſianorum alpibus, habemus. Verum cum Perfoliata alpina gramineo folio, ſive Bupleuro anguſti-

guſtifolio alpino, quod in Baldo provenit, confundi non debet.

V. Perfoliata alpina anguſtifolia minima: plantula eſt ſemipalmaris, inter Perfoliatam & Bupleuron media, radice tenui ruſeſcente & ſerpente, fibris capillaceis terræ affixa: ex qua folia oblonga, anguſtiſſima, pluribus lobis progerminant: inter quæ cauliculi efferuntur tenuiſſimi, glabri, uncias quatuor alti, in ramulos binos & hi in minores quaſi ex umbella minima prodeuntes, diviſi; quos folium unum vel alterum baſi latiore cingit, & floſculi exigui flavi inſident. In ſummis Pyrenæorum jugis reperitur.

VI. Perfoliata minor ramis inflexis: hæc foliis eſt vulgari paulo longioribus: brevioribus tamen quam in montana, caulem habet racemoſum reclinatum, & velut per terram ſparſum, flores luteos: annua eſt inſtar vulgaris ſive arvenſis, in quo ab alpina differt: hanc apud Ioan. Bauhinum fratrem p. m. vidimus, quam ex horto Stutgardiano habuit.

Centaurium minus ſpicatum album.



CENTAURIUM.
CAPUT XXI.

Centaurium minus ſpicatum album: ex radice parva, alba, fibroſa, caulis exurgit, mox in duos palmares & ſemipalmares ſtriatos, hique in alios diviſi: folia ſunt parva, pediculis carentia, quorum prima lata, ſubrotunda, ſuperiora anguſta, acuminata, quandoq; bina adverſo ſitu caulem amplexantia: flores oblongi, albi, ab imo furſum per caulem ſparſi, ſinguli, utplurimum, ex una caulis parte ſibi invicem ſuccedentes, ex cauliculis folioſis prodeunt, ea forma qua non patentes in figura exprimuntur, patentes enim ſculptor non recte expreſſit: his ſiliquæ, ut in vulgari, ſemen minutum continentes, ſuccedunt. In montibus Euganeis Patavinorum, & hinc inde circa Monſpelium reperitur, ut in noſtro Matthiolo monuimus.

ASCYRON ET HYPERICUM.
CAPUT XXII.

Aſcyron magno flore: hoc Aſcyro vulgari, ſive Hyperico dumetorum ſimile, caule ſeſquicubitali, rotundo, glabro, ruſeſcente, quem folia pallide virentia & inferne albidiora, unciam longa, ſemunciam lata, ſubrotunda, bina ſemper ſitu adverſo cingunt: in caulis ſummo, flores calice viridi ſuſtentati, pallide lutei, magni, quintuplo vulgari majores, ex quinq; foliis uncialibus compoſiti, è quorum umbilico ſtaminula plura, flava, velut puncto notata, exurgunt: ſiliquas & ſemina non vidimus. In Pyrenæis D. Burſerus hoc, quemadmodum & ſubſequens, legit.

Hypericum numulariæ folio: radicem habet oblongam, tenuem, paucis fibellis capillatam, ex qua cauliculi tenues, ruſeſcentes, palmares efferuntur, quos folia parva, rotunda, nummo ſimilia, bina adverſo ſitu & æquali diſtantia locata cingunt, quæ ſuperne atrovirentia, inferius alba, aliquando punctis vel maculis rubris notata, conſpiciuntur: cauliculorum ſummis flores pallide lutei ſatis magni, plurimis ſtaminulis donati, inſident.

POLYGONVM.

CAPVT XXIII.

I. POLYGONUM ſaxatile: hujus radix tenuis, lignoſa tamen, fibris capillata & alba eſt: ramulis multis oblongis & crebro geniculatis ſerpit: circa quos folia ſubrotunda, unciam longa, ſemunciam lata, ſuperne virentia, at inferius albicantia, quaſi polline aſperſa, quæ ſenſim minora redduntur: à geniculis floſculi exigui, ut in vulgari, pallide rubentes exeunt, quos ſemina triangularia ſequuntur. Hoc inter ſaxorum fiſſuras, ad arcium editiſſimarum radices, ut in petris arcis Waldenburgenſis Baſileenſium, & in vicinis obſervavimus.

II. POLYGONUM Creticum thymifolio: herba eſt ſupina, humique procumbens, cauliculis, ſive viticulis, palmaribus, ramoſis, hinc inde ſparſis: floſculis parvis albicantibus, pluribus ſimul quaſi in nodo junctis, quibus foliolum Thymi forma, modo unum, modo bina, ternave, magnitudine imparia adponuntur: ſemen puſillum ac copioſum ſuccedit. Hoc Polygoni Cretici nomine, D. Gillenius miſit.

III. POLYGONUM littoreum minus floſculis ſpadiceo albicantibus: ex radicula candicante, tenui, oblongiuſcula, prodeunt viticuli plurimi, tenerrimi, per terram ſparſi, ramoſi & dodrantales, foliolis oblongis, anguſtis & albicantibus alternatim cincti, ad radicem vero longioribus & biuncialibus: viticulorum ſummitatibus floſculi plures minutiſſimi, intus albi, foris ſpadicei inſident, quibus ſemina minutiſſima & copioſiſſima, ut ſinguli coliculi eo turgeant, ſuccedunt; hinc ad Millegranum referri poteſt. Hoc apud nos, in arenoſis ad Wieſam flumen, autumno florens reperitur, quod Polygoni ποικιλανθέμου nomine, Northuſio, apud quos in ſabuloſis reperitur, D. Fureræ miſit: idem, ſed ſine nomine, ex inferiore Luſatia, ubi locis arenoſis, in ripa fluminis Niſſæ provenit, à D. Franco accepimus.

IV. POLYGONUM minus lentifolium: plantula eſt tota virens, parva, ſupina, humiq; procumbens, ex cujus radice ſimplici, in altum deſcendente, cauliculi plures, impares longitudine, crebris internodiis geniculati, exiguis foliis ſubrotundis, lenticularibus adnatis, prodeunt: floſculi in cauliculorum ſummis minimi, albicantes, vel pallide virentes plures ſimul juncti & ſemen puſillum obſervatur.

Cum Anthyllide Valentina Cluſij, quæ tota ſubrubens eſt, longe minoribus foliis, & copioſioribus floſculis ex albo purpuraſcentibus, iiſque non ſolum in cauliculorum ſummis ſitis, confundi non debet. Hoc in Hiſpaniæ montibus prope Eſcurial D. Albinus invenit: quod tamen ante annos triginta novem Monſpeſſuli in incultis, ſed aliquantum minus, collegimus.

DE SEDO.

CAPVT XXIV.

I. SEDUM tridactylites alpinum majus: radicem habet tenuem capillaceam, cauliculũ ſemipalmarem, purpuraſcentem, nonnihil piloſum, in ramulos plures tenues & fragiles diviſum: folia ad radicem tenuia & mollia, lata (in ramulis minuta) in tres lacinias primum, & in alias, diviſa: flores in ramulorum ſummis albi, quinquefolii, totidem ſtaminibus donati, quibus capitula ſubrotunda, longiuſcula, minutiſſimum ſemen continentia, ſuccedunt. Hoc ex Baldo habemus, & ſaxifragæ albæ petreæ nomine, Pona in ſuo Baldo exhibuit: idem præterito anno D. Furerus, nomine Dactyliobotani ſive Saxifragæ petreæ ſempervirentis miſit, quod in ea Harcyniæ parte, qua Buda fluvius officinas Rubelandicas alluit, totos ſcopulos obvolvere ſcribit.

2. Simile, ſed foliis latioribus, & in ternas primum profundas lacinias diviſis, & in his in minora & tenuiora ſegmenta ſectis: caulibus pedalibus, floribus pallide luteis, in humidis montium Pyrenæorum natum, habemus.

3. Aliud cauliculo rotundo, ſemipalmari, pilis leviſſimis aſperſis, foliis parvis, craſſiuſculis & eo modo quo folia Sedi tridactylidis in tectis provenientis, inciſa ſunt, etiam diviſis, totumq; cauliculum alternatim baſi ſua cingentibus, qui in ſummitate in ramulos dividitur, & ſinguli floſculum candidum, ſed minorem ſuſtinent, capitulaq; ut in præcedenti, ſuccedũt. Sedi dactyli nomine, ex Taurero Auſtriæ, D. Burſerus miſit.

II. SEDUM tridactylites alpinũ minus: ad radicem parvam, repentem & nigricantem, folia plura exigua, viridia, ſimul cõpacta, ſuperne in crenas profundas, binas, communiter ternas, rarius

plures, diviſo: ex quorum medio, cauliculus unus vel alter, tenuis, aliquando diviſus, paucis & exiguis foliolis cinctus, trium quatuorve unciarum exurgit, cui floſculi terni, quaternive pallidi, quinquefolii, multis ſtaminibus donati, ſinguli ſingulis pedicellis inſident: hic calices parvi, ſemen minutum continentes, ſuccedunt. Hoc in monte Lupi & Calcaris, in eorundem rupibus collegimus: ex humidis Gotthardi montis & Pyrenæis quoque habemus.

III. SEDUM montanum ericoides: ramis eſt palmaribus, lentis, flexibilibus, denſe geniculatis, per terram ſparſis, quos folia brevia, craſſiuſcula, Ericæ forma, veſtiunt, & hi in plures alios, duarum triumve unciarum, & etiam breviores dividuntur, hique foliola frequentia, ſibi fere incumbentia & rotundiora habent: in ſingulorum ſummitatibus velut ex ſquamoſo calice flos ſatis magnus purpuraſcens, ex quatuor aliquando quinque foliis, & aliquot in medio ſtaminibus compoſitus, inſidet: quid flori ſuccedat, non conſtat. Hoc ex horto Dei dicto, habemus: & cum Lobelii *Sedo minimo arboreſcente vermiculato*, plurimum affinitatis habet.

IV. SEDUM alpinum ericoides cæruleum: ex præruptis jugis, ac ſaxis humidis propendet, radicem habens oblongam, fibroſam, rufam, ramos plures, foliolis quam in priore brevioribus, craſſis, cinereis, velut in *Sanamunda* 2. *Cluſii*, ſive *Erica Alexandrina* compactis, cinctos: ſingulis cauliculis uncialibus, foliaceis, flos magnus, cæruleus, quadrifolius, aliquot ſtaminulis brevibus donatus, inſidet. Hoc, cum anni 1579. Martio menſe, per Rhetiæ alpes iter faceremus, è rupibus, ob aquam defluentem humidis, inſtar *Cymbalariæ* dependens, florenſque collegimus, quod florum eleganti colore cæruleo, oculos noſtros valde reficiebat.

Idem in Gotthardi ſummitatibus, & in Valeſia ad thermas Leccenſes ſupra Gemme reperitur: quod à priore differt potiſſimum folior. exilitate, & colore florum item & colore & magnitudine.

V. SEDUM ſaxatile hirſutum purpureum: plãtula eſt triuncialis, radicula capillacea, cauliculo tenui, leviter piloſo, cujus ſummitas in breves ramulos dividitur, qui ſinguli florem purpureum ſuſtinent: foliola ad radicem plura, hirſuta, lente minora. Hoc, ut & ſubſequens, ex Pyrenæis D. Burſerus attulit.

VI. SEDUM ſaxatile atrorubentibus floribus: hoc, tres quatuorve uncias non excedit, habens radiculam exilem, longiuſculam, unum [illegible] rumve cauliculum biuncialem, foliolis paucis exigui, longiuſculis, alternatim veſtitum, floſculos atrorubentes, quaſi in umbella diſpoſitos, ſuſtinentem. Hoc etiam in Gotthardo nonnihil altius excreſcit.

VII. SEDUM ſaxatile variegato flore: radice eſt capillacea, cauliculis plurimis, tenuibus, biuncialibus, per terram repentibus & fibellis capillaribus terræ adhærentibus: foliolis multis, pallide virentibus, ſubrotundi, lente minoribus, veſtiti: ex ramulorum ſummis, pedicelli plures capillacei, oblongi, exurgunt, ſinguli florẽ quadrifolium, varium, album, purpureum & atrorubentem eleganti ſpectaculo ſuſtinent, cum plantula hæc ceſpitis muſcique inſtar ſaxa exornet. Hoc inter Valeſiam & Auguſtam vallem, in monte Gletſchberg dicto, qui toto pene anno nivoſus eſt, copioſe provenit.

VIII. SEDUM alpinum foliolis crenatis aſperis: radice eſt capillacea repente, cauliculis tenuiſſimis, ſemipalmaribus, etiam brevioribus, rarius palmaribus, in ſummo in ramulos aliquot ſectis: folia habet longiuſcula, anguſta, acuminata, crenis utrinque exaſperata, & parte averſa candicantia; flores quadrifolii, purpuraſcentes & ſtaminibus donati, cauliculis ſuſtentatur; quibus capitulum ſubrotundum, membranaceum, apice donatum, minutulum ſemen continens, ſuccedit. Hoc Iulio menſe floret, in aſcenſu montis S. Bernhardi majoris & Gotthardo. An forte Geſnerus lib. de hortis Germaniæ, hoc intellexit, dum ſcribit *Sedum* quoddam eſſe, cujus folia marginibus aſperis, branchias piſcium referunt?

IX. SEDUM arvenſe flore rubente: radice eſt lignoſa, fibris capillata, cauliculis aliquot palmaribus, rotundis, rugoſo ruſeſcente cortice tectis, qui in ternas, quandoq; plures ramulos (quorũ aliqui recurvantur) dividuntur: hos folia longiuſcula, anguſta, ſucculenta, ſine ordine ambiunt: ramulis ſuperioribus flores plures, vulgari *Sedi* florib. ſimiles, ſed rubentes inſident, ſemenque vulgari ſimile ſuccedit. Hoc non longe ab urbe, in agris Huningenſ. autumno jam exiccatum reperitur: quod etiam in agris argilloſis ad Pyrenæos, ſed minus, reperitur.

DE COTYLEDONE.

CAPVT XXV.

COTYLEDON minor foliis ſubrotundis ſerratis: radix ſubeſt tenuis,fibroſa,fuſca,circa quam folia multa, ſemi ungue minora, non ut in altero oblongis ligulis ſimilia,ſed ſubrotunda, margine crenato, craſſiuſcula, candicantia & nonnihil adſtringentia: è quorum medio caulis ſemipalmaris, quandoque palmaris, ſubaſper,minimis & paucis foliis cinctus, aſſurgit:in cujus ſummo,pedicelli,flores,multoquam in ſecunda minores,ex quinque quandoq; etiam ſex foliis & mediis apicibus compoſitos, ſuſtinentes,qui albi, aliquando rubentibus punctis aſperſi, nonnunquam extrinſecus lineis ternis foliola floris percurrentibus, ita ut flores pallide purpuraſcentes appareant: his capitula exigua, nigrum ſemen continentia, ſequuntur. In Helvetiorum alpibus,ipſis ſaxis ac ſcopulis adheret; Iunio & Iulio floret: at ea quæ flore eſt pallide purpuraſcente, apud Monſpelienſes, in horto Dei collecta fuit.

DE KALI.

CAPVT XXVI.

II. KALI minus villoſum radice eſt oblonga, fibroſa,nigricante,caule pedali, inæquali, ramoſo, foliis pluribus, anguſtioribus,mollibus & villoſis,inter quæ unum, quod cæteris ſubjicitur, longius eſt, quemadmodum etiam in Tragio obſervare eſt: in cauliculorum ſummis,capitula parva,florem minutum continentia: ſemen non obſervavimus. Hoc,cum figura Kali albi Dodonæi,melius convenit,quam Kali minus Lobelii.Tota planta ſalſa eſt,& non longe Monſpelio à Perault, qua ad mare itur,legimus:quamvis idem,nomine Kali hirſuti foliis ſpergulæ,ex Italia, à D.Neudorf. habeamus.

III. KALI folio gramineo: ex radice oblonga, exiguis capillaceis fibris donata, caulis pallide vireſcens,rotundus,incurvus, pedalis, in varios & plures ramos quadrunciales, tenues & fragiles, inordinate diſpoſitos, brachiatus exurgit: quos folia oblongiuſcula, anguſtiſſima alternatim diſpoſita cingunt,quib. ſingulis, ſinguli noduli exigui florum & ſeminum,ut in Kali minore Lobelii adhærentes,adponuntur. Ex Salinis Saxonicis ſiccum,D. Jungermannus tranſmiſit: & ad Anthylloidem Thalii accedere videtur.

DE TELEPHIO.

CAPVT XXVII.

TELEPHIUM purpureum minus: hoc à radice nodoſa, & aliquot veluti minimis napis conſtante, multiſque fibris prædita, cauliculum unum vel alterum rotundum, ſemipalmarem,fragilem ac ſucculentum promit: quem folia craſſiuſcula, ſucculenta, parva, in ambitu crenata,ſine ordine ambiunt: floſculi quinquefolii,purpurei, velut umbellæ inſident: quibus capitula pentagona,minutiſſimum ſemen ſcobis inſtar continentia, ſuccedunt. In editiſſimo monte Briſoiæ, Belchen dicto, locis humidis Iulio florens,collectum.

DE TITHYMALLO.

CAPVT XXIX.

II. TITHYMALLUS incanus hirſutus: caules pedales,rotundos,ruſeſcentes, profert,foliis incanis & hirſutis, Myrſenitis legitimi forma,confuſo ordine veſtitis, in ſummitate in virgulas diviſi,quibus, ut in Myrſinite,flores & capitula triangula,ſemina continentia,inſident. Hunc ex Italia D.Neudorfferus attulit.

II. TITHYMALLUS ſive Eſula exigua foliis obtuſis: radice eſt exili, oblongiuſcula, capillata, cauliculis pluribus ad terram reſupinatis, aliquantulum repentibus,biuncialibus,triuncialibus,aliis palmo minoribus,rotundis,lacteo ſucco turgentibus, qui foliolis oblongis, anguſtis, ſed ſemper in ſummo obtuſis & velut abſectis, inordinate veſtiuntur: hic in agris Patavinis & Maſſilienſibus,reperitur.

III. TITHYMALLUS exiguus ſaxatilis: radiculam habet capilli modo tenuem, longiuſculam, cauliculos tenues,unciales & biunciales, anguſtiſſimis & brevibus foliolis cinctos, floſculos exiguos,rubentes: circa Monſpellium locis aſperis provenit.

LIBER OCTAVUS.

DE CONVOLVULO.


CAPUT I.

I. CONVOLVULUS purpureus folio rotundo: caules prælongos, teneros, viticuloſos, paucis pilis exaſperatos, vicinis perticis circumvolutos, promit: folia habet longis pediculis ſubaſperis donata, quæ lata ſunt, angulis carentia & nonnihil hirſuta, præſertim ſuperiora: flores oblongi, ex calicibus hirſutis inſtar Campanulæ ſive Smilacis lævis ex cæruleo purpurei ſunt, quibus ſuccedit ſemen nigrum, ſemicirculare & anguloſum, capitulo membranaceo incluſum, quod ſemine Campanulæ cæruleæ multo minus eſt. Hic ſub æſtatis finem floret. An ad Nil Avicennæ quoque referri poteſt?

II. CONVOLVULUS peregrinus cæruleus folio oblongo: radice eſt ſingulari, oblonga, rufeſcente, ex qua caules multi, tenues, pedales, interdum cubitales, flexiles, ramoſi, leviſſimis pilis pubeſcentes prodeunt: quos folia oblonga, inferiora quidem, uncias tres, quatuorve longa, vix unciam lata, inordinate veſtiunt, quę ſenſim minora redduntur, & per marginem leviter hirſuta ſunt: ex omnium fere foliorum ſinu, pedicelli tenuiſſimi, oblongi exurgunt, quibus ſingulis flos cæruleus ad exortum pallidus, Campanulæ forma, unico folio conſtans, & ex cauliculo prodiens, inſidet: floribus ſuccedunt capitula membranacea parva, quibus ſemina parva, nigra includuntur. Planta ſane ob florum copiam elegantiſſima, & quæ ob cauliculorum flexibilitatem fulciri debet. Hic in horto meo ex ſemine, Campanulæ cæruleæ nomine accepto, ſæpius crevit.

III. CONVOLVULUS foliis laciniatis, vel quinquefolius; viticulis eſt tenuibus, geniculatis, lævib⁹: ex quolibet geniculo folium, longo tenuiſſimo pedicello donatum, prodit, quod in quinque lacinias anguſtas longiuſculas dividitur, & quandoque inferior una alterave bipartitur, & cuilibet laciniæ, tenuiſſimus mollisque aculeus inſidet. Supra folii exortum, pedicellus æque tenuis, duarum triumve unciarum longus & nudus exurgens, florem magnum purpurocæruleum, aliorum Convolvulorum forma, ſuſtinet. Semen non conſpectum, cum ſolum hujus ramum, Convolvuli Ægyptiaci nomine, à nobiliſſ. Cortuſo Patavio ante viginti annos acceperimus.

Convolvulus quinquefolius.



DE BRYONIA.

CAPUT II.

I. BRyonia Cretica maculata: radice eſt longa, alte deſcendente, ſed ad vulgaris magnitudinem non accedente, fuſco cortice tecta; ex qua longa & tenuia ſarmenta prodeunt, quæ ambiunt folia aſpera (qualis & tota planta) ad ſimilitudinem vitium, aut Bryoniæ vulgaris diviſa, ſed minora, viridia, albis ſtriis per medium diſcurrentibus, vel maculis albis notata, quibus capreoli ut in vite adduntur. Flores habet pallidos, quinquefolios, ſtriatos, vulgaris Bryoniæ floribus majores, ex longis pediculis propendentes: cuilibet flori, fructus ſuccedit ſemicircularis, ſuperne in partes duas diviſus, viridis primum, at per maturitatem ruber, ſemina duo continens, quare Dicoccos appellari poteſt. Hæc in Creta frequens eſt, unde ſemen à D. Honorio Belli accepimus, & in D. Zvingeri horto (quia tum hortum colere intermiſeramus) ſevimus.

II. Bryonia ſylveſtris baccifera: radicem habet magnam, craſſam, longam, ſucco glutinoſo plenam: caules vero ſarmentorum vitis inſtar longos, lignoſos, angulos, quib. ſe, (licet capreolis careat) crebris circumvolutionibus vicinis fruticibus circumvolvit: folia hederacea, Smilacis lævis ſimilia, magis tamen ſinuata, tenuia, ſplendentia, & nervoſa, longiſſimis pediculis donata: flores albi ſunt, muſcoſis ad cujuslibet folii exortum, in viticulis maxime ſuperioribus, pedicellus brevis ex caule exurgit, qui baccam unicam ceraſo minorem, virentem primum, at per maturitatem rubentem ſuſtinet: cui ſemina ſatis magna, rotunda, nigraque quaterna, quinave includuntur. Provenit in ſylvis circa pagum Huningen. Iunio florens: at baccæ Septembris fine maturæ ſunt.

Hæc à communi Bryonia ſylveſtri, quæ Tamus dicitur, potiſſimum in his differt, quod communis florem minorem habeat, racemoſa ſit: hæc vero flore ſit majore & baccifera.

III. Bryonia Mechoacana nigricans: radice eſt Mechoacæ ſimili, ſed cortice nigricante veſtita, interius ruſeſcens, quæ teſſulatim inciſa rotunda, magnitudine & figura calculo aleatorio reſpondens, ex India Chelapæ ſive Celapæ nomine ante annos undecim allata fuit. Ab Alexandrinis & Maſſilienſibus, Ialapium vel Gelapio vocitatur: & à Maſſilienſibus, Mechoaca nigra vel mas exiſtimatur.

Guſtu eſt non ingrato, & gummoſo, & ob copioſam gummoſitatem, ſi carbonibus, vel igni admoveatur, flammam concipit. Facultate, vulgarem ſive albam Mechoacam, ſuperat: nam ob gummi copioſum, fortius humores ſeroſos purgat, cum imi ventris levi dolore, & præcipue viſcera, hepar & ventriculum roborat. Quare drachmæ unius pondere exhibetur tuto, & ſine faſtidio opus ſuum exequitur. Sunt qui ea in doſi, cum aqua Cichoreæ, aut ſimili ſtillaticia, ſeu jure, actu frigidis, tribus horis ante prandium, ægris propinent.

DE CLEMATIDE.

CAPUT III.

I. CLematis maritima repens: hæc cauliculos habet ſarmentoſos, geniculatos & ſtriatos, cubitales, atrovirente cortice veſtitos: folia Flammulæ erectæ inſtar oblonga, acuminata, nervoſa, rigida, ſed anguſtiora, quod communiter tria uni pediculo, qui velut in capreolum abit, inſident, & quædam per circumferentiam nonnihil crenata, quæ vero in ſummo caule floribus ſubjiciuntur, anguſtiſſima ſunt: flores albi ſunt, multis ſtaminibus villoſis albis, meditullium occupantibus, longis pediculis ſuſtentati: quibus ſemina plana, ſubrotunda, ruſeſcentia, ut in Flammula erecta, ſed minora, bina, ternave juncta, ſingulis capreolo plumoſo, veluti incana criſta donatis, ſuccedunt: hæc acria ſunt quemadmodum & tota planta. In maris Adriatici littoribus, ut in Venetorum Inſula Lio & Litzefuſina, ſuis ſarmentis repentem obſervavim⁹.


II. Clematis alpina Geranifolia: ex radice ſarmentoſa & perenni, caules plures lenti, lignoſi, quandoque ruſeſcente cortice tecti, duos treſve cubitos alti, exurgunt, qui æqualiter bipartiti, in latera dividuntur: quibus ſingulis folia, crebris & profundis diviſuris inciſa, trigemina, cohærentia, ut in Anemone geranifolia, inſident; flores ſinguli, ſingulis pediculis longiſſimis ac tenuiſſimis inſident, qui coloris cærulei albicantis, aut obſcure purpuraſcentis, ex quatuor foliis oblongis, mucronatis, nervoſis, crucis in modum diſpoſitis, & nonnihil lanuginoſis, in cujus medio folia, plura, breviora

viora, quæ quaſi acervulum capillaceorum filamentorum alborum ambiunt: ſemen non vidimus. Hanc in altioribus Baldi rupibus enatam, & Clematidem cruciatam à Jungermanno appellatam, ante annos viginti ſex, & ante biennium elegantiorem & majorem, ex Auſtriæ montibus, ubi frequens eſt, à D. Burſero accepimus.

DE NUMULARIA.

CAPUT IV.

Nummularia flore purpuraſcente.



NUmmularia flore purpuraſcente: hæc, eo quo Nummularia vulgaris modo, ſerpit, radicem habens tenuem, capillaceam, à qua coliculi multi, tenues, palmo minores emergunt, quos utrinque folia vulgaris forma, propemodum rotunda ſed parva, & plus quam decuplo minora, quorum nonnulla leviter ſinuata; horum ſinu pediculi tenues oblongi, prodeunt, quorum ſinguli florem purpuraſcentem, parvum, oblongum, quinquefolium, ſtaminulis in medio brevibus, ſuſtinent: his capitulum parvum, apice donatum, minutiſſimum ſemen continens, ſuccedit. Hæc in humidis Monſpelienſium prope Caſtelnovum provenit.

DE POLYGONATO ET LILIO convallium.

CAPUT V.

I. POLYGONATUM latifolium minus, flore majore: ex radicis albicantis, ſubrotundæ & fibroſæ medio, cauliculus unicus, fere pedalis, ſtriatus, nec admodum inflexus exurgit: qui foliis, ut in vulgari diſpoſitis, firmioribus tamen, veſtitur: ex ſingulis alarum ſinibus, flores ſinguli, magni, albi, inodori, brevibus & quidem ſingulis pediculis inſidentes, ab una caulis parte propendent, quibus baccæ ſuccedunt, quæ per maturitatem cæſium colorem acquirunt, & ſemen offeum, durum continent. Apud nos in monte Crentzacho copioſe provenit.

II. POLYGONATUM latifolium perfoliatum Braſilianum: hoc caule eſt bicubitali, ſtriato, folia perfoliatæ modo tranſeunte: foliis pallide virentibus, tenuibus, nervoſis, uncias duas latis, quatuor longis: flore magno, albo, ex foliis quinque anguſtis, binas uncias longis compoſito, qui ex longo tenuiſſimo pediculo dependet: fructum non vidimus. Hoc in Braſilia apud Toupinambaultios crevit, & D. Burſerus communicavit.

LILIUM CONVALLIUM latifolium: radicibus eſt tenuibus, longis, repentibus; caule pedali, foliis ternis, viridibus, nervoſis, ſubrotundis, lævibus, palmaribus, uncias quatuor latis, baſi ſua caulem, fiſtulæ modo ambientibus: floribus magnis, albis, rotundis hiantibus, reflexis, & odoratis, quibus fructus rotundus, rubeus, ſemen durum continens, ſuccedit. In hortis quibuſdam colitur.

(t)

DE

DE CHELIDONIA ROTVNDIFOLIA.

CAPVT VI.

CHELIDONIA rotundifolia major: hujus radix fibroſa eſt, quibus aliquot oblongi teſticuli adhærent: foliis eſt ſubrotundis, craſſis, lævibus, ad foliorum Aſari magnitudinem accedentibus, ſed nonnihil quandoq; ſinuatis, pediculis ſemipalmaribus donatis & humi procumbentibus: cauliculo palmo minore, flos inſidet, calice triphyllo membranoſo ſuſtentatus, qui pallide luteus, magnus, vulgari quadruplo major, qui ex quinque vel ſex foliis, quorum ſinguli ad medium fiſſi ſunt, componitur, & ad ejus umbilicum ſtamina plura ruſeſcentia, conſpiciuntur: capitulum cum ſemine non vidimus. Monſpeſſuli locis humidis provenit.

DE MALVA.


CAPVT VII.

I. MALVA folio ficus: hujus folia ſunt nigricantia, aſpera & craſſa, quorum prima, modo in tres, modo in quinq; lacinias inæquales dividuntur: quædam in lacinias quinque profunde ſecta, ſine ordine ſinuata, & per marginem crenata ſunt, quorum laciniæ aliquæ palmares exiſtunt, & pediculis longiſſimis & piloſis donantur. Scapum ſive caulem ſimplicem aliquot cubitorum habet: flores & ſemina non vidimus, quia ante tempus. Argentinæ in horto Friderici Meyeri, ante annos viginti legimus.

II. MALVA folio vario: radice eſt alba fibroſa, caule rotundo, cubitali, in plures ramos brachiato, quem folia cingunt pallide virentia, inferne candicantia, craſſiuſcula & nonnihil lanuginoſa, ſed figuræ, in eodem ramulo, diverſę; quorum quædam Bryoniæ forma, quædam acuminata, duabus alis donata, quædam ſubrotunda, ungue minora, omnia tamen in ambitu ſerrata: flores quinquefolii purpuraſcentes, ſtaminibus in umbilico pallidis, pedicellis oblongis inſident: ſemen in capitulis folliaceis ſemicirculare ſuccedit. Argentina D. Saltzmannus miſit.

III. MALVA Americana: radicem habet oblongam, albam, fibroſam, caulem anguloſum, ſtriatum, lanugine levi obſitum; folia viridia, tenuia,

Malva folio vario.



plerunque ſemicircularia, uncias duas longa, tres lata, ſuperne anguloſa ſeu ſinuata, per ambitum leviter crenata, pediculis palmaribus, hirſutis donata, flores albidi una cum ſemine. Malvæ ſyl. pumilæ ſimiles ſunt. Hanc ante annos octodecim in horto D. Saltzmanni, Argentinæ, collegimus.

DE ALTHÆA.

CAPUT VIII.

I. ALTHÆA Bryoniæ folio: caule eſt cubito altiore, rotundo, lanuginoſo, albo; foliis Bryoniæ ſimilibus, in quinas lacinias ut plurimum diviſis, palmaribus & aliis multo minoribus, craſſis, nervoſis, lanugine nonnihil aſperis, parte inferna caneſcentibus & longis pediculis inſidentibus: flores habet purpuro-cæruleos, quinquefolios, ſuperne ſemilunatos, ſtaminibus rufeſcentibus donatos, quibus ſingulis capitulum foliaceum, planum, ſemen Altheæ ſimile continens, ſuccedit. Hanc in horto aluimus, quam tamen prius Altheæ arboreſcentis ſempervirentis nomine, D. Doldius: dein Altheæ Americanæ, D. Sprengerus, Heidelberga, miſit.

DE GERANIO.

CAPUT IX.

I. GERANIUM malacoides minus: plantula eſt duarum unciarum, in terram reclinata, radicula longiuſcula, exigua, foliolis malacoidi majori ſimilibus, ſed minimis, eleganter inciſis & longis pedicellis inſidentibus: floſculos parvos cæruleos habet, quibus capitulum roſtro tenuiſſimo longiuſculo donatũ ſuccedit. In agris circa Rhotomagum reperitur.

II. GERANIUM columbinum tenuius laciniatum: radicem habet oblongam, tenuem, fibroſam, rufeſcentem; ex qua cauliculi plures, palmares, rotundi, hirſutie nonnihil aſperi & reclinati prodeunt: folia, quæ unguem vix ſuperant, rotunda ſunt, in lacinias quatuor primum, & hæ in alias, diviſa, & longis pediculis hirſutis prædita: ad cauliculorum latera, floſculi communiter bini, ſinguli ſingulis pedicellis inſident, parvi, cærulei, quibus capitula parva roſtrata, ſive utriculi tumentes roſtrati ſuccedunt, & ubi ſemen maturuit, utrinque cum utriculorum mucronibus, quaſi capreolo inſidens, modo geminum, modo ternum, ad roſtri apicem, quod adhuc ſupereminet, reflectitur, quod in aliis quibuſdam Geraniis etiam obſervavimus. Hoc Monſpeſſuli in ſylveſtribus reperitur.

III. GERANIUM cicutæ folio acu longiſſima: caulibus eſt bicubitalibus, hirſutis, aſperis, anguloſis: in varios ramos brachiatis: foliis Geranii moſchati ſive Cicutæ modo diviſis: floribus ſubpurpureis, vel violaceis, quinquefoliis; cuilibet acus uncias quinque longa, hirſuta, ſuccedit, quæ ex utriculo hirſuto quinquefolio, apicibus donato, ſemen continente, prodit, quod per maturitatem exilit, & cum utriculorum mucronibus ſurſum primum, dein deorſum, alioque modo circumvolvitur. Hoc Monſpeſſuli legimus: in Valeſia etiam reperitur.

DE ALCHIMILLA.

CAPUT X.

ALCHIMILLA alpina quinquefolia: radicem habet oblongam, nigricantem, fibras plures de ſe mittentem, ex qua folia aliquot parva, longis pediculis donata & glabra prodeunt; quæ in quinque lacinias ad pediculum, hæque in profundas crenas dividuntur, inter quæ pediculi bini, ternive, tenues, glabri, trium, quatuorve unciarum longi, reclinati: quorum ſummitatibus floſculi vulgari Alchimillæ forma & colore ſimiles, trifolii, pallidi ac herbacei, ſinguli ſingulis minimis pedicellis donati: quaſi umbellæ inſident. In monte S. Bernhardi majoris & Gotthardo, locis humidioribus, Auguſto florens, reperitur.

DE CANNABINA.

CAPUT XI.

CANNABINA aquaticæ ſimilis capitulis nutantibus: radicibus eſt fibroſis, Ellebori nigri ſimilibus, caulibus pluribus, cubitalibus, hirſutis, in varios ramos ſciſſis: ad ſingulos ramos folium unum longum, latum, quandoq; ſerratum, piloſum: ramuli juxta florem pulchre contorquentur, folia plura habet ſatis longa, ſtellæ inſtar diſpoſita, in quorum medio flos deorſum nutans, ex multis veluti ſquamis compoſitus, in cujus medio multi apices lutei: ſemen ut in Cannabina aquatica. Hanc in humidis Michelfeldenſium invenimus.

DE CARYOPHYLLATA.

CAPUT XII.

CARYOPHYLLATA alpina minor: radicem habet craſſam, oblõgam, repentem, fibris donatam & cortice purpuraſcente tectam: folia craſſa, hiſpida, in lacinias diviſa, in ambitu ſerrata: inter quę caulis unus vel alter, rotundus, hiſpidus, paucis foliis veſtitus, palmo minor: cujus ſummitati flos unicus ſatis magnus, aureus, cum exiccatur ruſeſcens, quinquefolius, multis ſtaminibus donatus: cui villoſa congeries cum ſemine ſuccedit. Hæc in ſummitatibus Baldi collecta.

DE PÆONIA.

CAPUT XIII.

PÆONIA flore pallido hirſuto: huic ex radice aliarum ſimili, caules anguloſi, læves, exurgunt: folia, quorum pediculi nonnihil piloſi ſunt, in ternas lacinias, & harum una rarius in binas diviſa, mucronata, inferne brevi lanugine pubeſcentia & candicantia, ſuperne virentia quidem, ſed non ſplendentia, multis venis à medio nervo in latera excurrentibus: caules ſinguli florem unicum, reliquis minorem palleſcentem, ochrive colore, ſimplici octo foliorum ſerie conſtantem, multis ſtaminulis albis præditum, ſuſtinent. In quibuſdam hortis obſervavimus.

DE QUINQUEFOLIO.

CAPUT XIV.

I. QUINQUEFOLIUM album majus: radice eſt craſſiuſcula, rufa, foliis in quinque lacinias ſubrotundas uſque ad pediculum diviſis, in ambitu ſerratis, pauciſſimis & breviſſimis pilis aſperſis, longiſſimis & hirſutis pediculis inſidentib. inter quæ caulis paucis pediculis, anguloſus, paucis pilis donat⁹, foliis veſtitus, exurgit, & in ramulos binos, & hi in ſummo in plures alios dividuntur: quorum ſingulis flos albus, ſatis magnus inſidet, qui ex foliis quinque in ſummo diviſis, compoſitus eſt: in cujus medio, veluti parvus pappus, unde plura ſtaminula ruſeſcentia efferuntur. Hoc in mœniis urbis Wallſtatt Helvetiorum, collectum.

II. QUINQUEFOLIUM album minus: radice eſt nigricante parva, cauliculis piloſis, erectis, palmo minoribus, in ſummo diviſis: foliis unguem latis, in quinque lacinias, extremis oris ſerratas, diviſis, & brevibus pedicellis inſidentibus: floribus eſt prioris Quinquefolii ſimilibus, ſed minoribus. Hoc in ſaxoſis circa Curiam Rhætorum reperitur.

III. QUINQUEFOLIUM montanum luteum erectum hirſutum: ex radice nigricante cauliculi & folia exurgunt: cauliculi quidem tenuiſſimi & ſeſquipalmares, in ſummo multifidi, & molli lanugine pubeſcentes: folia inferiora, longiſſimis pediculis donata, in ſeptem (at quæ in caule in quinque) lacinias profundas, diverſæ longitudinis, per oras ſerratas, piliſque donatas dividuntur: quæ parte inferna, ut in vulgari ruſeſcunt, tantillum incana ſunt, non tamen ſplendent: flores habet parvos, aureos, quinquefolios, multis brevibus & croceis ſtaminulis donatos, quibus capitulum aliorum more, ſemen minutum continens, ſuccedit. In montis Crentzacenſis ad patibulum aſcenſu, provenit.

IV. QUINQUEFOLIO ſimilis enneaphyllos hirſuta: radicem habet craſſam, nigricantem, in longas fibras abeuntem, à qua cauliculi plures, ad exortum quaſi conglobati, per terram ſparſi, capillacei, multifidi, tres, quatuorve uncias longi, prodeunt: foliis eſt oblongis pedicellis donatis, in novem lacinias anguſtiſſimas, per marginem inciſas, & hirſutie villoſas, diviſis: floſculi parvi, aurei, & capitula parva quinquefoliorum modo à pedicellis ſuſtinentur. Ex Helvetiorum alpibus.

DE FRAGARIA.

CAPUT XV.

FRAGARIÆ affinis ſericea incana: radice eſt lignoſa, nigricãte, ad quam folia plura, Fragariæ ſyl. ſimilia, ſed longe minora, unguem non æquantia, craſſa, utrinque incana, molli & ſericea lanugine tecta, in tres lacinias ad pediculum uſque diviſa & ſuperne crenata: ramulos habet breves, reclinatos, flores parvos, luteos, ſtellatos ſuſtinentes, quibus capitulum, calice quinquefolio ſuſtentatum, minutum ſemen continens, ſuccedit. Hanc ante annos circiter

quadraginta à Ioan.Bauhino fratre p. m. nomine Leucas adverſariorum: & ante quadriennium,à D.Albino, qui etiam in ſaxoſis Granadæ collegit,ſine nomine accepimus.

DE TRIFOLIO.

CAPUT XVI.

I. TRIFOLIUM montanum purpureum folio acuto crenato: cauliculis eſt pedalibus, firmis,rectis: foliis rarioribus,ternis ab uno exortu prodeuntibus,oblongis,anguſtis,nervoſis, acutis ſurſumq; ſpectantibus, in ambitu dentatis,aliquando profundius inciſis: in cauliculi ſummo,flores purpurei, quaſi in globo conferti: quod in montoſis pratis, Majo, Iunioque florens,reperitur.

II. TRIFOLIUM montanum purpuraſcens folio obtuſo crenato: hoc caule eſt ramoſiore,foliis oblongis, anguſtis, ſed obtuſis & ſuperne utrinque crenatis, cujus ramuli, frequentioribus & anguſtiſſimis foliis, donantur: flores, quam in priore rariores& purpuraſcentes:in pratis montoſis circa Genevam.

III. TRIFOLIUM montanum lupulinum: hoc ramis eſt cubitalibus, glabris: foliis rarioribus, parvis,ſubrotundis, leviſſime denticulatis, longiſſimis pediculis donatis: rami faſtigio,capitulum lupuli forma, ſed oblongum, ex floſculis ſpadiceis compoſitum, inſidet: quod in montibus ſupra Ilfeldam provenit,ubi D.Furerus collegit & transmiſit.

IV. TRIFOLIUM capitulo ſpumoſo lævi: radice eſt alba,oblonga,fibroſa &capillata, cauliculis multis humi ſparſis, tres,quatuor, rarius ſex uncias longis,foliolis parvis,ternis,oblongo petiolo hærentibus,per marginem acutiuſcule crenatis: floribus parvis luteis, quibus capitula incana, veluti ex pluribus veſiculis ſibi invicem inſidentibus compoſita, ſpumamque referentia, ſuccedunt,quibus ſemen palvum, rotundum & planum incluſum eſt. Hoc circa Neapolim Italorum,in maritimis:circa Monſpelium, in agris & luco Gramuntio reperitur.

V. TRIFOLIUM capitulo ſpumoſo aſpero majus:radice eſt oblonga,fibroſa,caulibus bicubitalibus,tenuibus,flexibilibus, à vicinis fruticibus ſuſtentatis:foliis rotundis, trifolio vulgari ſimilibus crenatis,prælongis pediculis donatis:inter quæ pediculi nudi,palmares,quandoque pedales efferuntur, qui ſinguli capitulum ſubrotundum,nonnunquam parvæ avellanæ magnitudine ex floribus aureis compoſitum, ſuſtinent; hos folliculi membranacei ſibi invicem incumbentes, nonnihil à quibuſdam filamentis exaſperati, ſequuntur.Hoc in Salicetis Michelfeldę Huningam verſus,iis ſe ſuffulciens,reperitur.

VI. TRIFOLIUM capitulo ſpumoſo aſpero minus: hujus radix transverſim fertur & fibris capillaceis terræ infigitur; ramulis ſuis per terram repit, à quibus pediculi biunciales & triunciales,nudi eriguntur,qui capitulum parvum, ſubrotundum, ex rufeſcentibus floribus compoſitum,ſuſtinent,quibus capitulum, quaſi ex veſiculis pluribus compoſitum, ſubaſperum & initio virens, minutum ſemen ſubrufum continens,ſuccedit; folia parva ſunt,rotunda & crenata: hoc apud nos ad Rheni ripam, herbido & arenoſo loco,juxta Batt/ & circa Monſpelium, provenit.

VII. TRIFOLIUM capitulis Thymi: radice eſt oblonga,alba,tenui,capillacea: cauliculis ſemipalmaribus,humi ſparſis: foliolis ternis obtuſis, uni petiolo inhærentibus,in ambitu ſerratis,cujus virgulis capitula rotunda,ut in Thymo, floſculorum rufeſcentium inſident, quæ per maturitatem indurantur, minutumque ſemen ſubrufum continent. Monſpeſſuli locis ſiccioribus provenit.

VIII. TRIFOLIUM capitulo oblongo aſpero: & hoc radicem habet capillaceam albam, cauliculos plures pedales,læves,rotundos,& quaſi articulatos,paucis foliis rotundis veſtitos:ex ſingulis articulis floſculi plures ſimul juncti,iique lutei,prodeunt; his ſuccedunt capitula oblonga, pluribus quaſi ſpinis recurvis donata & per maturitatem exaſperata, quibus ſingulis folium tripartitum ſubjicitur:& hujus,quemadmodum & prædictorum, ſemen exile eſt.Patavij,in edito monte prope Arqua, quod longe minus altero,quod Monſpeſſulo habemus,legimus.

IX. TRIFOLIUM cochleatum folio minuto obtuſo fructu latiore: radice eſt oblonga tenui,cauliculis aliquot tenuibus, rotundis, palmaribus, in terram reclinatis: foliolis trifolii,ſed minimis lente minoribus, obtuſis & tenuiſſime crenatis: floribus parvis, luteis, oblongis pedicellis inſidenti-

denti-

dentibus: fructu lato, compreſſo, aliquot circumvolutionibus in ſpiras cochleæ modo converso, ſemen planum, recurvum & rufum, continente. Hoc æſtate florens in montibus Euganeis & Monſpeſſuli legimus.

X. Trifolium cochleatum polycarpon: hoc ramis eſt pedalibus, glabris & ſtriatis: foliis trifolio vulgari ſimilibus, longis pediculis donatis, ſingulis petiolis unguem latis, tenuibus, ſubrotundis, minime crenatis: pediculorum extremis floſculi parvi, flavi inſident; quibus ſuccedunt fructus plures, quini ſeni, quaſi conglobati, ſed parvi, in ſpiras convoluti & ſpinulis mollioribus donati: quod in Italia collegimus.

2. Huic ſimile eſt alterum, ſolum foliis à priore differens, quorum quædam ſubrotunda, pleraque acuta, omnia tamen per marginem inciſa, vel crenata.

XI. Trifolium cochleatum echinatum minus: ex radicula prælonga capillacea, cauliculi plures tenues, fragiles, repandi, palmares prodeunt, foliolis trifolii, ſed parvis, iiſque obtuſis & crenatis, cincti: floſculis eſt parvis, aureis, communiter uno (rarius pluribus) oblongo pedicello capillaceo inſidente, cui folliculus cochleæ modo circumvolutus, minimis ſpinulis exaſperatus, plerumque unus, iſque parvus (rarius terni, quaterni uno pedicello donati) ſuccedit, ſemina parva, plana, ſemilunata, rufa, continens. Ex Italia habemus.

XII. Trifolium fructu duro, ſpinis horrido: caulem habet pedalem, recurvum, per terram ſparſum, foliis raris, ſubrotundis & ſuperne crenatis cinctum: florem luteum, fructum Tribuli terreſtris inſtar durum, ſed rotundum & majorem, eumque plerumque geminum, per maturitatem album; multis ſpinis horridum. Monſpeſſuli legimus.


XIII. Trifolium folliculis coronæ ſimilibus: radicula eſt capillari, cauliculis aliquot, nonnihil hiſpidis, ramoſis, palmo minoribus, foliis trifolii minutis, obtuſis & crenatis, cincti: floſculis luteolis, oblongis pedicellis donatis, quos ſequuntur foliculi minimi, ſibi inſidentes & formam coronæ regiæ referentes.

Monſpeſſuli provenit.

Trifolium peltatum Creticum.



Trifolium ſpinoſum Creticum.



XIV. Trifolium peltatum Creticum: ex radice tenui, oblonga, fibroſa, cauliculi exurgunt palmo minores, pede nudi, foliis parvis, tripartito diviſis, parum crenatis, oblongis pediculis donatis, veſtiti: cauliculorum ſummis floſculi quaterni, quinive ordine ſuccedentes, forma Ornithopodii, luteo-pallidi inſident: quibus ſiliquæ luteæ, planæ, membraneæ, quaſi ſemicirculares, in filamentum abeuntes, ſemen unum vel alterum parvum compreſſum continentes, ſuccedunt: quæ dum molles ſunt, dulciſſimæ, eſui aptæ, at ubi induraverint, amariſſimæ. Hoc ruſticis in Creta, *μαστερίαν* dici, D. Honorius Belli auctor eſt, qui Trifolii Cretici odorati nomine miſit.

XV. Trifolium ſpinoſum Creticum: radicem habet oblongam, capillatam, caules plures, palmares, & ſeſquipalmares, verſus terram reclinatos, anguloſos, in frequentes ramulos brachiatos, frequentibus geniculis, ex viridi purpuraſcentibus cinctos: ramulos cingunt, utrinque ex oppoſito ſibi reſpondentia, tria folia uni petiolo inhærentia, viridia, oblonga, acuminata, in minimam ſpinam abeuntia: quemadmodum etiam ad ſingula genicula, ſpinæ quatuor parvæ aduncæ ſuperne binæ, totidem inferne adpoſitæ ſunt: unde brevis pediculus exurgens, florem ſingularem, quinquefolium, Campanulæ arvenſis forma & colore (ſive purpuro-cæruleum) ſimilem, capitulo viridi inſidentem, ſuſti-

ſuſtinet, in cujus medio ſtamina decem, apicibus luteis prædita, capitulo inter ea latente conſpiciuntur: quod capitulum poſtmodum quinque angulis donatur, ſtyloque prominente augetur, & per maturitatem petiolo incurvato ramis ſe recondit, & in ſingulis angulis, ſemen unicum compreſſum, rufum, continet. Hoc primum, nomine Trifolii ſpinoſi ſempervirentis Ciſti flore, Patavio à Laurentio Roſenavv accepimus, poſtmodum apud fratrem Ioh. Bauhinum p.m. Montembelgardi collegimus, cujus ſemen ὀρειτοχόρτου nomine miſſum fuerat.

XVI. Trifolium ſtellatum: ex radice alba, tenui, oblongiuſcula, capillata, cauliculi prodeunt, modo pauciores, bini, terni, modo plures, quini, ſeni, ſepteni, ſemipalmares, palmares, rarius longiores, rotundi, lanuginoſi, incani, quandoque rufeſcentes, inanes, rariſſime in alas diviſi: folia habet parva, Trifolii modo diviſa, mollia, villoſa, in ſummo ſinuata, & ad radicem oblongis pediculis donata, duobus aliis ad pediculum nexum adnatis: cuilibet cauliculo, ſpica rotunda, ex floribus oblongis, rubris, rarius luteis, compoſita inſidet: qui ubi delabi incipiunt, ſpica magis orbiculata redditur, quaſi ex pluribus ſtellis ſimul junctis compoſita foret: etenim flori cuilibet capſula (vel utriculus) oblonga, villoſa, in quina, oblonga, acuminata foliola abiens, ſuccedit, quæ ſemen ut plurimum unicum, idque rufum & planum continet. Hoc Monſpeſſuli, Majo menſe collegimus: at per omnia minus, ex Hiſpania accepimus.

XVII. Trifolium globoſo flore, vel capitulo Lagopi rotundiore: radicem habet longam, fibroſam, capillaceam, albam: caules plures, tenues, rotundos, palmo minores, quandoque pedales, in ramulos leviter hirſutos diviſos: quos folia parva tripartita, nonnihil piloſa, per ambitum crenata cingunt, quibus juxta pediculum communiter duo alia ſubjiciuntur: cauliculorum ſummis, flores parvi, lutei inſident, quibus capitulum rufeſcens, ſphæricum, ex apicibus aſperis compoſitum, ſuccedit: Majo menſe, Monſpeſſuli circa Caſtelnovum copioſe provenire obſervavimus.

XVIII. Trifolium globoſum repens: radice eſt exili, capillacea, rufeſcente, cauliculis aliquot per terram ſparſis trium quatuorve unciarum, mollibus, lanuginoſis & rufeſcentibus, foliolis paucis ſuperne ſinuatis: caulicorum ſummis capitulum globoſum, plurimis apicibus villoſum, inſidet: floſculis enim rufeſcentibus, utriculi, pluribus apicibus rufeſcentibus donati ſuccedunt, quorum ſinguli ſemen minutum includunt. Monſpeſſuli in loco Gramuntio, & juxta caſtrum Epiſcopi, provenit.

XIX. Trifolium ſaxatile hirſutiſſimum: radici lignoſæ, transverſim repenti, rufo cortice tectæ, quaſi truncus ex multis plantulis ſimul junctis, caule carentibus, inſidet, tota planta duas tresve uncias non ſuperante: folia habet Trifolii parva, mollia, incana & velut argentea, ſuperne crenata, & pedicellis breviſſimis inſidentia: inter ipſa folia, capitula parva, rotunda, longiuſculis pedicellis donata, in quorum medio, pili breves, molliſſimi, flaveſcentes, conſpiciuntur: nec florem nec ſemen vidimus, & in Helvetiorum altiſſimis jugis legimus.

XX. Trifolium alpinum flore magno radice dulci: radice eſt longa, craſſa, cortice palleſcente tecta, medulla candida dulci, multis capillis tecta & fibris aliquot oblongis donata, ex qua cauliculi plures in terram reclinati prodeunt, quos folia trifida, oblonga, anguſta & glabra, paucis & ad tactum ſenſibilibus crenis, & oblongis pediculis donata: inter quæ pediculus communiter unus (quandoque duo) lævis & nudus, trium quatuorve unciarum, exurgit, cujus ſummitati flores Aſtragalo ſive Onobrychidi forma ſimiles, purpuraſcentes, magni, octo vel decem, quaſi ſpicæ orbiculati inſident: qui ſinguli ex calice oblongo, quinis apicibus donato prodeuntes, ſingulos pedicellos obtinent.

Hoc primum ex Bernatum alpibus, ante quadraginta annos habuimus: dein, in planitie Horti Dei apud Monſpelienſes, menſe Iunio cum floribus, ſed illo multo majus, legimus. Radix ſapore eſt Glycyrrhizæ, hinc forte Glycyrrhiza Aſtragaloides, vel Aſtragalus dulcis dici poſſet: ex Hiſpania Glycyrrhizæ Hiſpanicæ nomine accepimus.

XXI. Trifolium corniculatum minus piloſum: radicula eſt capillacea, cauliculis pedalibus, tenuiſſimis, rufeſcentibus, ſubtiliſſimis pilis aſperſis, foliis parvis, acutis & hirſutis, in brevi pediculo ternis, duobus aliis ad pediculi nexum adnatis, ex quorum alis, pediculi longi capillacei exurgunt, floſculum unum, vel alterum, coloris ad croceum vergentis, ſuſtinentes: quibus ſingulis, ſiliquæ oblongæ, ſtrictiſſimæ, modo una, modo duæ, minutiſſimum ſemen continentes ſuccedunt. Hæc Monſpeſſuli in ſylvulis, & pratis inter montem Lupi & Calcaris provenit.

XXII. Trifolium corniculatum fruteſcens, tenuiſſimis foliis: caulibus eſt tenuibus, viridib. glabris, pedalibus, in plures ramos palmo minores, brachiatis: foliis ut in priori, ſed anguſtiſſimis, cinctis: cauliculorum ſummitatibus, quemadmodum & pedicellis, ex foliorum alis, prodeuntibus, floſculi bini, terni, rarius quini in orbem diſpoſiti lutei coloris, inſident: quos ſiliquæ binæ, ternæ breviores & craſſiores, quam in priore, in longum apicem deſinentes, in quibus ſemina exigua, ſequuntur. Monſpelio habemus, quemadmodum etiam ex Italia: at hoc minus eſt, foliis & ſiliquis paulo latioribus, inque breviorem apicem deſinentibus.

XXIII. Trifolium anguſtifolium repens, folliculis rotundis: radicem habet albam oblongam, tenuem capillaceam, à qua cauliculi plures ſemipalmares, rarius palmares, per terram ſparſi, utrinque prodeunt: circa quos foliola oblonga tribus petiolis pediculo inſidentia, quę levia ſunt & per marginem crenata: ex quorum alis pediculi emergunt tenues, oblongi, quibus flores parvi, luteoli octo, novem, decem & quandoque plures alternatim diſpoſiti affiguntur: his totidem folliculi rugoſi, ſinguli ſemen unum continentes, ſuccedit. Hoc Monſpeſſuli in arvis, & ad pedem montis Lupi D. Saltzmannus legit.

XXIV. Melilotus Hiſpanica foliis maculatis: ex radice parva, ramuli palmares, aliquando pedales, tenues emergunt, quos ambiunt folia bina hinc inde, ex quorum alis petiolum prodiens, tria folia ſuſtinet, obtuſa, atrovirentia, & ob venas candidas per ea diſcurrentes, maculata: flores parvi, pallidi. Hæc in montibus Caſtiliæ frequens eſt, unde D. Albinus attulit.

LIBER

LIBER NONVS.

DE RVBIA ET GALLIO.

CAPVT I.

I. RUBIA montana anguſtifolia: radicem habet rufeſcentem,fibroſam,caules cubito altiores,leves,rotundos,ſtriatos,geniculatos: folia ad quodlibet internodium oblonga,anguſta,Gallii forma ſena,ſeptena,in orbem diſpoſita & rigidiuſcula caulem ambiunt: ad internodia, breviſſimi ramuli exurgunt, ipſe vero caulis in ramulos plures brachiatur, quorum ſummis, floſculi frequentes,albi quadrifolii inſident, quibus ſemina minuta rotunda, quodlibet ſuo pedicello donatum, ſuccedunt. Hanc apud nos in aſperis collibus legimus: quam & Monſpelio,ſed foliis ſubtilioribus,brevioribus,& aſperiuſculis, quemadmodum quoque ex Auſtria,apud quos hinc inde in petris reperitur,habemus. Hanc, Geſnerus in lib. hortorum Germaniæ nomine Rubiæ Sylvaticæ longioribus & anguſtioribus foliis, nulla deſcriptione addita,forte intellexit.

II. RUBIA pratenſis lævis acuto folio: ex radice caulis cubitalis,lævis,quadratus,rufeſcens, geniculatus, canus, & communiter unus exurgit,ex cujus nodis ramuli ſemipalmares prodeunt,quorum ſummis floſculi plures quadrifolii, pallidi (ſemen non conſpectum) inſident: folia lævia quaterna,uncialia,in acumen abeuntia,ad quemlibet nodum in orbem diſpoſita ſunt.Hæc apud Valeſianos in pratis ad thermas Leucenſes nata,quam etiam in pratis Lipſenſibus reperiri, relatum fuit.

III. RUBIA quadrifolia rotunda lævis: ex radice capillacea rufeſcente,cauliculi tenues quadrati,geniculati,palmo altiores, quorum aliqui in ramos brachiati exurgunt: ad ſingula genicula folia quatuor rotunda, nervoſa, tantillum aſpera in orbem diſponuntur:extremis cauliculorum, floſculi albidi,quadrifolii, pedicellis capillaceis inſident, quibus capitulum parvum, geminum,aſperiuſculum,ſuccedit. In montibus Helvetiorum,ut Gotthardo, & ad Eremitanos provenit: hanc & circa Argentinam creſcere dicunt.

IV. RUBIA anguſtifolia ſpicata: à radice ſubrufa,lignoſa,& paucis fibris capillata, cauliculi exeunt quadranguli,nodoſi, palmares, ramulis ad nodos ex adverſo naſcentibus præditi,& nodos:folia plura capillacea,ut in Polygono Knaul dicto,ſurſum ſpectantia:in orbem ambiunt:cauliculi in longam tenuemque ſpicam,ex utriculis parvis acuminatis compactam,abeunt: flores & ſemina non vidimus. Monſpeſſuli in collibus naſcitur.

V. RUBEOLA arvenſis cærulea repens: radice eſt oblonga,tenui,capillacea,rubra,cauliculis in terram reflexis,quadratis, geniculatis, ſemipalmaribus,rariſſime pedalibus:ad quodlibet geniculum folia habet parva, ſubrotunda, quina, ſena,in orbem diſpoſita,aſperiuſcula,& in acutiſſimum apicem deſinentia: ex geniculis hinc inde prodeunt pedicelli, quibus quina, ſenave ſimiliter folia inſident: ex his quemadmodum in cauliculorum ſummis,flores parvi cærulei, vel ex cæruleo purpuraſcentes, quinquefolii inſident; quibus ſemina oblonga, acuminata, ſena, octena, binis tamen ſimul junctis ſuccedunt. Hæc paſſim in agris noſtris, etiam autumno florens occurrit, quam forte Rubiolæ arvenſis nomine Camerarius in ſuo horto,nulla deſcriptione addita,intellexit.

VI. RUBEOLA ſaxatilis: plantula eſt tota incana,ſemipalmaris, cauliculo tenui, quadrato, geniculato,in unciales ramulos brachiato: folia parva,aſpera,anguſta, acuminata, communiter octo, rotæ modo diſpoſita habet: ramulorum ſummis floſculi plures, exigui, quadrifolii, apicibus & minimis pedicellis donati, luteoli, ſi recte recordor,inſident. In ſaxoſis Gallo provinciæ.

VII. RUBEOLA maritima aſpera: radice eſt oblonga,tenui,repente & rufeſcente: cauliculis

T pluri-

pluribus geniculatis. biuncialibus, per terram ſparſis, & capillaceis fibellis terræ affixis, foliolis plurimis, brevibus, acuminatis, virentibus, & aſperis, cauliculos inordinate cingentibus: floſculis minutis, pallidulis. Hæc copioſe in littore maris Mediterranei, non longe Monſpelio, & etiam Maſſiliæ occurrit.

VIII. Rubia cynanchica ſaxatilis: ex radice alba, oblonga, tenui & fibroſa, cauliculi plurimi, trium, quatuorve unciarum longi, foliolis plurimis, oblongis, anguſtiſſimis, & viridibus, veſtiti, exurgunt: & inter hos pediculi bini, terni, palmares, graciles, in ramulos diviſi, & pauciſſimis foliolis veſtiti, quibus flores, ut in Cynanchica vulgari, pallide rubeſcentes, ſinguli ſingulis pedicellis donati, inſident. Hæc in ſaxoſis udis circa Valentiam Delphinatus, à D. Burſero collecta fuit.

Gallium latifolium glabrum: radice eſt tenui, repente, geniculata: cauliculis tenellis, quadrangulis, geniculatis, palmo minoribus: foliis è ſingulis internodiis quaternis, decuſſatis, glabris, inſtar plantaginis nervoſis, pallide virentibus, & ſeſquiuncialibus: flores habet parvos, cauliculos verticillatim coronæ modo ambientes, luteos, brevibus pediculis donatos. Hoc circa Bononiam inter ſentes, tota æſtate reperitur.

Thalictrum anguſtiſſimo folio.



DE THALICTRO.

Caput II.

I. THALICTRUM anguſtiſſimo folio: radice eſt flaveſcente, ex aliquot fibris oblōgis, craſſiuſculis, compoſita: caule bicubitali, lævi, rotundo, profunde canaliculato, & geniculato: ex quolibet geniculo folia plura prodeunt, in plures oblongas, & pleraſque anguſtiſſimas, tandem & ternas lacinias, ſecta: at caulis, in faſtigio in ramulos dividitur, in quibus flores plures muſcoſi, pallidi, ad luteum vergentes, velut in oblonga ſpica diſpoſiti, quos valvulæ tenues, parvæ, minutiſſimum ſemen continentes, ſequuntur. Hoc in pratis Michelfeldenſibus æſtivis menſibus floret, quod Rutam pratenſem majorem quintam Tabernæmontani eſſe, minus recte ſuſpicati ſumus.

II. Tha-

II. Thalictrum minimum fœtidiſſimum: caule eſt pedali rotundo, in ramulos diviſo: foliolis pluribus in tres lacinias diviſis, anterius duabus inciſuris denticulatis, ſuperne atrovirentibus, inferne palleſcentibus: in ramulorum faſtigiis floſculi parvi, muſcoſi, ex plurimis ſtaminulis compoſiti, quibus ſuccedunt exiguæ valvulæ, oblongæ, ſenæ, ſeptenæ, ſtriatæ, apice incurvo donatæ, ſibique invicem junctæ, capillaceo oblongo pediculo inſidentes, ſemen exiguum includentes. Tota planta odorem fœtidiſſimum ſpirat, & in Valeſia reperitur.

Simile, ſed caule ex puniceo colore purpuraſcente, Thalictri maritimi minimi nomine, D. Gillenius miſit.

DE FABA ARBORESCENTE.

Capvt III.

Fabarum differentiæ plures dantur, at ſolum Fabæ arboreſcentis hoc loco meminiſſe lubet. Fabæ arboreſcentis Anglicæ nomine, ſpecies ſex Amſtelrodamo, à D. Jacobo Guilhelmi Hooft anno 1614. una cum quamplurimis aliis fructibus exoticis accepimus: quarum prima lata, compreſſa, cordis humani figuram refert: ſiquidem circa umbilicum veluti ad baſim ſinum habet ſemicircularem, & ſenſim ex rotunditate in obtuſum apicem deſinit; cortice ruſo, ſplendente tegitur, cujus interior pars, ſive caro ſubjecta, rufa, dura, denſaque exiſtit: quoad magnitudinem, uncias tres lata, & quatuor longa eſt, & in duas partes finditur.

Altera priore minor eſt, magis compreſſa, figuraque magis rotunda, & parte ſuperiore non ſecus, quam prior, profundum umbilicum ſemicircularem obtinet, & multo quam aliis partibus craſſior: cortice eſt nigro, ſtriato, tenuiore, & carne pauciore.

Tertia, priore adhuc minor, magiſque plana, atque compreſſa, etiam nigro cortice tecta, uncias duas lata, tres longa, & parte ſuperiore umbilico, non ut in duabus prioribus ſemicirculari cavo, ſed oblongo.

Quarta, à proxima ſolum craſſitie, & corticis colore ſpadiceo, differt.

Quinta, colore quidem, cum quarta convenit, ſed quadruplo craſſior eſt, & aliquo modo os Scapulæ refert: ſiquidem ad umbilicum, ubi unciam craſſa, ſinus pollicis unguis latitudinem æquans, acetabulum Scapulæ refert, utrinque coſtas tenues obtinet: nam ſenſim oblongatur, in fine rotundatur, & ad latera ſenſim anguſtior redditur: at per medium linea extuberat.

Sexta, lata eſt, & compreſſa humani unguis ſimilitudine, & magnitudine, nigro cortice tecta, ſuperne umbilicum parvum cavum obtinente.

DE PISO.

Capvt IV.

Pisum umbellatum: & Piſorum differentias præterire lubet, & ſolum Piſi umbellati hiſtoriam brevem ſubjicere. Hoc caulibus eſt longis, ſtriatis, fiſtuloſis, fragilibus, ramoſis, & per maturitatem albis: foliis aliquot oblongis, uni coſtæ adverſo ſitu adnatis, quæ parte extrema, capreolorum modo in claviculas, quibus ſe vicinis implicat, deſinit: flores habet albos, circa umbilicum purpurea nota inſignitus, in ſummitate caulium velut in umbella diſpoſitos: hic ſuccedunt ſiliquæ duarum unciarum, in formam umbellæ ſituatæ, in quibus Piſum rotundum, album, communiter unum, vel duo, rarius tria, vulgaribus majora, continentur. Germanis, apud quos licet rarius, in hortis colitur, Büſchelerbs/id eſt, Piſa in faſciculum juncta, appellantur.

DE CICERE.

Capvt V.

I. Cicer montanum ἄκαυλον: radice eſt longa; in profundum, niſi fiſſilium lapidum interventu prohibeatur, deſcendente; à qua exurgunt pediculi palmares, tenues, hirſuti, utrinque foliis duodenis, & pluribus ſubrotundis, ſed nonnihil, quam in Cicere ſativo longioribus, marginibus hirſutis, modo æqualiter, modo inæqualiter ex adverſo naſcentibus, folio tamen extremo impari, veſtiti: floſculi ad radicem oblongiuſculi, pallidi, forma ad florem Loti tetragonoboli accedente: his ſuccedunt ſiliquæ prætumidæ, duabus valvulis conſtantes, ſemine reniformi, Medicæ in morem flaveſcente, prægnantes. Vernis menſibus floret, in monti-

bus Thuringiæ circa Northuſam, unde D. Fure- rus anno 1616. tranſmiſit.

II. Cicer montanum lanuginoſum erectum, ramis eſt pedalibus, rectis, rotundis, molli lanugine hiſpidis, in ramos ſemipalmares, etiam multo minores brachiatis; in quibus folia Viciæ ſylv. forma longa, modo latiora, modo anguſtiora, mollia, levi lanugine obſita, dena, duodena & totidem ex adverſo eidem coſtæ inhærentia, extremo ſemper imparem numerum faciente: ramulorum apicibus ſpica florum pallidorum & hirſutorum inſidet, quos ſequuntur ſiliquæ oblongæ, lanuginoſæ, in exiguum filamentum recurvum deſinentes, quæ ſemen nigrum minutum continet.

Hoc anguſtioribus foliis, in Valeſia ad Thermas Leucenſes, Iulio florens reperitur: at quod foliis paulo latioribus eſt, Ciceris montani erecti Thuringiani nomine, à D. Furero, & Ciceris aſtragaloidis erecti Francenhuſanorum à D. Jungermanno accepimus, quod in montibus Francenhuſanis copioſe reperiri ſcripſere.

DE LUPINO.

Caput VI.

Lupinus cæruleus major villoſus: radice eſt lignoſa rufeſcente, fibroſa: caule cubitali, firmo, rotundo, ſtriato, molli lanugine obſito (nam in hoc longe major eſt hirſuties, quam in aliis Lupinis) in ſummitate in paucos ramulos diviſo: ramulis quandoque etiam ſubalaribus, rudimenta floris futuri habentibus, qui raro noſtro cœlo perficiuntur: folia ſeptena, octena, molli lanugine obſita, &, quam in cæteris latiora, ſtellæ in modum diſpoſita, pediculis villoſis, tres, quatuorve uncias longis inſident, quæ decidua ſunt, maxime ubi ſemen perfici incipit: flores magni ſunt, eleganter cærulei, & inodori (rarius floribus eſt incarnatis) ſemper quini in ordine ceu verticillatim diſpoſiti; ita ut quamplurimum quatuor, raro quinque ordines conſpiciantur: & quo planta perfectior fit, eo etiam magis à ſe invicem diſtinguuntur, & quintus ordo plerumque perit, dum inferiores ſemen perficere ſtudent: ſiliquæ ſequuntur hirſutæ, unciam latæ, duas longæ, ſed paucæ, cum ex quinque ordinibus vix binæ ſingulo ordine proveniant (quod raritatem & peregrinam plantæ naturam oſtendere videtur) quæ ſemen vulgaribus majus compreſſum, & rufeſcens, quandoque ſtriis variegatum, continent. Hujus ſemen anno 1595. Lupini Indici nomine, D. Doldius Norinberga, ipſam vero plantam Lupini Cretici appellatione, D. Springerus Heidelberga miſit: quem Lupinum quartum, Cluſius in poſtrema hiſtoria facere videtur.

II. Lupinus minimus: ex radicula oblonga capillacea, cauliculus tenuis, palmaris, quam minimum hirſutus exurgit, circa quem foliola quina, ſena: ſeptena, brevia, anguſtiſſima, ſubhirſuta, quæ oblongis pedicellis inſident: flores & ſemina nondum vidimus: plantam Lupini Africani minimi nomine, ex horto nobiliſſ. Contareni habemus.

DE LATHYRIDE.

Caput VII.

Lathyris anguſtiſſimo ſive capillaceo folio: plures Lathyridis differentias in foliorum latitudine & anguſtia, floris colore, ſiliquarum forma, hirſutie, & lævitate hic præterire lubet, & ſolum meminiſſe Lathyridis anguſtiſſimo folio, quæ radice eſt exili, cauliculis cubitalibus infirmis, quibus hinc inde, & adverſo ſitu bina minima foliola adnaſcuntur, è quorum ſinu bina, nonnunquam terna folia capillacea, trium, quatuorve unciarum longa, & ſurrecta, exiguo pedicello innixa, una cum pediculo in multifidum capreolum deſinente, prodeunt; ex quo etiam pediculus tenuiſſimus, oblongus & nudus effertur, qui florem unicum, parvum ſubcæruleum, quandoque pallide rubentem ſuſtinet: quo defluxo, ſiliqua uncialis in apicem falcatum abiens, bina, ternave grana parva rotunda nigricantia continens, ſuccedit. Monſpeſſuli in collibus, Majo florens reperitur.

DE VICIA.

CAPVT VIII.

VICIA Onobrychidis flore: & Viciarum quamvis differentias plures obſervaverimus, attamen in præſens unius ſolum deſcriptionem ſubjicere lubet. Hæc caules habet pedales, teretes, ſtriatos, quos foliorum alæ, ut in Vicia vulgari, ſed breviores & anguſtiores, uni coſtæ ex adverſo reſpondentes, ambiunt, capreolis extremum occupantibus: ex foliorum alis ſuperioribus, pediculi ſemipalmares, nudi exurgunt, quorum ſummitatibus flores plures oblongi, galericulati, Onobrychidi 3. Cluſii forma ſimiles inferne pallidi, ſuperne violacei coloris inſident: floribus ſuccedunt ſiliquæ planæ, deorſum reclinatæ, ſemina exigua, ſena, ſeptena numero, continentes. Monſpeſſuli provenit.

DE CAPITE GALLINACEO, & onobrychide.

CAPVT IX.

CAPUT Gallinaceum minus: ex radice tenui oblonga, fibris carente, cauliculos aliquot palmares, & ſemipalmares profert, eoſque ut plurimum procumbentes, & in ramulos diviſos: folia vulgari, ſive majori ſimilia, ſed breviora & anguſtiora: flores habet paucos, parvos, dilute rubentes, brevibus pediculis inſidentes: fructus parvi, aſperi, echinati & ſubrotundi ſuccedunt. Hoc in maritimis & arenoſis Provinciæ, & juxta Olbiam, & in montoſis juxta oppidum Vigan, reperitur.

I. ONOBRYCHIS clypeata aſpera minor: à radice craſſa, fibroſa, cauliculi ſemipalmares, reclinati prodeunt, circa quos foliola multa, brevia & anguſta, adverſo ſitu coſtæ adhærentia: floſculi eleganti colore rubentes, parvi, Geniſtæ forma ſimiles, pedicellis inſident: ſequuntur fructus clypeolis exiguis ſimiles, plani, aſperi, ſemen minutiſſimum continentes. Monſpeſſuli in planitie Lupi collecta.

II. ONOBRYCHIS clypeata lævis: ex radice ruſeſcente, pauciſſimis fibris donata, caulis unus (nonnunquam duo) pedalis, nodis diſtinctus, exurgit: circa quem folia alata, ex ſenis, ſeptenis utrinque fibris oblongis, glabris, uni coſtæ inhærentibus, unoque extremam aliam occupante compoſita: ex alis tenues, & oblongæ virgulæ, flores purpurocæruleos, velut in ſpica diſpoſitos, ſuſtinentes, prodeunt; quos ſequuntur fructus plani, læves, clypeiformes, communiter terni, ſibi invicem per longum cohærentes, ſemen minutum includentes. In Helvetiorum alpibus, ut monte Fracto, & ad Thermas Fabarias provenit.

III. ONOBRYCHIS incana: caulem habet rotundum, ramoſum, incanum: folia plura, acuminata, anguſta, uni coſtæ adnexa, incana velut cinere aſperſa: cauliculi ſemipalmares, nudi, ſpicam florum purpuraſcentium, aliorum forma ſuſtinent: quibus ſuccedunt ſiliquæ oblongæ, incanæ, incurvo mucrone donatæ, duabus valvulis conſtantes, ſemen minutum, nigrum, planum, & ſemicirculare continentes. In Provincia Galliæ reperitur.

Alteram non minus incanam, ſed minorem, ſemipalmarem, foliis brevioribus & rotundis, ex Aragoniæ & Caſtiliæ ſaxoſis, D. Albinus attulit.

DE OROBO.

CAPVT X.

OROBUS alpinus latifolius: ramis eſt cubitalibus, aut altioribus, anguloſis, viridib. foliis in ſingulis alis octonis, uni coſtæ adnatis, & ſibi invicem oppoſitis, uncias tres longis, duas latis, viridibus, nervoſis, & cæteris Ororum foliis minus acutis: è virgulis ex alarum cavis palmaribus nudis prodeuntibus, flores unciales, Geniſtæ forma, pallide lutei, at folio ſuperiore ruſeſcente, dependent ſtylo ex illorum medio prominente; lobos & ſemina non vidimus: ex Pyrenæis & Helvetiorum alpibus habemus.

DE GLAUCE LEGUMINOSA.

CAPUT XI.

GLAUCI Leguminoſæ affinis: radicem habet albam, oblongam, paucis fibris donatam, ex qua caulis bicubitalis, & altior, ſatis craſſus, rotundus, rubeſcens, cavus, paucis & brevibus pilis aſperſis, prodit, & niſi ſuſtentetur, procumbit: at frequenter ad cubiti ſolum altitudinem accedit, nec fulcimine opus habet: hic in alios ramos dividitur: folia habet Glauco leguminoſæ ſimilia, duodecim etiam quatuordecim, & pluribus, utrinque ad coſtam ordine diſpoſitis, nec in ambitu ſerratis, & eleganti virore nitentibus: ex foliorum ſinubus pediculi prodeunt, flores pallide luteos, modo unum communiter plures, forma Glauci leguminoſæ ſimiles ſuſtinentes: hos ſequuntur ſiliquæ craſſæ, conjunctæ, unciam longæ, triangulares, in brevem apicem abeuntes, ſemina anguloſa, per maturitatem ex viridi flaveſcentia, continentes. Hujus ſemen Araci Boetici nomine, à D. Jo. Pona Verona accepimus, & ab annis aliquot in hortulo noſtro habuimus: nam licet planta annua ſit, attamen ex ſemine deciduo ſeſe propagat. Tota planta ingrati ſaporis eſt: folia commanducata, herbaceum primum & ingratum, dein amarum ſaporem in faucibus relinquunt.

LIBER DECIMUS.

DE OPHIOGLOSSO.

CAPUT I.

I. OPHIOGLOSSUM anguloſo folio: ex radice craſſa, in fibras craſſas abeunte, unus vel alter pediculus, uncias quatuor longus, poſt medium dilatatus, effertur, cui folium unicum, uncias tres longum, ſeſquiunciam latum, ad exortum utrinque dilatatum, & anguloſum inſidet, & ſtylum ſeſquiuncialem linguam referentem, pediculo donatum obtinet. Helmſtadio, D. Sigfridus miſit.

II. OPHIOGLOSSUM minus; radiculis eſt fibroſis, pediculo ſimplici & brevi, cui folium unicū, ſubrotundum, unciam latum, ſeſquiunciam longum inſidet: ad cujus exortum, & veluti è folii ſinu, ſtylus ſerpentis linguam referens, unciam longus exit: in humidis circa Monſpelium provenit.

DE ADIANTHO.

CAPUT II.

ADIANTHUM fruticoſum Braſilianum: hoc Filicis inſtar excreſcit, caule tenui, lævi, ſubnigro puniceo colore nitente, qui in alios ſubdividitur, circa quos folia viridia, Adiantho vero aliquantum ſimilia, parva, oblonga, ſed obtuſa, ſuperne tantum inciſuris diviſa, inferiore coſta, qua capillaceo inſident, integra, alternatim cauliculo, & quidem utrinque duodecim uſque ad viginti, petiolis, per pedicellum junguntur. Apud Toupinambaultios in Braſilia natum à D. Burſero accepimus.

DE FILICE.

CAPUT III.

I. FILIX paluſtris maxima: radice eſt omnium Filicum craſſiſſima, duos pugnos ſuperãte, nigra, velut ex craſſiſſimis ſquamis compacta, & multis

multis fibris nigris capillata; unde exurgũt folia plura atrovirentia, tres cubitos ſuperantia, in latus ampliſſime expanſa: quorum pedicul⁹ rufeſcens, angulosſus, cavus, inſtar oblongi auriſcalpii ex radice prodit, qui ubi pedalem altitudinem adeptus eſt folioſus redditur, ad modum Filicis maris vulgaris: nam veluti ex plurimis pinnis, ſecundum margines crenatis, & ad unum pediculum cohærentibus componuntur. Verum ad radicem, inter media folia, plura foliorum rudimenta cubitalia, veluti futurorum principia, conſpiciuntur, eo modo, quo in Filice florida, ſive Oſmunda dicta, circa ſummos ramulos apparent: à qua tamen differt, quod Oſmunda caules edat, & caulium ſummis, veluti flores ſive ſeminum rudimenta adhæreant, & folia habeat latiora, & haudquaquam per margines ſerrata. Hanc locis paluſtribus circa thermas Marchicas copioſe obſervavimus: aliquando in editis & ſaxoſis, ſed humidis montibus etiam reperitur, ut circa Ramſtein arcem Baſileenſium notavimus.

II. Filix mas aculeata major: radicem habet nigram, fibroſam, pediculos pedales, folioſos, in multas alas pinnatas, modo majores, modo minores, modo minores profundius diviſos pallide virentes, primis in ambitu dentatis, & in brevem ſpinulam definentibus. Hanc in monte Waſſerfall legimus.

III. Filix aculeata minor; hæc pinnulis eſt brevibus, totis integris, non dentatis, ſed in ſpinulam acutam brevemque omnibus definentibus: eodem quo prior loco, licet eam poſtmodum à D. Furero ex Harcynia & Stolberga veteri, acceperimus.

DE MVSCO.

Caput IV.

I. Muſcus pennatus: hic colore eſt ex luteo vireſcente, lateq; ſerpit, multis viticulis, ſed brevibus, ramoſis, minutis foliis, pennam æmulantibus veſtitus, qui fibras tenues pro radicibus habet: in petroſis & ſylvis reperitur.

¶ Hujus altera ſpecies, radice rufeſcente ex copioſiſſimis fibris compoſita, viticulis ramoſioribus, foliis minoribus: in ſylva Wilenſi, locis uliginoſis provenit.

II. Muſcus filicinus minor: hujus aliquot differentias obſervavimus: ſed hic ſolum de minore agemus, qui per terram ſerpit, cauliculis tenuibus, in ſummo ramoſis, foliolis Filici ſimilibus, ſed tenuiſſime diſſectis: ex ramulis, pedicelli aliquot capillares rufeſcentes, biunciales, efferuntur, quib. ſingulis capitulum exiguum, ſubrotundum, incurvũ, in apicem exiguum deſinẽs, inſidet. Hunc, cum aliis D. Jungermannus miſit.

III. Muſcus Abietis facie: prædicto non multum abſimilis, viticulis in ramos diviſis, foliis capillaceis, utrinque (ut in Abiete) coſtæ oblongiuſculæ adnatis, multo quam in priore brevioribus, & viridioribus.

IV. Muſcus ramoſus repens, velut ſpicatus: hic ad arborum radices, nigris radiculis terræ affigitur, viticulis craſſis, & longis ſerpit, & de ſe copioſas veluti ſpicas oblongas, ex tenuiſſimis & leviſſimis foliolis compactas, ramulorum inſtar emittit.

Huic ſimilis & alter, foliorum tantum apicibus candicantibus diſcrepans: uterque in monte Crentzacho ad arborum radices creſcit.

V. Muſcus ramoſus erectus major: hic ceſpitis inſtar eleganter & arctiſſime quaſi compactus, ex radicibus oblongis capillaceis, cauliculum trium quatuorve unciarum emittit, qui in binos, ternos, quaternos, biunciales, etiam triunciales ramulos, & hi quoque in alios erigitur, qui minimis capillaceis foliolis veſtiuntur: inter ipſa foliola, pedicelli unciales, nudi, capillacei, capitulum, ut in Adianto aureo, ſuſtinentes, efferuntur. Hic in Crentzacho monte ad arborum radices, aliis Muſcis commixtus conſpicitur: at elegantior & viridior, ad ſepes circa Birſam fluvium reperitur.

VI. Muſcus ramoſus erectus minor: ex capillacea radicula cauliculus ad ſummum biuncialis varie diviſus foliolis vix conſpicuis cinctus, emergit: eodem, quo tres priores, loco provenit.

VII. Muſcus ſaxatilis ericoides: huic circa radicem folia multa Muſco vulgari ſimilia, inter quæ viticuli ſunt palmares, aſperi, foliolis Ericæ coridis folio ſimilibus, inordinate veſtiti, aliquando hinc inde nudi, quorum ſummo capitulum exiguum inſidet. Ad Wieſam fluvium ſuper ſaxa repit.

VIII. Muſcus ſtellaris roſeus: ex fibellis nigris radicem conſtituentibus, pedicelli unciales pro-

prodeunt, quibus ſingulis folia plura inſtar roſæ compacta, pallide virentia, acuminata, in modum ſtellæ diſpoſita, inſident. Hic in ſaxoſis Telamontii provenit.

IX. Muſcus Cupreſſiformis: parvus eſt, ramoſus, foliolis cupreſſi forma, atrovirentibus, inter quæ pedicellus exurgit, qui minimas ſpicas pallidas & molles ſuſtinet. Ex Harcynia.

X. Muſcus Polytrichoides: hic triplex eſt; Primus, viticulis eſt plurimis, iiſque brevibus, & compactis, qui foliolis brevibus capillaceis rigidiuſculis cinguntur. Alter, per omnia minor eſt, cujus folia rigidiuſcula non ſunt: Tertius, minimus eſt, & mollis: prior in ſylvis uliginoſis reperitur: duo poſteriores muris inſident.

XI. Muſcus terreſtris coralloides erectus, cornibus rufeſcentibus: hic Muſco terreſtri vulgari eleganti ſpectaculo innaſcitur: nam Muſco vulgari ex pallido vireſcenti, hic candidus inſidet, coralli modo in ramulos rigidiuſculos diviſus: qui licet candidus ſit, ipſius tamen ſummitates cornutæ, & rigide rufeſcunt: hic ad Wieſam fluvium late expanſus in arenoſis reperitur. Verum hic cum Muſco Corallino, ſive Corallina montana Tabernæmontani, neutiquam confundi debet.

XIII. Muſcus ceranoides: hic duplex eſt, major & minor: major, trium, quatuorve unciarum eſt, foliis carens, cauliculis latiuſculis in ramos diviſis, hique in alios breves, & hi ſimiliter in tenuiſſima ſegmenta, trifida, quadrifida, acute ſcinduntur.

Minor totus incanus, unciam non excedens, ex plurimis ramulis proxime junctis compoſitus, quorum ſummitas communiter in duo minutiſſima & acutiſſima cornua abit: uterque in Harcynia collectus fuit.


XIV. Muſcus aquaticus folio expanſo: hic ex radice transverſim repente, & nigricante, ramos frequentes, late ſparſos & ſemipalmares emittit, quorum ſummitates ob foliola compactiora, velut in ſpicam abeunt: foliis eſt brevibus, latiuſculis primum, dein acutis. Hic apud nos aquæ in rivulis innatat, & nonnihil ſplendet: quamvis eundem ex lacu Gaderſclebiano D. Sigfridus, & D. Jungermannus, Muſci majoris lapidum Harcyniæ nomine, miſerit.

XV. Muſcus fontanus ſive hepatica aquatica: hunc triplicem habemus, majorem & minorem, Hepatiæ nomine à Lobelio, Tabernæmontano & aliis depictum, his tertium addere lubet, ab illis diverſum, quem Muſcum fontanum capitulis racemoſis vocamus: hic foliis eſt longe minoribus, ſquamarum inſtar junctis, pallide virentibus, & nonnihil hirſutis, inter quæ quam plurimi pediculi capillacei, biunciales, nudi efferuntur, quorum ſinguli capitulum parvum inſtar racemi compactum, & rufeſcens ſuſtinent, quantum ex ſicco, à D. Sigfrido miſſo, colligere licuit.

XVI. Muſcus pyxioides duplex eſt: alter terreſtris, tubulis majoribus, & candidioribus conſtans, à Lobelio nomine Muſci terreſtris pyxidatos alabaſtriculos imitantis, propoſitus: ſub quo in Sileſia calcem reperiri relatum fuit.

Alter vero ſaxatilis eſt, tubulis longe minoribus, copioſioribus, nec ita candidis, qui petris ſaxiſve latiſſimis innaſcitur, eaque obtegit, quemadmodum in via Telamontium verſus, videre eſt.

Lenticula paluſtris latifolia.



LENTICVLA PALVSTRIS.

CAPVT V.

LENTICVLA paluſtris latifolia punctata: Lenticula paluſtris mihi quadruplex eſt: vulgatiſsima Lentem referens: altera triſulca: tertia quadrifolia: quarta cujus & figuram (in Phytopinace & Matthiolo propoſitam) & deſcriptionem adjungere lubet. Hæc ramulis aquis innatat, à quibus filamenta radiculas conſtituentia deorſum feruntur: folijs eſt copioſis, ſubrotundis, eleganter virentibus, conjugatim, in ramulis digeſtis, ſuperne punctis minutiſsimis notatis: his inferne copioſæ lenticulæ, aliquando ſingulæ, aliquando ternæ, & quaternæ, rugoſo prætenui cortice donatæ adhærent, quibus ſemen copioſiſsimum, minutiſsimum & flaveſcens includitur: ſapore eſt aqueo; Hanc in foſsis Patavinis aquis ſupernatantem vidimus, & in Sileſia circa Uratislaviam reperitur: quam forte Cæſalpinus, pro Stratiote aquatica Dioſcoridis propoſuit, quamque ſcribit fluitare, & cum aqua incidere. Piſis in Auxeri fluvio, qui aquas thermales ex monte S. Juliani recipit.

CORALLINA.

CAPVT VI.

CORALLINÆ varietates multæ ocurrunt; at in præſens de tribus, quas hactenus apud Authores, qui ad manus ſunt, non obſervavimus.

I. CORALLINA alba nodoſa: caule eſt pedali, ligno candido, & duro, candido & aſpero cortice tecto, à quo utrinque, ſed ſine ordine, pediculi, trium quatuorve unciarum erecti flexiles, prodeunt, quorum aliqui in alios, etiam uncia minores ſubdividuntur: hos minimum noduli, velut ex duobus ſemicirculis, ijſq; ut plurimum pertuſis, compoſiti uſque ad extremum apicem (triginta, etiam quadraginta in uno pediculo obſervare licet) eleganti ſpectaculo, ad antiquarum minimarum cęterarum aurearum ſimilitudinem, cingunt. Hanc una cum ſeqentibus, D. Rumbaumius, Maſsilia attulit, ex Barbaria illo deferri, & apud Maſsilienſes plumarum loco ſupra pileos geſtari, affirmavit.

II. CORALLINA cinerea rugoſa: hæc duplex eſt, & utraque non ſecus quam ſequens, intus lignum habet ſpadicei coloris, durum, medulla carens, & cruſta obductum. Prima, ligno eſt duriore, quod cruſta cinerea, aſpera, rugoſa, & tuberoſa, veluti cortice veſtitur, quæ friabilis eſt, forte ex lino maritimo exiccato creata: hæc in ramos plures recurvos, & hi in minores, veluti tuberculis exaſperatos, dividuntur, & in obtuſum rotundiuſculum apicem deſinunt.

Altera, cruſta magis albicante, minuſque rugoſa obducitur, & in ramos pede longiores flexiles, & hi in ſtylos pleroſque palmares, abſumuntur. Verum has duas, nec cum Lithophyto marino Geſneri, nec cum Corallina alba, lutea, & rubra Tabernæmontani, nec cum Erica maritima Cluſij, confundere oportet, cum omnes has differentias habeamus.

III. CORALLINA pallide flaveſcens lævis: hæc cruſta pallide flaveſcente, lævi ac friabili obducta eſt: à qua utrinque modo rami, modo ſtyli læves & flexiles prodeunt.

QVERCVS MARITIMA.

CAPVT VII.

QVERCVS maritima triplex mihi eſt: 1. quæ propter veſicas aut bullas plurimas, quibuſdam baccifera dicitur: 2. veſicis quidem caret, ſed foliorum extrema craſsiora ſunt, & inæqualia, quaſi rudimentum Cucumeris exigui oſtendunt, quam glandiferam vocant: utraq; jam deſcripta. At tertia, quam Quercum maritimam barbatam vocamus, pauca quidem folia habet, eaque ſecundæ ſimilia, ſed hæc in quam plurima oblonga capillacea filamenta, barbæ inſtar, abſumuntur.

FVCVS MARITIMVS.

CAPVT VIII.

EX Fucis maritimis quam plurimis, in præſens aliquot ſolum exhibebimus, quorum duos priores anno 1603. D. Cargillus, Abredonia ex Scotia una cum deſcriptione tranſmiſit.

I. FVCVS alatus, ſive phaſganoides: hujus admiranda eſt forma: ſaxis quæ Oceanus lambit, & in æſtu quoque mergit, adhæret, caule tereti, pennæ anſerinæ magnitudine; colore, quem exhibet Pruna Damaſcena, inter rubrum & nigrum ſaturatum, medio; at folia, quæ non niſi caulem adultum ornant, ſaxo hærentia (in ſicca vireſcunt) ad luteum magis vergunt, quæ palmæ latitudine ſupra radicem naſcuntur plurima, ligularum inſtar, cartilaginea, tres, quatuor, ſex, aut octo uncias longa: inter quæ caulis eo uſque teres, lateſcit, porrigiturque interdum ad ulnæ longitudinem infirmus, ut niſi aquis innatans ſuſtentetur, humi ſemper procumbat: huic, ſi adultior utrinque ala adnaſcitur, tantæ, quantæ & ipſe caulis eſt longitudinis, ea vera tota membranea eſt, fibris hinc inde venoſis à caule conſperſa. Notandum autem membranam hanc, prout in ſagittarum alis eſt videre, ima parte anguſtiorem, ſenſim latiorem reddi, ita ut tres ab ortu pollices tranſverſos, æqualis deinceps tota exiſtat, unius, duarum aut trium unciarum latitudine. Vulgo Baderlacks vocant: Fucus alatus, aut phaſganoides eſto, caulis enim ancipitem gladium refert: Hic, præſertim in Septembri viget, alio anni tempore inutilis: membranæ abjiciuntur, reliquo veſcuntur gravidæ, alijſq; etiam in cibos cedit: ſapore eſt ſalſo cum modica dulcedine: ſitim manducantibus excitat.

II. FVCVS arboreus polyſchides: eodem ortu & uſu eſt, quem vulgus Tangels nominat, Fucus omnium interdum maximus, trium quatuórve cubitorum, teres, luteus (tenerior, qui ſolus veſcus eſt, longe infra minimi digiti craſsitudinem, corticem Caſtaneæ bene maturæ colore æmulatur) caulem Angelicę maximæ craſſitudine æquat: faſtigium, in latas cartilaginoſas membranas, varie dividitur, eo prope modo, quo balthei pars, & qua enſis ſuſpenditur apud Helvetios. Hic fucus maximus, aut arboreus polyſchides eſto. Hactenus Cargillus. Verum hic poſtremus à Palmifolio Giganteo ſive Alga latifolia Imperati, à quo Neapoli, cum quam plurimis maritimis plantis accepimus, diſtingui debet.

III. FVCVS longiſsimo, latiſsimo, craſſoq; folio, radice eſt brevi, ex craſsis fibris [illegible] poſita, ex qua pediculus craſſus, rotundus, ſemipalmaris prodit, qui in folium expanditur: folium unum ingentis longitudinis, pedes aliquot & ulnas excedit (rarius ex una radice duo folia, ejuſdem omnino formæ & longitudinis) & latitudine uncias quatuor ſuperat, ejuſdem fere per totum folium, principio excepto, latitudinis, in medio æqualiter planum, ad utrumq; vero latus parum convolutum tortuoſum & ſinuoſum, obſcure virens, craſſum, & dum terræ adhuc affixum, tactu forma gelatinæ, viſcoſum, & madidum: quare, propter nimium madorem vix aſſervari poteſt, licet ſæpius Soli exponatur: nam quoties chartæ reponitur, mador iſte cũ fœtore recrudeſcit, ita ut à corruptione non niſi poſt aliquot ſeptimanas, donec plane ſiccetur, ſervari poſſit. Hic in Gallijs ad maris litora verſus S. Malo provenit, & è natali ſolo facile eruitur: unde D. Saterus promiſit.

IV. FVCVS longiſsimo, latiſsimo, tenuiq; folio: hic priori non multum abſimilis, qui ex radicula nigra, fibroſa, pediculum tenuem, triuncialem emittit, qui in folium ſeſquicubitalis longitudinis, unciarum quinque vel ſex latitudinis, planum, per margines hinc inde convolutum, abſumitur: coloris pallide virentis eſt, ſubſtantiæ tenuiſsimæ membraneæ: hunc cum alijs maris Mediterranei purgamentis rejectum, non longe à montis Cetij radice, collegimus.

V. FVCVS

V. Fvcvs longo, anguſto, & craſſo folio: radice eſt rotunda & plana, ex qua bina, ternave folia (ſive cauliculi, ſi mavelis) ſeſquipalmaria, craſſa, coriacea & plana, ligulas referentia prodeunt, quæ in alias velut ligulas, ſed rarius, dividuntur. Hic ad Fucum maritimum ſecundum Dodonæi editionis Belgicæ referri poſſe videtur, cujus ſpecies altera breviore & anguſtiore folio dici poterit. Hunc quoque à D. Satlero habemus.

VI. Fvcvs membranaceus ceranoides: hic inſtar Lactucæ marinæ tenuis, palmum excedens, caule eſt unciam & ſemiunciam lato (mire varians) qui in plurimas alas modo latiores, modo anguſtiores, hæcq; in breviſsimas eaſq; plures cornuum modo ſubdividuntur. Hujus ſpecies varias eſſe, ſcopulis adnaſci, Scotis Dils dici, ejuſq; eſum contra Picam commendari, D. Cargillus, planta addita, perſcripſit.

VII. Fvcvs maritimus Gallopavonis pennas referens: hic membraneus eſt, ſeſe ſenſim late expandens, qui in plures lacinias ſemicirculares ſibi quandoq; incumbentes dividitur, per quas variæ ſtriæ ſemicirculares, variegatæ, diverſæq; latitudinis, ut in pennis Gallopavonis, eleganti ſpectaculo feruntur. Hic ſcopulis maritimis adnaſcitur: quamvis etiam ex Mitulis, cortex huic Fuco ſimilimus, eximatur: hunc à D. Cargillo ex Scotia accepimus.

VIII. Filvm maritimum Germanicum: hoc exiguo lapillo innaſcitur, & in plurima bicubitalia, anguſtiſsima, nigricantia, lævia, craſsiuſcula & firma, aliquando inter ſe complicata fila, abſumuntur. Hoc ex mari Baltico accepimus, & incolis Meerſaden, & Meerſtrang dici accepimus.

Alga bombycina: Algam hanc ex Scotia accepimus, quæ inſtar Goſſypij ſive bombycis mollis & compacta, late expanſa, aquis dulcibus innatat, ſuperne pallide virens, inferne albicans: hoc goſſypio, quod ex veteri thorace, cui ſuffultum erat, eximitur, ſimilimum eſt.

CARDVVS.

Capvt IX.

I. Cardvvs mollis latifolius: caule eſt cubitali, ſtriato, brevibus & mollioribus ſpinis armato: folijs Rumecis forma, tenuibus, levibus, venoſis, palmum longis, uncias quatuor latis, marginibus exiguis ſpinulis dentatis, caulis ſummitas in pediculos breves unciales abit, quorum ſinguli capitulum Lappæ vulgaris forma, ejuſq; fere magnitudinis ſuſtinent, quod in ſtamineum purpureum florem expanditur. Hunc D. Burſerus in Auſtriæ monte Taurero Raſtadienſium legit.

II. Cirsivm anguſtifolium: ex radice nigra fibroſa, caulis cubito altior effertur, membranoſis alis aſperiuſculis veſtitus, in ramos diviſus, quorum ſinguli in pediculum oblongum, eumq; nudum, abeunt, cui capitulum unicum hiſpidum inſidet, quod in florem ſtamineum rubentem aperitur, & tandem in lanuginem abſumitur. Folia habet ad radicem palmaria, uncia anguſtiora, atrovirentia, in ambitu raris aculeis prædita: at quæ in caule, brevia ſunt, nonnihil laciniata, & aculeis magis exaſperata. Hoc in monte Waſſerfall legimus.

III. Cardvvs ſphærocephalus acutus vulgaris: ex radice craſſa, caulis cubito altior, ſtatim in ramos brachiatus, effertur, qui craſſus, lignoſus, membrana alata ſpinoſiſsima uſque ad ſummum inveſtitur: quem folia pediculo latiore amplectuntur, quæ profunde laciniata, palmaria, duas treſve uncias lata, per ambitum crebris & acutiſsimis, pallide flaveſcentibus ſpinis armata. Caulium ſummis, capita rotunda, pene ſphæricea, acutiſsimis ſpinis horrida, inſident, quæ in florem ſtamineum purpuraſcentem explicantur, & tandem in pappum abeunt, cui ſemen Cnico ſylveſtri ſimile includitur. Hæc frequens eſt in dumetis humidis, quamvis etiam ſecus vias reperiatur.

IV. Cardvvs lanceatus anguſtifolius: hic caulibus eſt bicubitalibus, rotundis, ſtriatis, hiſpidis & firmis, oblongis, acutis, albicantibus ſpinis horridus, hinc inde membranea ala donatus, & in ſummo in ramulos diviſus: circa hunc folia rariora, palmum æquantia, anguſta, in lanceam oblongam, eamq; latiorem, quam in Cardeo lanceato latifolio, abeuntia, raris & brevibus

bus lacinijs diviſa, ſubtus incana, ſuperne atrovirentia, ſpinis longis donata: cauliculorum ſummis capitula plura, parva, ex imbricatis ſquamis compoſita, inſident, quæ in ſtamina atrorubentia, apicibus diviſis expanduntur, & aliorum more in pappum & lanuginem reſolvuntur, ſemenque exiguum in ea occultatur. Hic & flore albo quandoq; reperitur. Hunc in nemore ad pontem Wieſam obſervare licet.

V. Carduus paluſtris: radice eſt ſimplici, caule tricubitali, foliaceo, erecto, nonnihil ramoſo, brevibus ſpinis armato, folijs atrovirentibus, craſsis, ſinuoſis, quandoq; etiam laciniatis, ſemipalmaribus, ſeſquiuncialem latis, per marginem rarioribus ſpinis cinctis; caulis ſummo capitula plura, ſingula ſingulis pediculis inſident, quæ in florem ſtamineum purpuraſcentem expanduntur, dein in pappum aliorum more abeunt. Hic ad Wieſam locis arenoſis, herboſis, & Michelfeldenſibus paluſtribus, provenit.

VI. Carduus polycephalus anguſtifolius; radicem habet lignoſam, fibroſam, caulem cubito altiorem, rotundum, ſtriatum, ſpinis carentem, cujus ſummitas in plures ſemipalmares ramulos, & hi quandoque in breviores, dividitur: folia ſunt pauca, anguſta & brevia, ſpinis oblongis armata; capitula plura, parva, quibus minima ſubjiciuntur, exiguis ſpinulis prædita, & flos Jaceæ ſimilis ex ſtaminibus purpuraſcentibus compoſitis, inſidet, qui ſimiliter in lanuginem abit. In pratis Michelfeldenſibus frequens occurrit.

VII. Carduus repens vinearum: ex radice oblonga, nigricante, caulis prodit reclinatus, rarius erectus, pedalis, incurvus, ſtriatus, candicans, cujus ſummum in ramulos paucos, eoſque breves abſumitur, qui capitula parva Jaceæ vulgari ſimilia, ſuſtinent: folia ad radicem plura, ſuperne atrovirentia, inferius incana lanugine aſperſa, ſemipalmaria, unciam lata, leviter ſinuata, ſpinulis per circumferentiam donata: at quæ caulem ambiunt in profundas lacinias dividuntur, palmaria, duas treſve uncias lata, exiſtunt. Hic in vinetis Mutenſibus frequens eſt.

VIII. Anonis viſcoſa minor flore pendulo: plantula eſt ſemipalmaris, totaque hirſuta: radicula alba, oblonga, tenui, parum fibroſa, à qua cauliculi plures, duarum triumve unciarum, exurgunt, iiq; tenues, rotundi, foliolis parvis, plerumq; ternis ex uno pediculo prodeuntibus, forma & ſitu vulgaris Anonidis ſimilibus, viſcoſis; flores parvi ſunt, lutei, propendentes, quibus minutum ſemen in exigua ſiliqua ſuccedit, & nullis ſpinis donatur. Ex Gallia Narbonenſi habemus.

LIBER

LIBER VNDECIMVS.

CYTISUS.

CAPVT I.

CYTISVS Hiſpanicus ſiliquis Ornithopodij: hic virgis eſt rotundis, ſtriatis, duris, tricubitalibus, in varios ramos nonnihil lanuginoſos brachiatis, quos folia numeroſa, terna, uni pediculo inhærentia, in ſummis ramulis exigua, dilute virentia, ambiunt: flores parvi, lutei, Geniſtæ ſimiles, quibus ſiliquæ unciales, molli hirſutie tectæ, inſtar ſiliquarum Ornithopodij, minus tamen profunde ſinuatæ, & plures ſimul junctæ, ternæ, quaternæ, quinæ, uni pedicello inhærentes, quibus ſemina parva, plana, nigricantia incluſa ſunt. Hic in Hiſpania, ad agrorum limites frequens eſt, non tamen cum Cytiſo primo Cluſij, cujus pars interior nigricat, & ramuli toti villo obſiti ſunt, confundi debet.

COLVTEA.

CAPVT II.

COLVTEA Scorpioides maritima glauco folio: virgis eſt pedalibus, rarius cubitalibus, lignoſis, rotundis, ruſeſcente, rugoſo cortice veſtitis, in frequentes ramos diviſis: folia alata, ſeptem, aut novem, uni coſtę, binis ſemper ex adverſo ſitis, adhærent, uno impare extremam alam occupante, Coluteę folijs ſimilia, multo minora, obtuſa & cordata, glaucique vel cæſij coloris: flores & forma & colore Coluteæ ſimiles, ſed minores: pediculis tenuibus ſiliquæ tenues, oblongæ, unciales, articulis diſtinctę inſident, quarum ſingulis articulis, ſingula ſemina parva incluſa ſunt. Hæc in maritimis prope Teracinum collecta, quamvis etiam Patavio, ex horto Bembiano habeamus.

GENISTA.

CAPVT III.

GENISTÆ Hiſpanicæ affinis: ſuffrutex eſt cubitum ſuperans, caule tenui, tereti, candicante cortice tecto, qui in plurimas virgas tenuiſsimas dividitur, quarum aliquæ palmum ſuperant; aliæ minores ſunt: circa quas folia longiuſcula, anguſtiſsima & ita ut virgæ pene nudæ appareant: ſummis virgis ſingulis unicum capitulum rotundum, villoſum, molle, inſidet, ut in Gramine maritimo ſive polyanthemo majore, ex pluribus floribus, Geniſtellæ tinctoriæ forma, ſed minoribus pallide luteis compoſitum: nam quilibet flos, ex caliculo villoſo, hirſutie albo prodit. In montibus plane ſaxoſis ad aquas Blancas D. Albinus collegit.

GENISTELLA Monſpeliaca ſpinoſa: hæc viticulis eſt palmaribus, in terram reflexis, quorum pars inferior in breviſsimos ramulos, ex parvis ſpinulis conſtantes dividitur, à medio vero ſurſum villoſi ſunt, quandoq; in ramulos brachiati, oblongis viridibus folijs, minoribus ſæpe additis, veſtiti, ſpiniſque carentes: ſummitatibus flores pallide lutei, forma Geniſtæ ſpinoſæ vulgaris ſimiles, inſident. Hanc quidam Monſpeſſuli Corrudam luteam vocabant: quæ etiam in Ventoſo monte reperitur.

Similem ſed per omnia majorem, caulibus pedalibus, folijs rarioribus, ſpinis longioribus, minuſque pungentibus, floribus majoribus & aureis, quaſi in ſpica diſpoſitis, ex Hiſpania habemus.

GENISTELLA minor Aſpalatioides: ſuffrutex eſt pedalem altitudinem ſurperans, ſtipite rotundo, ruſo cortice veſtito, ligno ſo, hinc inde ſpinis, ſed rarioribus, armato, in ramos, qui in

minores ſubdividuntur, brachiato: circa quos foliola rara, parva, quædam ſubrotunda, quædam oblonga, ſpinis interiectis, quibus flores lutei, Geniſtæ prædictæ duplo minores, hinc inde componuntur, nec, ut in priore, ramulorum ſummis, in aculeum abeuntibus, inſident. Hanc, ex Anglia Geniſtæ ſpinoſæ nomine accepimus: at eandem in aſperis, circa Aureliam Gallorum, ramis late ſe ſpargentibus, collegimus.

Chamægeniſta Cretica: hæc virgulis eſt palmo minoribus, humi diffuſis, tenuibus, rotundis, ſubcanis, in ramulos aliquot duarum, trium unciarum diviſis, foliolis oblongis, anguſtiſſimis, binis aut ternis ab eodem exortu, ſed altero ſemper longiore, prodeuntibus, incanis: ex foliorum alis floſculi terni, quaterni, parvi, lutei, Geniſtæ floribus æmuli: ſiliquas non vidimus. Ex horto nobiliſſ. Contareni habemus.

SVMACH.

Capvt IV.

Svmach anguſtifolium: hoc potiſsimum folijs à vulgato differt: hujus enim folia uncias quatuor longa, ſemiunciam lata ſunt, in exquiſitum apicem deſinunt, & per marginem crenata ſunt, quorum duodecim uni coſtæ, utrinque nimirum ſex, adhærent, undecimo imparem numerum, conſtituente, quæ ſuperne atrovirent, inferne pallida ſunt, coſta elata per longum excurrente. Hoc in Braſſilia apud Tououpinambaultios collectum & à D. Burſero communicatum.

MELEGVETA.

Capvt V.

Meleguta ſive Grana Paradiſi: folia craſſa ſunt, uncias quatuor longa, tres lata, per quorum longitudinem coſta elata fertur, à qua fibræ plurimæ per tranſverſum abeunt, ut in Caryophyllorum folijs cum quibus maximam ſimilitudinem habent: fructus ſatis cognitus, habetur in officinis, ut & Grana exempta: hujus folij pediculus, ſapore eſt aromatico, ipſis granis correſpondente, non tamen ita acuto & aromatico, ut in folijs Caryophyllorum animadvertitur, quo ſigno potiſsimum à ſe invicem diſtingui poſſunt. Hujus folia una cum Nucis moſchatæ folijs, D. Clutius Amſtelrodamo miſit.

STYRAX LIQVIDA.

Capvt VI.

Styracis liquidæ folia: ex radice rotundo, nigricante, rugoſo, ſtriato & quaſi articulato cortice tecto, folia terna, etiam quina, oblongis, tenuibus, nigricantibus pediculis donata, ex uno veluti tuberculo prodeunt, quæ vitiginea ſunt foliorum Aceris, vel Platani inſtar, in lacinias ternas, etiam quinas diviſa, nervoſa, per circumferentiam crenata, & mucronato cuſpide. Hæc ab Honorio Belli accepimus, qui ſtyracis hujus magnum ramum ſe habere perſcripſit.

LIGVSTRVM.

Capvt VII.

Ligvstrvm duplex ex Italia accepimus, de utroque breviter in præſens, cum ſolum ramos abſq; floribus & ſeminibus acceperimus.

II. Ligvsvrvm Myrtifolium: hoc ad Liguſtri vulgaris modum excreſcere, & in ramos brachiari audio: rami rotundi ſunt læves nonnihil ruſeſcentes: folia atrovirentia, vulgaris folijs & latiora & longiora. Hoc nomine, Liguſtri myrtifolij perpetui, vel Myrti Liguſtri folio, Patavio ex horto Pharmacopæi (cujus nomen excidit) ad pontem molin accepimus.

II. Ligvstrvm folijs laciniatis: & hujus ramos pedales habemus, circa quos folia atrovirentia, glabra, inferiora quidem ſubrotunda, alia vero oblonga: hæcq; modo integra, modo Jaſmini lutei inſtar diviſa, quandoq; ab altero ſolum latere, laciniam unam, quandoque utrinque unam, rarius binas, quandoque ternas, quaternas, inordinatas lacinias obtinent. Hoc primum Liguſtri nigri nomine, ex horto Ill. Mori Senatoris Veneti, quem in villa di Carbonara colit: dein, pro Syringa laciniatis folijs, ex horto Ill. Contareni Sen. Veneti accepimus: de utroque plenius in Theatro noſtro.

SALIX.

CAPVT VIII.

I. SALIX fragilis: hæc mediocris eſt altitudinis caulibus ramoſis, rotundis, rubente cortice veſtitis: folijs longis, anguſtis, prona parte incanis, ſuperius atrovirentibus, & tandem pene nigris: julis quam in cæteris brevioribus. Fragilem appellare lubet, quia non aliarum Salicum inſtar virgis lentis & vimineis, ſed plane fragilibus donatur. Noſtris Brandweiden/ eo quod tandem nigreſcat, dicitur: frequens ad Birſam & S. Jacobum.

II. SALIX oblongo incano folio: hujus caules, cortice atrorubente veſtiti, in breves & plures ramulos diviſi: folijs oblongis, ſuperna parte obſcure virentibus, parte prona cinereis & incanis: flores copioſos aliarum ſalicum modo producit, & ſemen parvum nigrum, cum albiſsima lanugine avolat: hæc apud nos frequens, in primis in minore urbe, ad molendinum ærarium, in ſepibus ad aquam.

III. SALIX ſubrotundo argenteo folio: hæc caulibus eſt cubito altioribus, rotundis, incanis & ramoſis: folijs ſubrotundis, ſuperne nigricantibus, parte prona incanis, argentei coloris, ſplendentibus, tactu mollibus, & veluti tenui lanugine pubeſcentibus, per ambitum raris crenis exaſperatis. Hanc ſine fructu ex Belgio D. Gallus tranſmiſit.

IV. SALIX humilis latifolia erecta: hæc ſalici, latifoliæ aquaticæ acuto folio ſimilis eſt, ſed humilior, cum hujus virgæ rotundæ ſtriatæ, vix cubitum ſuperent: folia minora ſunt ex rotunditate oblongata, in acumen deſinentia, rugoſa, parte prona lanuginoſa, tactu mollia: juli rotundi, pavi, flavi: hæc cum latifolia repente confundi non debet. Michelfeldæ humidis.

V. SALIX alpina anguſtifolia repens: ex radice, atrorubente cortice tecta, cauliculi palmares humi fuſi prodeunt, qui capillaceis radicibus terræ affiguntur, ramulis tamen paucis ſurſum elatis: foliolis oblongis, latiuſculis, brevibus cincti: flores ut in cæteris, quibus abſentibus, nullus ſalicem eſſe crederet. Hæc in Helvetiorum alpibus & monte Fracto, frequens eſt.

VI. SALIX alpina Pyrenaica: hæc ad ſemicubitalem altitudinem vix aſſurgit, virgis tenuibus, ramoſis, folijs oblongis, parvis, per circumferentiam piloſis, tactu holoſerici inſtar, ob minutiſsimos pilos, mollibus: ſpicæ florum unciales, anguſtæ, molles ſunt. In ſummitatibus Pyrenæi D. Burſerus legit.

VII. SALIX ſaxatilis minima: hæc duas uncias vix ſuperat, quæ ex radicula caudicem craſſiuſculum, vix ſemiuncialem emittit, qui in binos ternoſve vnciales ramulos, terræ incumbentes, dividitur: folia ſunt parva, oblonga, ſubrotunda, atrovirentia, venoſa, quorum medio capitulum parvum ſubrotundum, veluti ex multis baccis compoſitum, inſidet, quibus maturis apertis, veluti ex triangulari caliculo, mollis, candida & brevis lanugo effertur. In alpium Helvetiorum jugis, ſaxis inſidens, reperitur.

LIBER DVODECIMVS.

SANAMUNDA.

CAPVT I.

SANAMUNDA viridis vel glabra : radice eſt craſſa, lignoſa, fibroſa, alba, cortice craſſo, pallido, lęto veſtita, à qua ramuli plures, tenues, palmares, etiam minores, ijque geniculati prodeunt, folijs oblongis (rarius ſubrotundo) Chamæleæ vel potius Polygalæ ſimilibus, ſed brevioribus, viridibus & glabris, alternatim circa ramulos diſpoſitis : inter quæ flores oblongi, luteoli, in quatuor foliola diviſi conſpiciuntur : fructum non obſervavimus. Hæc Aprili florens, Monſpeſſuli in horto Dei collecta fuit.

FRANGULA.

CAPUT II.

